



EPISTOLAE SANCTORUM PATRVM APOSTOLICORVM CLEMENTIS, IGNATII, ET POLYCARPI,

ATQVE

DVORVM POSTERIORVM MARTYRIA.

OMNIA GRAECE ET LATINE


CVM

VARIORVM ANNOTATIONIBVS

ET PRAEFATIONE

IOH. LVDOVICI FREY.

S. Th. Doct. & Prof.



BASILEAE,

APVD IOH. CONRADI a MECHEL VIDVAM.

M D CC XLII.

PRAEFATIO.

ARGUMENTUM.

Post indicatam huius editionis occasionem I. de iniusto contemtu antiquorum Patrum ecclesiasticorum summatim disseritur. II. vindicatur γνησιότης harum epistolarum & III. ratio novae huius editionis exponitur.

CUM dudum jam in animum induxisset honestissima matrona, quae impensas in hanc editionem facit, typis excudere suis monumenta Patrum apostolicorum, a Cl. THOMA ITTIGIO olim edita, nunc autem paullo rariora facta, a viris quibusdam doctis incitata, me potissimum super editione adornanda conveniendum sibi existimavit: rogans, ut quae aliquando in haec monumenta conscripsissem, secum communicarem, universamque operis rationem pro meo arbitrio disponerem. Laudavi equidem propositum utilissimum, ne-

gavi tamen, quidquam a me hic exſpectari poſſe, cum nihil prorſus parati ad iſtam rem mihi præſto ſit; olim quidem ante plura iam luſtra, cum in docenda hiſtoria eccleſiaſtica publice verſatus eſſem, hanc ſediſſe animo ſententiam, hæc & alia preciosa antiquitatis eccleſiaſticæ monumenta in publicum edendi, hacque etiam de cauſſa cuidam noſtrorum typographorum operam meam liberaliter obtuliſſe: cum vero ille, alia cauſſatus negotia, inprimis autem emtorum in huiusmodi literas faſtidium, ſumtus facere detrectaret, totum hoc quidquid fuerat conſilii prorſus abieciſſe, atque animo aboleviſſe. Ab eo tempore providentia numinis contigiſſe, ut plane alia ſparta mihi committeretur, ab hoc ſtudiorum genere prorſum diversa, nimirum Profeſſio V. T. quæ hunc hominem ætate iam & valetudine fractum, nunquam autem magna minatum, totum ſibi vindicaret; eſſe præterea a viris eruditiſſimis in Britannia, Belgio atque alibi ea cura & eruditionis copia hæc interea opera in lucem edita, quæ me facile hoc onere levarent.

Nec tamen ita a me repulſa illa cœpto deſiſtere decrevit: repetitis vicibus me aggreſſa, tandem eo decidit, ut rogaret, quando ſibi omnino animo conſtitutum eſſet editionem ITTIGII iterare, conſilium ſaltem ſuppeditarem, quo præcipue pacto hæc editio in rem ſtudioſorum utiliter adornaretur. quid multis? precibus ſuis id tandem effecit, ut victas darem manus promitteremque, me qualemcunque curam huius editionis in me ſuſcepturum, operamque

ramque daturum, ut, cum nihil magni in hanc rem a me exſpectari queat, aliorum virorum eruditorum obſervationibus atque animadverſionibus illuſtrata & exornata utilitatem haud pœnitendam rerum ſacrarum ſtudioſis afferret. hæc occaſio novæ huius editionis.

I. Faſtidioſos equidem & ſeveros inſtituti noſtri cenſores haud defuturos ſuſpicor, qui male poſitam operam noſtram, atque lectorum otium aliis potius ſtudiis literisque occupandum, quam ieiuna Patrum priſcorum lectione abſumendum ſint arbitraturi. eo enim vivimus ſeculo, in quo nullum his literis pretium, honos nullus, Patrumque eccleſiaſticorum adeo eviluit auctoritas, ut quilibet potius libellus, modo ad guſtum ſenſumque noſtræ ætatis longe ſcilicet ſapientioris compoſitus, utut alias ne caſſa quidem nuce æſtimandus, emtorem lectoremve inveniat, quam horum lucubrationes, etiam magno conſcriptæ ſtudio.

Unde hic contemtus Patrum, quibus tamen propagationem confirmationemque religionis chriſtianæ in ſolidum debemus, profluxerit, haud adeo difficulter videtur indicari poſſe. diſtinguendæ tamen ſunt προφάσεις & prætextus a veris genuinisque cauſſis. nonnullos ſi audias, nihil eſt omnino magni, quod a Patrum lectione expectes: eo felicitatis pertigit ſeculum noſtrum, ut nunc demum artem recte ratiocinandi, cogitationesque noſtras methodice disponendi didicerimus: nunc demum critica ſcientia cum univerſo apparatu ſuo vires ſuas exſeruit. nonne hic boni iſti Patres plane cæcutierunt?

cutierunt? quam misere passim ratiocinantur? quam perturbate cogitata sua disponunt? quoties loco argumentorum rationumque puerilibus utuntur declamationibus aut futilissimas sectantur allegorias? quam infeliciter in dignoscendis spuriis a genuinis, splendidis a solidis in campo critico versantur? quam parum in expositione scripturæ sacræ partim ex oscitantia & desidia, partim ex linguarum ignorantia valent, ut vel solus Cl. VVHITBY liber *de Script. interpret.* fidem facere potest. eiusmodi sermones in trivio audiuntur, talia popello pro oraculis propinantur, hæc in scriptis quorumdam eruditorum studiose inculcantur: quid adeo mirum, si dein studiosorum natio non nimis laboris cupida hominum tam utilium scripta vix amplius adspectu dignetur?

Enimvero fateor lubens, ingentia & plane stupenda in eruditionis genere quocumque sumsisse incrementa seculum nostrum, invidumque fore illum, atque parum in hanc supremi Numinis benignitatem gratum, qui hanc temporum nostrorum felicitatem læto non agnoscat animo; speciatim vero ad id fastigium perfectionis ascendisse & logicæ & criticæ artis scientiam, ut omnia iam & clarius & ordinatius & solidius discutiantur & ventilentur: hoc qui non videt, nihil videt, aut nescit discernere æra lupinis. utut autem hoc non invitus largiar; merum tamen hunc esse prætextum, ad excutiendum e manibus studiosorum optima scripta aptum natum, audacter pronunciare haud vereor.

Qui

Qui ita abiecte de ingenio & doctrina Patrum ſentiunt, vel nunquam ulla cura illorum ſcripta inſpexerunt, vel mirificis utuntur ipſi rhetoricationibus, nec ad iſtum modum ſuo exemplo præſtantiam ſeculi noſtri demonſtrant. quid enim? nonne, qui vel limis hæc inſpexere oculis, paſſim deprehendunt exactisſimi ratiocinii vim, magnam ingenii aciem, argumenta ad fidem faciendam nequaquam inepta, nec inepte diſpoſita, eruditionemque haud protritam? ſi quæ elumbia, infirma, declamatoria occurrant, nonne idem in ſcriptis tum noſtrorum temporum, tum præcipue antiquorum obſervare eſt? quemnam mihi dabis ex pagana vetuſtate, quam tamen præcipuo quodam affectu proſequuntur & ſuſpiciunt iſti, auctorem, in quo paria non occurrant? ad exempla ſpecialia per anguſtias præfationis deſcendere non licet: ad conſcientiam cuiusvis in hoc genere eruditionis non plane hoſpitis provocare liceat.

Et ſi hoc non ſufficiat, audiant contemtores iſti, ad quem alias in hac re provocare ſolent, & qui profecto non nimis magnifice de Patribus ſenſit, Cl. DALLAEVM * in eo ipſo libro, ubi tam acriter auctoritatem Patrum impugnat, ita diſſerentem: *Leguntur opera noſtri temporis auctorum, & quidem magno cum fructu: quanto utilior erit Patrum lectio, quorum multo quam recentium maior plerumque eſt, certe teſtatior & manifeſtior pietas atque eruditio*, paullo poſt. *quæſo enim, nonne admirabile eſt, tam mul-*

* De uſu Patr. lib. 2. c. 6.

tos,

tos, tam acri mente, tam felici ingenio viros per quingentos & mille annos, diversis temporibus & locis natos, disparibus inter se naturis & studiis ac interdum etiam sententiis, tam constanter uno veluti animo, unaque voluntate in omnibus christianismi fundamentis conspirasse & convenisse. Idem dixerat: *religionis christianæ fundamenta luculentissime ab illis fuisse illustrata & confirmata.* porro ne plura iam eodem pertinentia excerpam. *abhorret ab omni veri specie, tam multos excellentissimo, (quod eorum monumenta loquuntur) ingenio, mente acerrima, perspicacissimaque præditos viros tam stolide hallucinatos esse, ut cet.* * alibi; *Patres ego confiteor magnis ingenii dotibus, acumine, sagacitate & summa ad pernoscendum verum perspicacitate, ad hæc pietate, sapientia & eruditione singulari excelluisse.* Hoc erat de Patrum priscorum eruditione & judicandi resque divinas tractandi peritia iudicium viri illius, cuius pectore tota se condidit vetustas, cuique in explorandis Patrum infirmitatibus & nævis nec facultas nec voluntas defuit: unde etiam liquet, moderandas esse alias eruditissimi viri paullo acerbiores in Patres censuras, quas nonnunquam, studio caussæ, quam agendam susceperat & æstu disputationis abreptus, paullo inclementius effudit. eant nunc momi nostri, & ad colorem vilipendio suo conciliandum, scriptaque optimæ frugis plena ex manibus studiosorum excutienda DALLAEI auctoritate, qui tantum illorum ingenio & eruditioni statuit pretium, abutantur.

* p. 251.

Critica

Critica ſcientia ſi tantum non valuere, quantum noſtræ ætatis viri docti, quod non diffitemur: cogitandum tamen, non omnium eandem esſe rationem: non defuisſe inter Patres ut aliis ingenii eruditionisque dotibus inſignes, ita etiam hoc ſcientiæ genere non leviter imbutos: cui enim hic ORIGENIS, AFRICANI, EVSEBII, HIERONYMI, aliorumque merita ignota? reliquos plerumque, quod hac in parte illis deerat, magna ingenii vi & ſagacitate ſupplevisſe. ceterum quid hic ſibi volunt Patrum hoſtes? nihilne admittunt, niſi pumice critico expolitum? nullumne librum lectione dignum arbitrantur, in quo non diva hæc regnet? tametſi alias res contineat longe utilisſimas, & quidem ita ſolide, ita graviter depictas, ut non inveniat æquus lector, quod iure merito in illis deſideret: hac regula ſi ſtemus, quid tandem fiet noſtri ſeculi libris? inprimis ſi multorum iudicio obſequamur, quibus omnia ſordent, quæ ex antiquitatis & linguarum penu depromuntur, quæque mere pædagogicam ſcholæ eruditionem illis ſapere videntur.

Verum fac longe ingenio, ſagacitate, eruditione atque arte critica inferiores esſe Patres noſtrorum temporum ſcriptoribus: finge tibi illos multo ſtupidiores, hebetiores, rudiores, quam rei veritas & certa ipſorum monumenta admittunt teſtanturque, quid hinc infertur? futilia illorum esſe ſcripta, nullius plane utilitatis, verbo, ne lectionem quidem hominis prudentis mereri? quis vero talem exſpectasſet concluſionem ab illis, qui ſibi ſolis pe-

 ritiam

ritiam recte ratiocinandi vindicant ? nihilne ergo habent in rem noſtram ſcripta illorum, qui exquiſito genere ratiocinii non utuntur, aut qui ſingulari eruditione aut facunda oratione non ſunt conſpicui ? nonne ubivis occurrunt in Patrum ſcriptis innumerabilia, quæ penum omnis eruditionis luculenter augere, fidemque & pietatem efficaciter promovere & confirmare apta nata ſunt ? nonne, ſi vel alia quamplurima cognitione digniſſima abeſſent, duo hæc ſaltem ſcripta ipſorum attentioni noſtræ commendarent? primo quod in illis certa reperiantur teſtimonia fidei chriſtianæ, præcipuorumque ejus articulorum, ut, quæ fuerit facies religionis chriſtianæ ſingulis ſeculis, evidenter conſtet: quod quanti ſit ad omnem rem chriſtianam momenti, fuſe quidem enarrari poſſet: verum ita in oculos incurrit unicuique vel leviter attendenti partim ad promiſſiones a CHRISTO DOMINO eccleſiæ factas, partim ad ſtatum eius, ut hac opera ſuperſedere liceat: dein quod in illis extent ubivis firmiſſima argumenta pro veritate fidei chriſtianæ & capitalium eius dogmatum oſtendenda, atque validiſſima incentiva ad genuinam omnisque fuci expertem ſanctimoniam: quis neget hos eſſe eximios huius lectionis fructus? & tamen hæc tradi, hæc inculcari poſſunt ab hominibus non nimis acutis, aut critica ſcientia valentibus: ad hæc enim quid requiritur amplius, quam ut bona fide, quæ ſive ex lectione ſacrarum literarum, ſive ex auditione fidelium doctorum percepiſti, aliis exponas ? hæc vero potuiſſe ignorare doctores

cœtuum

coetuum chriſtianorum, qui plerumque eminentiorem in iſtis occupabant locum, vel cogitare ſtolidum esſet.

Alia πρόφασις, qua contemtum Patrum velare ſolent, Ariſtarchis noſtris naſcitur ex veneratione ſacræ ſcripturæ debita, atque iudicio de doctrina chriſtiana unicuique vindicando: nimirum unicum habemus fidei principium infallibile, tabulas verbi divini ſcripti, has quilibet conſulere poteſt & debet: quid hic indigemus tædioſa illa Patrum lectione? metuendum omnino eſt, ne hæc Patrum cæca veneratio nobis reducat quaſi per poſticum Papismum, & ſub ſpecioſo Patrum nomine iterum cervicibus noſtris imponantur doctores infallibiles. Talia frequenter ab impiis, omnis revelationis hoſtibus in vulgus ſpargi & iactari, haudquaquam miror: illud vero centies miratus ſum, eiusmodi crasſum ſophisma a viris eruditis ad contemtum Patrum toties in illorum ſcriptis allegari atque incauto popello pro oraculo obtrudi. quid enim? nihilne diſcriminis eſt inter cæcum asſenſum homini alicui infallibili præbitum & iuſtam venerationem, homini ob præclaras animi dotes, inſignia in eccleſiam merita & pietatem non fucatam debitam? hoc vero, non illud, ſummo iure vindicari Patribus quis non videt? profecto male ageretur cum genere humano, ſi nonniſi illi audiendi aut legendi esſent, quos dono infallibilitatis præditos esſe certisſime tibi conſtaret. vel eſtne quisquam in Proteſtantium coetibus religionis ſuæ gnarus, qui Patribus hanc prætoriam & ſupremam tribuat auctoritatem,

quique

quique disertis profiteatur verbis, Patres ecclesiæ ceu infallibiles non minus esse ἀξιοπίστους, quam auctores librorum sacrorum? utut enim non par & æqualis ab omnibus vindicetur Patribus veneratio, quia non idem omnium de Patrum merito est iudicium, in hoc tamen omnium conspirant sententiæ, meros fuisse homines ab erroris periculo nequaquam exemtos, verum homines magnis spiritus divini χαρίσμασιν ornatos & præclaris meritis conspicuos: hoc de iis ferunt iudicium etiam ii, qui alias paullo tenuius & humilius de iis sentiunt, quique libere nævos & errores eorum propalant: quemadmodum ex altera parte, qui magnificas plane & præclarissimas de iis fovent cogitationes, nunquam ita exorbitarunt, ut infallibilitatis dono a spiritu Dei exornatos fuisse, in animum inducant, ut credant: quod vel ipsi Patres in se non modo non agnovere, sed & disertis a se removere verbis. Nullus dubito, quin quilibet Protestantium, modo suæ ecclesiæ dogmata ipse intelligat, utut alias summus Patrum admirator, lubenti animo subscripturus sit notissimo quidem, sed digno quod ubivis legatur, effato B. AVGVSTINI *: *ego*, inquit, *fateor Charitati Tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorum scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod di-*

* Epist. ad *Hieron.* 19. tom. 2.

ctum

ctum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut, quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec Te, mi Frater, sentire aliquid aliter existimo: prorsum, inquam, non Te arbitror sic legi velle libros tuos, tanquam Prophetarum vel Apostolorum, de quorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est. Nemo non sibi a quolibet Patrum ecclesiæ dictum existimat, quod CYRILLUS Hierosolymitanus suo catechumeno tam diligenter inculcavit *: *μηδὲ ἐμοὶ τῷ ταῦτά σοι λέγοντι ἁπλῶς πιςεύσῃς, ἐὰν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καταγγελλομένων ἀπὸ τῶν θείων μὴ λάβῃς γραφῶν· ἡ σωτηρία γὰρ αὕτη τῆς πίςεως ἡμῶν οὐκ ἐξ εὑρεσιλογίας, ἀλλ' ἐξ ἀποδείξεως τῶν θείων ἐςὶ γραφῶν.*

Solent vulgo Theologi Angli inter illos referri, qui nimium statuunt pretium scriptis antiquitatis ecclesiasticæ: non negaverim inveniri inter illos, qui Patrum auctoritatem plus iusto evehant: quamvis meo iudicio satius sit in hanc partem peccare, modo arcte retineatur unica regula fidei christianæ sacra scriptura, quam nimium deprimendo Patrum valorem atque æstimationem, periculum ipsi auctoritati sacrarum literarum & fidei christianæ creare. Magno tamen numero adsunt viri longe præstantissimi, qui ad extremas has lineas auctoritatem Patrum non adducunt. Certe vir longe doctissimus &

* *Cyrill.* Hierosol. catèches. 4. pag. 5.

in

in monumentis ecclesiasticæ antiquitatis versatissimus, ingens hodie Britanniæ decus, DANIEL WATERLAND in eo ipso libro *, ubi pretium & valorem scriptorum ecclesiasticorum Patrum candide & acute expendit, ita accurate & sacræ scripturæ perfectionem, & Patrum valorem usumque definit & confirmat, ut lector iudiciosus non multum hic sit desideraturus. Ab altera parte in classe acerbiorum censorum non infimum occupat locum Cl. DALLAEVS, in ruspandis Patrum nævis & defectibus mire solers: hic tamen tam acris Patrum censor, ex quo fere unice sapiunt nostri temporis Aristarchi, id quidem præcipue agit, ut scripturæ sacræ eminentiam perfectionemque in tuto collocet, & Patribus dignitatem illam prætoriam a Pontificiis doctoribus multis vulgo illis tributam, qua ut iudices controversiarum sacrarum & arbitri fidei ab illis celebrantur, detrahat: usum autem & præstantiam monumentorum ecclesiasticorum, præclarasque illas dotes, quibus ornati fuerant Patres, non modo ultro concedit, sed & sub finem eius libri **, in quo tam severe in Patrum nævos & παροράματα inquirit, ex professo inculcat urgetque: quemadmodum etiam sequentibus annis hunc ipsum usum in præclaris aliis lucubrationibus ipso exhibuit facto. Ponant itaque metum nimis cauti Patrum censores: nihil hic eminentiæ scripturæ sacræ, quæ pro unica perfectissima & perspicua norma religionis habetur, adi-

* *Importance of the Doctrine of the H. Trinity.* Lond. 1734. ** *De usu Patrum.*

mitur:

mitur: nihil hic præſtantiæ Patrum adiicitur, quod non ipſorum dotes, labores & merita a quolibet æquo rerum æſtimatore impetrare debent. Vix riſum teneo, cum Ariſtarchos iſtos ita graviter ratiocinari video: Patres non ſunt infallibiles, non ſunt norma religionis: ergo ſunt ſcriptores ieiuni, futiles, vix adſpectu digni: quaſi nihil medii inter hæc duo extrema exiſteret, immo quaſi non ingentis latitudinis medium hic intereſſet. Qui ita ſive expreſſis vocibus, ſive innuendo & ſignificando colligunt, vellentne ad iſtum modum & normam ipſi æſtimari? ſuntne aut infallibiles, aut ieiuni & futiles ſcriptores?

Sunt alii adhuc prætextus acribus iſtis Patrum exagitatoribus familiares, iſtis tamen non meliores: quibus diſcutiendis ut operæ quid impendatur, haud operæ pretium eſt: utilius fuerit paucis inquirere in veras huius iniuſti contemtus cauſſas. Oritur autem hic contemtus (ne de aliis iam cauſſis plurimis dicam,) I. ex animo profano & revelationis divinæ hoſte. II. ex ſtudio & amore ſectæ. III. ex anguſtia quadam mentis & præjudiciis. IV. ex nimiis aut vituperiis aut encomiis Patrum.

I. Veræ ſanctitatis pietatisque inimicos bellum indicere monumentis Patrum, nequaquam mirum eſſe debet. Quomodo enim iſtiusmodi homines juſto pretio æſtimare poſſent ſcripta, in quibus paſſim regnat pietas & animus Deo devotus? quod de plerisque Patrum antiquorum operibus verum eſſe non ignorant horum lectores: vel ſola hæc vetuſta monumenta aucto-

rum

rum apoſtolicorum nonne ubivis ſpirant, immo ſtudioſisſime inculcant ferventem Dei amorem reverentemque eiusdem timorem, modeſtiam, humilitatem, patientiam, reſipiſcentiam, pacis ſtudium, caritatem, zelum, reliquumque chriſtianarum virtutum chorum. Hæccine vero placere posſunt eis, quibus omnia inſunt contraria, quique animis conſtitutum habent, nequaquam velle vitiis ſuis valedicere? ſi vel limis iſti adſpexere oculis eiusmodi librum, aut particulam quandam ex tali ſcripto perlegere, aut fando quid de iſtis inaudivere, ſatis intelligunt, ſibi hic ſeri aut meti nihil quidquam: contemtu ergo hi vindicant iniuriam ſibi per talia ſcripta illatam.

Par ratio eſt illorum, qui luminis rationis uſu contenti, omnem revelationem extraordinariam, inprimis in ſacris literis contentam, magno animo repudiant: hisne in deliciis erunt ſcripta, quæ ubivis veritatem & necesſitatem huius revelationis aut ſupponunt, aut certis argumentis operoſe adſtruunt? ſi bellum indixere ipſis ſcriptoribus ſacris eo præcipue nomine, quod peculiares ſibi factas revelationes recitant, ferentne & probabunt hos, qui quidquid præcellentis habent ſapientiæ, revelationi iſti unice acceptum ferunt? qui id præcipue muneris ſibi a DOMINO impoſitum arbitrati ſunt, ut cognitionem CHRISTI, quæ nititur revelatione, ubique ſpargerent, inſtillarent, tuerentur & promoverent? * ſi DOMINUM eiusque Apoſtolos perſecuti fuere, parcentne iis, qui eandem doctrinam DOMINI mundo afferunt? Nec vero idcirco dumta-

* Joh. XV. 20.

duntaxat Patribus infensi sunt increduli isti, quod eandem doctrinam revelatam inculcant, quam propagarunt CHRISTVS & Apostoli: aliud adhuc hic latet, ex quo oculi his dolent. Vident nimirum in monumentis antiquis Ecclesiæ extare quamplurima documenta, ex quibus veritas & auctoritas revelationis evangelicæ etiam hodie invicte probatur. Qui diligenter argumentum hoc excussere, non ignorant, quantum momentum ad definiendas quæstiones in hac caussa omnino necessarias de auctoribus librorum sacrorum, de γνησιότητι illorum & canone, de veritate factorum, de propagatione mirifica evangelii cet. monumenta trahant antiquitatis ecclesiasticæ: omnis vis autem adimitur his documentis, nisi Patrum testimonio iustum & ad rectæ rationis normam exactum relinquatur pretium & æstimatio. Quid enim valere possunt testimonia hominum aut mire stupidorum pueriliterque credulorum, aut ad fraudem faciendam vel ex principiis compositorum? eiusmodi enim nobis repræsentant illos Deistarum hi advocati. Sensit id satis nuperus theologiæ revelatæ hostis TINDALVS, cui id unice propositum fuerat, omnia subruere propugnacula, quibus fides christiana circumvallata & munita est: hinc corrasis undiquaque exemplis ratiunculisque Patrum auctoritatem, utpote hominum prorsus futilium, sed & ex proposito mendacium, impudentissime subvertit, ratus, vix se commodiore & breviore via posse labefactare fidei christianæ fundamenta. Mirum non id intelligere nonnullos, quibus tamen omnino christianæ religionis

)( )(veritas

veritas curæ cordique esse videtur: cui enim bono acerbissimæ illæ Patrum censuræ, non magna semper ratione, insigni tamen fastu institutæ? num non vident isti, quod per latera horum christianæ revelationis impetatur auctoritas? consuluntne rei christianæ, qui suis præsidiis nudatam insultibus & opprobriis acerrimorum obiiciunt & exponunt inimicorum? aut qua fronte & rationis specie, quos prius omni existimatione & honore exuisti, audes postea ceu viros gravissimos & singulari prudentia, fide & eruditione insignes in consilium in re gravissima, & ad caussam dicendam adhibere? hoccine specimen ad summum culmen hoc tempore artis logicæ, in qua scilicet hebescebant boni Patres, perductæ?

Eo autem lubentius hoc potissimum armorum genere ad expugnandam christianismi arcem utuntur adversarii, quod & promtum facileque sit ad tractandum, & apud rerum imperitos non minimum valeat, & denique quod tutius longe sit ita per cuniculos subruere munimenta fidei christianæ. Ex ingenti numero scriptorum Patrum quam facile & expeditum est excerpere hinc inde nonnulla, vel reipsa vitiosa, vel saltem εὐδιάβλητα & ad risum movendum opportuna, inprimis cum iamdudum viri docti talium sive verorum, sive putatitiorum nævorum ingentem cumulum coacervando, hunc laborem molestiamque fontium adeundorum ipsis sua diligentia compendifecerint. Quam dein efficax hoc erit apud vulgus & semidoctos ad contemtum christianæ caussæ inducen-

ducendum, ſuis videre oculis, non alios ei faviſſe, quam hebetes, ſtipites, ingenio, iudicio eruditioneque ſolida deſtitutos: videre, quam miſere hanc causſam egerint tuitique fuerint ipſi primarii huius eccleſiæ doctores & coryphæi? ſed & iſta agendi ratio longe tutisſima eſt: directe enim & aperto marte aggredi ſcripturam ſacram aut religionem revelatam, ut paullo inverecundius, ita noxam aut incommodum aliquod civile vel ſaltem infamiam in civitate chriſtiana afferre posſet. Hic ergo quid capiendum esſe conſilii dictat ſibi conſulens infidelitas? per inſidias expugnanda eſt hæc arx, quæ alias esſet invincibilis: deiicienda munimenta & fulcra, ut tandem ſua ſponte corruat: adimendi illi ſunt cuſtodes & defenſores, aut ſaltem ita macerandi ſunt, ut ad omnem defenſionem fiant inhabiles: imitandum ſapiens illud conſilium in fabula, de fœdere inter oves & lupos inito ea conditione, ut cuſtodes gregis canes prius abigantur: proprie ut loquar, abiiciendi ſunt omnes viri eccleſiaſtici, inprimis cohors illa Patrum, aut ſaltem ita opprobriis, maledictis & contumeliis opplendi, ut ad defenſionem rei chriſtianæ ab omnibus prudentibus iudicentur inutiles. Hoc autem tuto fieri poteſt, immo plauſibilem apud vulgus omnino habet ſpeciem: cum enim Proteſtantium cœtus unicam ſacræ ſcripturæ agnoſcant ſupremam in rebus fidei auctoritatem, hancque denegent Patrum & Conciliorum effatis, eaque de causſa nonnunquam, velint nolint, cogantur Patrum defectus & nævos detegere, nonne videbitur, qui omni contumelia-

tumeliarum genere largiter adſpergit Patrum ſcripta, tuto ſub hac larva deliteſcere, immo ſpecioſum animoſi Proteſtantis acrisque Papiſmi expugnatoris nomen poſſe mereri & conſequi?

Paullo melior priore eſt ſecunda, quam allegavimus, iſtius contemtus cauſſa, orta ex ſtudio & amore ſectæ, nec tamen vitio carens. Nimirum, qui ſemel hoc alte animis infixere, ϑέσιν, quam aut ipſi excogitavere, aut ab aliis ceu ſacrum oraculum acceptam ſuam fecere, omnibus modis, ut omnes noſtra perdite amamus, διαφυλάττειν, utut illa ab omni veteris eccleſiæ conſenſu disſideat, nihil his ſupereſt, quam ut, cum disſidium hoc ab antiqua eccleſia magnum momentum trahere, & ſententiæ ſuæ mirum in modum incommodare facile perſpiciant, quam ut generoſo contemtu horum vetuſtorum monumentorum, & ſi id flagitet neceſſitas, riſu ſarcaſtico hanc a ſe amoliantur adverſariam. De ratione quod nonnulli argute dixere, ſi ea fuerit alicui in ſuis opinionibus adverſa, mirum non eſſe, ſi & ille vicisſim fiat rationis hoſtis, illamque omni dicteriorum genere proſequatur, hic eodem iure valet: ſi videas contra te tuamque ſententiam ſtare & pugnare veteris eccleſiæ conſenſum, hoſtis huius factus, animoſo contemtu & irriſione Patrum eccleſiæ hanc tibi factam iniuriam probe ulciſcere.

Luculentum huius extat exemplum in adverſariis S. Trinitatis & veræ Deitatis DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, illis præcipue, qui & ipſam προϋπαρξιν divinæ eius naturæ ante nativitatem ex

ex virgine Maria infitiantur. Antiquitatis enim quamvis plerumque non nimium gnari satis intelligunt, Ecclesiæ antiquæ Patres a suis non stare partibus, novamque hanc esse sententiam vel inprimis gloriantur: nec tamen a CERINTHO, EBIONE, ARTEMONE cet. epocham huius arcessere, nimis magnificum rati, ne præiudicium detrimentumve afferatur tam dilectæ opinioni ex consensu veteris Ecclesiæ luminum ductorumve, remis velisque id agunt, ut horum auctoritas æstimatioque vilescat, itaque ad dicendam caussam inepti hi testes Ecclesiæ antiquæ reperiantur. Hæc vera caussa improborum convitiorum in optimos hos viros coniectorum: hæc accendit studium in nævos, defectus, vitia sanctorum Patrum, dissimulatis bonis, inquirendi.

Non dissimilis est tertia caussa ex angustia quadam mentis cogitationisque nata. Sunt non exiguo numero inter ipsos etiam ætatis nostræ literatos, qui certo cuidam disciplinarum & scientiarum generi addicti, hoc unum adamant amplectunturque, reliqua omnia ceu vana, futilia & nulli rei, ex alto despiciunt: immo non tantum unum hoc scientiæ genus exosculantur, sed & unicam illud tractandi & exponendi rationem agnoscunt, illam videlicet, quam vel ipsi proprio invenerunt ingenio, vel ab aliis magistris inventam, solam ceu unice legitimam, didicere, & mordicus retinent, vel quæ tandem hoc potissimum, quo vivimus, sæculo præ aliis obtinet & magni fit: quæ ab ista norma deflectunt susque deque habent, istorum-

que auctorum, quibus contigit naſcendi ſorte aliam didiciſſe methodum rationemque præcipiendi, ſortem miſerantur infelicem, ſibi plaudentes, quod ea felicitate gaudeant, quæ ſola iuſtum res tractandi ſervet tenorem. Sola illa eſt bona logica, quam iſte momus didicit: ſola illa res morales tractandi vera ratio eſt, cui ipſe omne ſuum ingenium & tempus impendit. Quid miramur deinde, ſi Patrum ſcripta, quæ forte vel per tranſennam inſpexit, vel aliorum relatu ab iſta ratione disſidere intellexit, flocci faciat, tametſi res alias contineant longe præſtantisſimas atque utilisſimas. Indolem humani ingenii & φιλαυτίας fraudes ignoret neceſſe eſt, qui ſibi perſuadet, huic non diſplicitura Patrum ſcripta, in quibus plane diverſus res conſiderandi, exprimendi & inculcandi obtinet modus, illo quo vixere ſæculo & loco, illi cui addicti erant cœtui, familiaris conſuetusque, a noſtra vero ratione paullo longius recedens, qui tamen tunc temporis præcipuam habuit æſtimationem, & nequaquam minorem vim perſuadendi, quam noſter ille hac ætate.

Fuerunt, ais, imperiti genuinæ artis ratiocinandi, fuerunt indiſertiores, & declamatorio dicendi genere duntaxat utuntur: dic potius, noſtra, quam unice amamus, non uſi ſunt logica, noſtræ rhetoricæ præcepta, quæ ſola tenemus, non obſervarunt: at obſervarunt illa, quæ tum regnum obtinebant, illa, quæ præſtantisſimi Romanorum ſcriptores ethnici, quorum ſcripta cedro digna vulgo iudicamus, excoluere, illa denique, quæ longe maximam in dicendo

dicendo vim habere credebantur, & reipſa habebant. Hic vereor, ne idem viris iſtis doctis contingat, quod pueris, qui nunquam patriæ limites egreſſi, nonniſi illa admirantur, quæ intra domeſticos lares, aut ad ſummum in urbe natali videre, ridicula, abſona, ſtulta omnia cenſentes, quæ a moribus familiaribus vel tantillum abludunt: aut quod fœmellis, illas tantum veſtimentorum formas probantibus, quas vel ipſæ excogitavere, vel in patrio ſolo uſitatas conſpexere.

Immo vero, ais, nos non arbitrarias formas legesque logicæ & rhetoricæ admittimus: quæ ſana dictat ratio, quæ æternæ ſunt veritatis oracula, hæc duntaxat probamus, & in cenſum venire volumus. Audio: ſed nunquid hoc ipſum eſt, quod antea mentis cognitionisque appellavi anguſtiam? nunquid hoc ipſum in arctum cogit mentem, nec permittit, ut libere circumſpiciat omnia, ad cauſſæ cognitionem neceſſaria: hoc, inquam, ipſum, ſua tantum admirari, hæcque propterea glorioſo titulo æternarum veritatum cohoneſtare? fateor omnino, in iſtis ſcientiis eſſe quamplurimas catholicas & æternas veritates, quas migrare nefas eſt: has Patribus ignotas, aut raro obſervatas, quis dicet, niſi qui ipſorum monumenta nunquam curatius inſpexit, aut qui illos plane in monſtra hominum convertere ſtudio habeat? in has ſi impegere nonnunquam, quod & nobis poſſe accidere nemo dubitat, nullus intercedo, quin illa σφάλματα detegantur & corrigantur: ſacra nobis eſſe debet veritas & omnibus præferenda.

At præter has leges catholicas innumera ſunt in formis & modis ratiocinandi & disſerendi, quæ latitudinem aliquam admittunt, quæque locorum temporumque diverſitate variant, & in quibus nonniſi conſuetudo regnat, aut ad ſummum, quorum unum paullo melius & rationi convenientius altero exiſtit.

Fuit tempus, quo illa tantum ratiocinandi & disſerendi ratio invaluit, qua omnia ad terminos ſcholæ peripateticæ reducebantur, & per ſyllogiſmos formales, diſtinctiones & definitiones, perque quatuor causſarum genera cet. expediebantur, nihilque pro demonſtrato & ad liquidam veritatem perducto habebatur, quod ad iſtam formam non esſet compoſitum. Satis conſtat, potuisſe hac ratione & forma veritates theologicas & philoſophicas tradi. Quis vero affirmaverit, hanc esſe unice iuſtam veritatem docendi methodum, nec præter hanc extare aliam, forte commodiorem, immo plures?

Non defuere noſtris temporibus, qui omnia volebant redigi ad demonſtrationes geometricas, ad definitiones, poſtulata & axiomata cet. quis eſt, qui non lubens præſtantiam & excellentiam methodi mathematicæ agnoſcat? nec tamen arbitror omnia illa reſpuere ſcripta cenſores Patrum, non hac adornata methodo. Quid ergo iſti ſuam propriam formam cogitandi & ſcribendi, aut formam ſæculi ſui imponunt ceu necesſariam vetuſtis Patribus, qui profecto, ſi quid vellent efficere in animis auditorum & lectorum, non potuerunt non ſervare tenorem ſæculi & loci ſui?

Quarta

Quarta contemtus causſa, petita ex nimiis aut vituperiis aut encomiis Patrum, cum ſit per ſe perſpicua, non diu nos remorabitur. Acres illas inſectationes, & continua vituperia in Patres, etiam nonnunquam a viris doctis coniecta, non alio pertinere, quam ad vilipendium & ſummum contemtum, in animis præcipue iuvenum & imperitorum pariendum, quis non videt? hæc dum dico, neutiquam id volo, ſemper connivendum esſe ad lapſus Patrum, nævos ipſorum prudenter disſimulandos, aut etiam quavis arte & tectorio palliandos, id omnibus modis agendum, ut vel cum detrimento veritatis ſpecioſi pulcrique appareant. Improba hæc ſunt, & longisſime a candore chriſtiano & veritatis amore ſincero abſunt: retegantur ipſorum errores flagitante necesſitate & ratione, ſed ita retegantur, ut pateat, nos non id agere, ut ad exemplum Chami nuditate Patrum oculos paſcamus, deliciasque aliis aut nobis, poſita omni verecundia, faciamus: nævi ipſorum & defectus, ubi hoc uſus poſcit, non disſimulentur, nedum pallientur quovis colore, ſed ita hoc fiat, ut nec bona ipſorum, quæ quamplurima illis adfuere, virtutesque & ornamenta disſimulemus: ita hoc fiat, ut nec leves errores in ingentia crimina vertamus, & ex muſca, quod aiunt, faciamus elephantum: ita hoc fiat, ut non ſtudioſe conquiſitis undique ratiunculis eas iis affingamus ſententias, a quibus abhorruere, aut quæ ſaltem ex verbis eorum non necesſario fluunt: ita hoc fiat, ut temporum, quibus vixere, & ſubſidiorum, quæ eis ad manus fuere,

& negotiorum, quibus plerumque obruti fuere, aliarumque circumſtantiarum habita ratione, æquitatis, charitatis & prudentiæ chriſtianæ probe memores, nunquam φιλαυτία aut arrogantia ſæculi noſtri ſinamus nos abripi. His obſervatis periculum nullum eſt, ne in contemtum incidant ſcriptores iſti: patebit equidem ab humanis infirmitatibus non fuiſſe liberos, nec omnia ita exquiſite ab illis fuiſſe enucleata, ut poſterioribus factum eſt temporibus: dignos autem odio illo & vilipendio, quo illos proſequitur ætas noſtra, non modo non patebit, ut potius manifeſtum futurum ſit, homines fuiſſe magno ingenio, ſingulari fide, ardenti zelo, eruditione præclara in vario literarum genere conſpicuos, eorumque ſcripta ad fidem confirmandam, & pietatem accendendam inprimis apta. Ubi autem contrario modo agitur, ubi nihil niſi nævi omiſſis bonis crepantur, ubi illis perverſæ ſententiæ contra ipſorum mentem affinguntur: breviter, ubi ceu mortalium ſtultiſſimi & ineptiſſimi repræſentantur, nonne, quantum in nobis eſt, omnium contemtui & ludibriis exponuntur?

Ex nimiis laudibus & encomiis intempeſtivis Patrum idem per contrarium frequenter conſequitur contemtus. Repræſenta illos, ut omnis labis, vitii & defectus expertes, effinge hos omnibus dotibus naturæ & gratiæ ita cumulatos, ut vel ipſos Apoſtolos ſi non ſuperent, certe adæquent: noſtri ſæculi eruditos præ illis ſtipites & caudices æſtima, omnia ipſorum effata & decreta, etiam temere effuſa, nullo diſcri-

mine

mine inculca, tuere, adora ceu divina oracula: graviter ſuccenſe audacibus illis criticis aut temerariis philoſophis, qui non verentur nonnulla ceu parum bene dicta & demonſtrata reprehendere, & vel ex theſauris linguarum, hiſtoriarum, antiquitatum, vel ex lumine philoſophiæ & artibus, quibus ſæculum noſtrum præ ſuperioribus inclaruit, melius & concinnius ſolidiusve depromere. Quid eiusmodi elogiis apud homines non plane ſtupidos & rerum ignaros efficies? iuſtam & tam bene meritis debitam conciliabis reverentiam? immo contemtum, faſtidium, vilipendium. Non modo enim te ut ridiculum declamatorem cachinnis & ſummo excipient contemtu, ſed hic contemtus in ipſos recidet redundabitque Patres: cum enim nullo negotio vel ex levisſima cognitione monumentorum veterum novorumque hæc præter verum fasque & æquum dici intelligant, facile eo abripiuntur, ut turpiter ſibi imponi ſentientes, indeque indignationis pleni paullo maiori cura hæc tantopere iactata monumenta excutiant, tandemque plures in iis nævos, quam reipſa ſunt, videant, atque ceu futilisſima hæc ſcripta a ſe longe removeant. Encomiaſtis his accidit, quod in proverbio in fabula obſervatur: (*) *quicunque turpi fraude ſemel innotuit, etiamſi verum dicit, amittit fidem.*

Facile esſet, has contemtus iniuſti Patrum eccleſiaſticorum allegatas causſas amplificare & quamplurimis exemplis in medium adductis illuſtrare: verum & hoc & aliarum causſarum allegatio-

(*) Phædr. lib. I. fab. 10.

allegationem prohibet præfationis ratio. Quanti ſint valoris, iudicium ſit penes æquum & rei chriſtianæ amantem lectorem. Ad vos, mei Juvenes in Domino charisſimi, ſacrarum literarum ſtudio conſecrati, quibus præcipue hæc vetuſtisſimorum Patrum deſtinatur & dicatur editio, paullulum mea deflectat oratio.

Videtis, quinam ſint prætextus, quæ veræ causſæ iniqui huius Patrum contemtus. Quales plures veſtrum cognoſco, nimis iudico æquos & veritatis ſacræ amantes, quam ut multum iis moveri & in transverſum abripi vos arbitrer. Non ii certe eſtis, quibus vel ideo ſordent Patrum labores, quia per illos revelationis divinæ veritas luculenter illuſtratur & confirmatur: immo cum ſacræ literæ ſint unicæ deliciæ veſtræ, illarumque exactum & non perfunctorium ſtudium vos totos occupet, non poteſtis illos aſpernari, qui omni induſtria idem volventes ſaxum, quamplurimos ad chriſtianæ revelationis agnitionem & fidem perduxere: non ii eſtis, qui capitalia dogmata huius de ſancta Trinitate, de vera Deitate Servatoris noſtri, aliaque his ſimilia ita horretis & deteſtamini, ut quicunque hæc ſerio profitentur inculcantque, vel ob hoc ipſum vatiniano dignos odio cenſeatis, melius ex ſacrarum literarum attenta conſideratione edocti: non ii eſtis, certe esſe non debetis, qui nonniſi ſua admirantes, id omne vitioſum & aſpernabile iudicant, quod ad proprium & ſui ſæculi guſtum, interdum valde perverſum, non eſt ex arte compoſitum: minutum hoc & anguſtum cenſent omnes paullo generoſioris indolis

dolis, qui ex vero res diiudicare norunt. Nec prudentiam & iudicium vestrum decere arbitrabimini, ex nimiis aut laudibus aut vituperationibus Patrum de vero ipsorum statuere pretio, non ignari, ex rerum ipsarum momentis iudicantibus & hic in medio positam videri veritatem. Sed nec ii etiam estis, qui, quam calumniam atrocem sibi a (*) Pontificiis iniuria impositam dudum conquesti sunt nostrarum Ecclesiarum Doctores gravissimi, nullum in nostris Ecclesiis Patrum scriptis relinqui locum, eaque nos tanquam alga viliora contemnere dictitantibus: non ii, inquam, estis, qui hanc calumniam in materiam laudis velitis convertere, idque operam dare, ut, quae olim fuerat mera calumnia, iam incipiat pura puta veritas esse. Ægre quondam tulit ANDREAS HYPERIUS, cordatus & magni iudicii eruditionisque Theologus, esse qui studiosam iuventutem a lectione Patrum arcerent, pessime hos illis consulere arbitratus. Haud opinor ingratum vobis fore, si paucula quaedam ex opusculis gravissimi huius theologi (quae potius in manibus vestris, quam nonnullos musteos saeculi nostri libros versari exoptarem) in rem vestram produxero: (**) *Studiosi, dum attente percurrunt locos communes, quos semel nacti sunt, consistunt interea & contenti sunt his, quae in suis libellis prodita comperiunt, neque animum unquam adiiciunt ad legendos veterum Patrum commentarios, immo fastidiunt veteres theologos ad unum omnes,*

(*) Melch. Canus in Loc. comm. lib. 7. tot. Becanus in opusc. aliique. (**) Meth. theol. p. 7.

omnes, iisque mordicus adhærent, quos habent in manibus, etsi forsan alicui de errore sunt suspecti. iterum libro de Theologo(*): *vehementer autem demiror quorundam male feriatorum ingenia ac iudicia, qui præstantissima remedia ad evitandum omne incommodum etsi porrigi cernant, ægre tamen ferunt, ullos in sanctorum Patrum lectionem incumbere; non aliter improbant, damnant, repudiant, abiiciunt veterum scripta universa, quam si nihil in iis extaret digni cognitione, & de Christo nihil unquam docuissent veritati sacræ scripturæ consentaneum. Atqui satis superque constat, multos ex sanctis illis Patribus vitæ sanctimonia conspicuos, plerosque etiam miraculis claros extitisse: ad hæc propter confessionem nominis Christi dira perpessos, nonnullos etiam sanguine suo & morte fortiter tolerata consignasse confessionis suæ & sanæ doctrinæ evangelicæ certitudinem. Constat insuper, quomodo Deus dignatus sit quosdam illorum mirabili virtute spiritus ac gratia in docendo celebres in ecclesia reddere: & quomodo donis hisce tantum valuerint, ut in asserenda veritate, in redarguendis confutandisque tam philosophorum quam hæreticorum erroribus, in exhortationum gravitate, in acrimonia & severitate correctionum, in consolationum dulcedine, cæteros omnes longo intervallo post se relinquant, & quorumvis hominum conscientiis, supra quam dici queat, prosint. Constat præterea, quantopere sua doctrina & pietate ecclesias promoverint, stabiliverint, & quomodo integras optimeque ordinatas posteris reliquerint. Quin etiam in hunc usque diem experimur, nos illorum sanctissimis lucubrationibus mirifice*

(*) de Theologo lib. IV. c. 9.

mirifice adiuvari, omnemque conservandarum ecclesiarum artem & prudentiam ex iisdem addiscamus necesse est. Denique non pauci, qui nunc aliquid laude dignum scribendo præstant, illorum plumis se subinde vestiunt, ornant, superbiunt, quantumvis callide dissimulent. Hæc igitur quando ita se habent, equidem invidos & maledicos obtrectatores istos indignos arbitror, adversus quos pluribus verbis pro vendicanda sanctorum Patrum dignitate a calumniis dimicem & propugnem. Quod si tales mores ac vitæ puritas, par item doctrina in istis elucerent: si tot in docendo scribendoque labores exhaustos, si tantum ardorem ad illustrandam Christi gloriam confirmandasque ecclesias, si tantum animi robur in sustinendis pro veritate periculis conspiceremus in superciliosis & delicatis istis Aristarchis seu censoribus, quanta hæc omnia fuisse in priscis illis Patribus novimus (fuerunt autem excellentissima): tunc sane nos aliquo pacto aurem ipsis accommodaremus: nunc vero, quando nihil prorsus eiusmodi deprehendi in eis potest, quamlibet scrupulose omni ex parte circumspectes, nos audire eos nolumus, multo minus respondebimus eorundem cavillationibus. Confidimus vero piam iuventutem hac esse imbutam pia opinione, ut de celeberrimis Patribus, quorum scripta præstantissimi quique venerantur, & summo habent post literas sacras in precio, non facile sit sinistre iudicatura; ideoque minime egent longis exhortationibus, quibus ad lectionem commentariorum qui supersunt, atque ecclesiis Dei sunt probati, excitentur. His, quæ per se pulcra & præclara existunt, frustra quæritur aliena commendatio: vino vendibili suspensa hedera nihil opus est.

Quid

Quid ergo? auctorne ſim, ut relictis aliis ſtudiis toti in lectionem Patrum incumbatis, immenſoque huic voluminum oceano naviculam veſtram ſecure committatis? abſit hoc, ut ingenti hac librorum farragine obrui vos velim: ſcio, quid humeri veſtri ferre queant, quid ferre recuſent: non ignoro, in quibus rerum circumſtantiis verſemini, & quo tendat præcipuus ſtudiorum veſtrorum ſcopus: ſed & illud ſcio, non ſane nihil ad primarium hunc ſcopum conferre uſum aliquem antiquitatis eccleſiaſticæ ex lectione Patrum comparandum. Quod iam poſtulo, hoc eſt, ut depoſito futili illo præiudicio de futilitate ſcriptorum Patrum, per nonnullos libellos diligenter inſtillato, ipſi veſtris utamini oculis, & perlectis aliquam multis primitivæ Eccleſiæ monumentis præſtantioribus, quantum eius per alia ſtudia magis neceſſaria fieri poteſt, tum demum de iuſto ipſorum pretio ſtatuatis, ipſique dein, utrum eo in ſtudio ulterius progrediendum an ſubſiſtendum, cognita aliquo modo cauſſa, rite arbitremini. Quanti uſus ſit hoc ſtudium, qua methodo inſtituendum, quænam potisſimum in eo obſervanda; docebunt multi auctores recentiores & antiquiores, inter quos haud poſtremum tenet locum, quem modo nominavi, ſapientisſimus theologus HYPERIVS in opere præſtantisſimo & multæ bonæ frugis pleno, *de Theologo*, ſeu *ratione ſtudii theologici* (*), ubi poſtquam acerrime in Patrum contemtores invectus esſet, compluribus admodum ſalubribus & utilibus obſervationibus

(*) Lib. IV. cap. 9.

tionibus totum ſtudium percurrit. Fas ſit enim & liceat nonnunquam per hodiernos ſæculi noſtri ſophos ad aliquem ex obſoletioribus, quibus, utut contemtis, nequaquam bona mens defuit, provocare.

Quæ hic, ſacrarum literarum cultores & ſtudioſi, vobis offerimus primitivæ eccleſiæ monumenta ſanctisſima, ſi quid aliud, attentionem & induſtriam veſtram excitare & accendere debent. Non ea mole & multitudine vobis otium & tempora melioribus deſtinata ſurripient: non obſcuritate aut prolixitate vobis tædium creabunt: utinam plura huius aureæ ætatis genuina monumenta longus ſæculorum lapſus ad nos detulisſet! Ea debitis encomiis celebrare, ſupra vires meas poſitum eſt: prolixo & ambitioſo ſermone ea veſtræ velle commendare diligentiæ, esſet vobis iniuriam facere: tulerunt ea plauſus omnium fere ætatum, nec vel ii, qui aliorum Patrum lucubrationes tanto ſupercilio deſpiciunt & tineas paſcere iubent, de his tam abiecte ſentire videri volunt. Ipſe omnium literarum Dictator IOSEPHVS SCALIGER, vir, ſi quis unquam, in diſcernendo, quid diſtent æra lupinis, ſolers & perſpicax, ſuum animi ſenſum de eiusmodi monumentis iis expresſit verbis, quæ mirifice mihi ſemper arriſisſe, diffiteri nequeo. Cedro digna verba (*) hic legi iuvabit: *Ea* (loquitur de martyriis vetuſtisſimis Chriſtianorum) *& Polycarpi martyrium* (quod & hic exhibetur) *hodie extant apud Euſebium in hiſtoria eccleſiaſtica, quæ ſunt vetuſtisſima eccleſiæ*

* ex Animadv. in Euſeb. Chron. p. 221.

martyria, quorum lectione piorum animus ita afficitur, ut nunquam satur inde recedat: quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo & conscientiæ modo sentire potest. Certe ego nihil unquam in historia ecclesiastica vidi, a cuius lectione commotior recedam, ut non amplius meus esse videar. Idem sentimus de actis martyrum Lugdunensium & Viennensium, cet.

Quod de se candide profitetur summus hic virorum, quin eandem vim apud ingenuos & non ab omni pietate aversos animos sint habitura omnia hæc a nobis hic edita scripta, vix dubitare licet. Et quid hoc miramur? λείψανα hæc τȣ̃ χρυσȣ̃ γένȣς eo erant edita sæculo, quo sanguis Servatoris adhuc calebat in venis discipulorum, quo Spiritus DEI immensa copia donorum tum ordinariorum tum extraordinariorum effusus fuerat in ecclesiam, & ab illis viris, qui ab ipsorum sanctissimorum legatorum CHRISTI, aut certe virorum apostolicorum ore pendentes, universam cælestis philosophiæ & disciplinæ rationem cupidissimo imbibebant animo, aliisque quam diligentissime instillare, suarum ducebant partium, aut, ut verbis IRENAEI utar, qui ἔναυλον ἔτι τὸ κήρυγμα τῶν ἀποςόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν habebant.

Non equidem hic subtilia abstrusæ cuiusdam scientiæ εὑρήματα, ad quæ nonnisi profundis theologis accessus patet, occurrunt: at occurrunt, quæ hominem in CHRISTO formant, ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε· περιέχȣσι γὰρ πίςιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς

τὸν

τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν· ut de Ignatianis ſcripſit apud EVSEBIVM B. POLYCARPVS. Non hic invenietis verborum globulos, ſermonesque ſeſamo & papavere aſperſos, nedum demoſthenicam ſcholæ facundiam: at invenietis dignam ſæculo apoſtolico, dignam tantis viris eloquentiam, candidam, ſimplicem, nervoſam, fuci omnis & ceruſſæ expertem. Non admirabimini heic artem ſubtiliter & argute disputandi, acute concludendi, ex regularum norma cogitata apte disponendi, qua inclaruit præcipue & ſuperbit ſæculum noſtrum: at bonam mentem, caſtam ſapientiam, pectora DEO plena, vehemens ſtudium Numini placendi, proximum ædificandi, animumque ſæculi deliciis prorſus renunciantem, & CHRISTO ſoli affixum, quæque alia ſunt decora chriſtianæ fidei opportune inculcata & diſpoſita non poteritis non vehementer ſuſpicere, idque potius mirari, quo modo ſine ulla arte & humana ſapientia elaborata ſcripta tam mirificos motus & ſenſus in animis ingenuorum & piorum lectorum quorumvis poſſint efficere. Facile etiam vobis fuerit, ingens inter noſtros hos ſcriptores apoſtolicos & illos noſtri ævi demagogos obſervare diſcrimen, qui prætumida, phantaſtica & miſere affectata quadam eloquentia dicam an loquacitate inſtructi, novis & ex phantaſtico ingenio aut putide contorta Scriptura Sacra petitis phraſibus imperito popello illudunt, & ſub larva novæ pietatis novum genus chriſtianiſmi, ab illo Apoſtolorum & virorum horum apoſtolicorum δὶς διὰ πασῶν recedens, in cœtus ad for-

mam apoſtolicam ſic ſatis conſtitutos audent introducere.

Cæterum, quamvis tam magnifice de viris iſtis ſanctisſimis eorumque operibus ſentire vos par fuerit, non ita fulgore horum illuſtrium Nominum mentem veſtram perſtringi offuſcarique convenit, ut ἀξίωμα his apoſtolicum, ſenſumque errare neſcium temere tribuatis. Utut enim ingenti copia donorum Spiritus Sancti, cuiusmodi nemo poſt illa tempora, nedum hodie gaudet, fuerint ornati, homines fuere nobis ὁμοιοπαθεῖς, & ad dignitatem illorum non accedentes, quos ex promisſione Servatoris in omnem veritatem duxit Spiritus Sanctus. Hoc & res ipſa loquitur, & propria ipſorum confesſio ſatis teſtatur: quod enim B. POLYCARPVS de ſe profesſus eſt, de omnibus his verum esſe non neſcitis: (*) ὔτε γὰρ ἐγὼ ὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολȢθῆσαι τῇ σοφίᾳ τȢ μακαρίȢ καὶ ἐνδόξȢ ΠαύλȢ, ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κ. τ. λ.

II. Pulchre hæc quidem, dicetis fortasſe: at quis nobis fidem faciet, genuinos hos esſe ſanctisſimorum horum antiſtitum fœtus, cum ſatis conſtet, non modo quamplurima alia ſuppoſita fuisſe his ſpuria opera, ſed & de his ipſis, CLEMENTIS inprimis & IGNATII, epiſtolis acerrimas dudum pugnari pugnas inter viros undiquaque eruditisſimos. Verum bonum habetote animum: res fere hodie confecta eſt, ea, quæ hic vobis exhibemus ſcripta (excepta poſteriore, ut appellatur, CLEMENTIS ad Corinthios epiſtola, quæ utut vetuſtisſima, num revera CLEMENTEM habeat

(*) Ep. ad Philipp. c. 3.

habeat auctorem, item annon potius fragmentum sit homiliæ, quam epistolæ cet., inter veteres æque ac novos disceptatur) ceu genuini horum præsulum foetus magno eruditorum consensu, & quasi conspirantibus calculis post curatissimam discussionem iam admittuntur & probantur. Vexatissimam quæstionem non reassumo: pauca tantum nonnulla in vestri gratiam de CLEMENTE & IGNATIO annotabo.

Simul ac opera Cl. PATRICII IVNII an. 1632. ex codice Alexandrino antiquissimo primum in lucem edita est CLEMENTIS epistola prior ad Corinthios, ingenti plausu ab omnibus fere eruditis, harum rerum peritis excepta, calculos principum in republica literaria virorum, GROTIORVM, VOSSIORVM, SALMASIORVM, CONRINGIORVM, SELDENORVM cet. meruit abstulitque, nemine fere repugnante aut dubitante. Omnia genuinæ antiquitatis & γνησιότητος τεκμήρια hic adesse, eamque CLEMENTI Romano clarissime adiudicare animadverterunt: testimonia veterum IRENAEI, CLEMENTIS Alexandrini, ORIGENIS, HIERONYMI cet. hanc allegantium; rem ipsam epistola pertractatam, styli characterem, non omni elegantia destituti, & ad PAVLI illum fere accedentem; dicta de CHRISTO aliaque dogmata ἀφελέστερον nec more platonico exposita; descriptionem rituum leviticorum ut adhuc vigentium; episcopatus adhuc valde simplicis formam; ipsius illius codicis, unde depromta, ad tempus Concilii Nicæni pertingentis vetustatem; hæc aliaque plura in illa accuratissimo iudicio expendentes, viri nequa-

quam obesarum narium de γνησιότητι ne quidem dubitandum pronunciarunt, aliosque facile in eandem sententiam adduxere. Nec enim, quos sive PHOTIVS sive inter recentiores pauci quidam movere scrupulos ex fabula phoenicis avis, ex mundis ultra oceanum cet. tanti illis visi sunt, ut vel leviter hanc labefactarent opinionem. Post hæc vir longe eruditissimus, EDVARDVS BERNARDVS, non quidem spuriam hanc epistolam, sed misere corruptam, & innumeris laciniis ex altero CLEMENTE Alexandrino auctam ab impostore quodam in notulis oræ editionis Cotelerianæ adiectis, dein a Cel. CLERICO primum ἀνωνύμως, postea expresso BERNARDI nomine in altera editione publicatis, pronunciavit.

Animus fuerat, in hac nostra præfatione has doctissimi viri suspiciones curato examini subiicere, inprimis cum & Cel. CLERICVS non exiguum his ponat pretium, immo non admodum obscure sibi sic satis arridere innuat. Vidi postea, otium hic mihi fecisse viros quosdam doctissimos, qui hac opera egregie defuncti sunt. Prior est Illustrissimus Cantuariensis Archiepiscopus, IOHANNES POTTERVS, Præsulum decus, reique literariæ lumen columenque; cui ut diu ecclesiæ Britannicæ præsit, remque & ecclesiarum & studiorum sanctissimis suis laboribus & scriptis immortalibus iuvare pergat, a DEO Optimo Maximo, quotquot christianæ & literariæ reipublicæ favent, calidis exoptant votis. Summus hic virorum, cum adhuc ageret Episcopum Oxoniensem, in

præstan-

præſtantisſima editione operum CLEMENTIS Alexandrini, anno 1715. ex theatro Sheldoniano in lucem emisſa, breviter quidem, ſed nervoſe his BERNARDI divinationibus, quas tum hunc agnoſcere auctorem ignoraverat, nervos incidit. Has eruditisſimi Præſulis animadverſiones ad finem teſtimoniorum de B. CLEMENTE hic adiunximus. Alter eſt clarisſimus vir HENRICVS WOTTONVS, qui in editione nova epiſtolarum CLEMENTIS Romani, (quam demum videre licuit, cum iam in noſtra editione verſaremur) in notis ſingula loca *νοθείας* inſimulata expendit, & omnem ab illis interpolationis ſuſpicionem magno ſtudio abſtergit.

Paullo aliter hanc epiſtolæ corruptionem non ita pridem docuit, agnita in reliquis huius *γνησιότητι* reverendus & eruditisſimus Abbas MOSHEMIVS (*), quo viro vix quidquam habet hodie orbis literatus eruditius & acutius. Ipſe mihi vim facio, cum cogor a ſententiis viri tam ſapientis, & omnia oculo perſpicacisſimo perrimantis discesſionem nonnunquam facere. Dabit tamen, ut confido, veniam æquisſimus & candidisſimus arbiter, ſi libere pro more meo profitear, nondum me in eius ſententia de corruptione huius epiſtolæ posſe acquieſcere; tantoque id facilius me ab eius æquitate impetraturum confido, quod *opinatoris* potius *& coniectoris, quam iudicis* hic ſe ſumere *partes* non diffiteatur vir doctisſimus. Saltem ego *in eo quod nimium eſt* in arte critica, de quo tam ſapienter & eleganter in alia disſertatione

 præci-

(*) Inſtitut. Hiſtor. Chriſt. Maior. Sæc. I. pag. 213.

præcipit, peccasse videri non possum, cum non indulgens coniecturis haud valde necessariis, simplici animo sequar unicum, qui superest, codicem manuscriptum. Statuit eruditissimus Abbas, epistolam hanc a nescio quo impostore ubivis, allegatis locis, ornandi caussa mire amplificatam & dilatatam fuisse. Si vocem hinc inde quandam aut etiam ῥῆσιν integram adsutam diceret, manum non verterim: cum eiusmodi variationes in MSS. passim occurrere nemo ignoret. Nunc vero per istam crisin quarta sua parte, si non amplius, mulctatur & mutilatur hæc epistola, qua de caussa? nimirum periodi non satis cohærent: a proposito CLEMENTIS, dehortandi Corinthios a contentionibus & rixis, & ex adverso ad concordiam, pacem, modestiam eosdem revocandi, longissime sunt remotæ istæ laciniæ: expungendæ ergo, quæ cap. 11. & 12. item cap. 23. ad 28. sic & quæ cap. 40. ad 45. & cap. 55. habentur.

Ad ista sequentia fas fuerit observare: 1. In genere, si codice quodam manuscripto bonæ notæ aut testimoniis non aspernandis antiquitatis christianæ niteretur hæc crisis, momentum traheret, & attentionem non perfunctoriam flagitaret: nunc vero meris coniecturis & ratiociniis non necessario concludentibus tota, quanta est, suffulcitur. 2. In epistolari sermonis genere mira regnat libertas, nec ad strictæ methodi dialecticæ leges sese revocari patitur: passim hoc videas in antiquis & novis, sacris & profanis scriptoribus: nec TVLLIVS nec PLI-

PLINIVS, nec facri fcriptores PAVLVS & alii; nec ecclefiaftici, IGNATIVS, POLYCARPVS, CYPRIANVS cet, in quos tamen nollet ad eum modum fævire reverendus Abbas, ab hac foluta fcribendi ratione discedunt. 3. Non fatis notus hodie nobis ftatus eft eorum, ad quos fcribitur, qui tamen fcriptori nequaquam potuit occultus esfe. Noverat B. CLEMENS, noverat ecclefia Romana, quo in ftatu verfaretur cœtus Corinthiacus: noverat, quibuscum malis conflictaretur, quibus remediis ad illa levanda opus esfet: ad illud ftylum fuum adaptat, fatis gnarus, facile intelligi ab illis, quorum intererat cognofcere, quo hæc tendant, quave de causfa dicantur; parum curans, num hæc aliis, ad quos ea non fpectabant, ἀπροσδιόνυσα, & parum exacto ordine locata videri queant. 4. Sæpe etiam fallimur in fcopo asfignando fcriptori, quem tamen ipfe non omnino aut non fatis declaravit, five attribuendo ei fcopum, quem non habuit, aut fcopum unicum, cum habuerit plures. Exiftimat quidem vir reverendus, hoc unicum fuisfe CLEMENTIS confilium, ad pacem & concordiam revocare Corinthios: quæ ergo de hofpitalitate, de corporum refurrectione, atque alia huc non immediate pertinentia dicuntur, fpuria & ab aliena manu esfe. Unde vero hoc unicum fuisfe eius propofitum nobis innotefcit? præcipuum fuisfe non negaverim: id & CLEMENS & res loquitur. Unice illum voluisfe hoc agere, non magis liquet, quam Apoftolum PAVLVM ad eosdem eadem etiam ex causfa literas exarantem,

tem, nonnisi contentionem Corinthiorum consimilem voluisse sedare. 5. Falsarius hic, qui tam magnis auctibus interpolavit hanc epistolam, fuitne vir prudens, catus & doctus, an stolidus, ignarus, parum artis suæ peritus? si illud, qui tam putidas & male cohærentes lacinias voluit attexere purpuræ CLEMENTIS; qui non potuit non sentire, tam parum ad scopum facientia, & tam misere cohærentia assumenta illico fraudem proditura: si hoc, qui tam feliciter imitari potuit, & ad amussin exprimere illam dicendi rationem simplicem & tamen elegantem reliquæ epistolæ, ut nemo hic veterum aut recentiorum criticorum, immo ne ipse quidem vir acutissimus & in styli ratione dignoscenda solertissimus hic quidquam discriminis animadvertere quiverit? quodnam porro propositum in amplificanda hac epistola habuit hic impostor? quid sibi hac interpolatione voluit? si peculiares quasdam aut hæreticas opiniones sub tam venerabili nomine spargere voluisset, facile caussas interpolationis sentirem: *si quæ* in his particulis *essent vestigia hominis, singulares quasdam opiniones aut iura præfectorum ecclesiæ callide tuentis, suspicarer aliquid*: ut perbene paullo ante γνησιότητα huius epistolæ defendens, ipse locutus fuerat vir reverendus. Nunc vero cum cura aliqua has perlegere dignanti nihil huius occurrit, omnia vero eandem fidem, pietatem, modestiam cet. quæ in reliquis elucet, spirantia: quid ergo tandem nugis istis adiiciendis sibi proposuit? nempe *ne nimis rusticus & indoctus videretur* CLEMENS, *istis fucis exornandus*

fuit:

fuit: miserum enimvero impostorem! quasi scilicet reliqua omnia huius epistolæ indocta & rus olentia: hic vero panniculus assutus solum plane eximium & supra vulgarem positum captum exhiberet eruditionis thesaurum: quasique omnes seu auditores seu lectores huius epistolæ ita sint carituri naso, ut nullus inter hanc elegantiam & illam rusticitatem observaturus sit discrimen! 6. Aut omnia me fallunt, aut ex consuetudine primitivæ ecclesiæ hæc disceptatio evidenter finiri potest. Certum est, hanc epistolam CLEMENTIS non tantum in ecclesia Corinthiaca, sed & in aliis plerisque publice prælectam recitatamque fuisse: hoc DIONYSIVS Corinthiacus apud EVSEBIVM (*), hoc hic idem EVSEBIVS (**) & HIERONYMVS (***) & EPIPHANIVS (****) & PHOTIVS (*****) clare attestantur. Durasse hanc consuetudinem adhuc RVFFINI & EVSEBII temporibus, indicat in versione EVSEBII ipse RVFFINVS. Hæc cum ita fuerint, quis non videt ad illa usque tempora, id est, ad tempora circiter Concilii Nicæni, nullam insignem mutationem aut interpolationem in illam epistolam potuisse incidere? quid enim? si vel admittamus, eo ausam fuisse progredi impudentiam falsarii, ut publicum scriptum continue ecclesiis una cum libris Scripturæ Sacræ prælectum atque cognitissimum invadere, & procacissime temerare sustineret, quod tamen a probabilitate abhorret: nihil-

(*) Hist. Eccl lib. IV. c. 23. (**) Hist. Eccl. lib. III. c. 16. (***) in lib. de Vir. Illustr. (****) Hær. 30. 15. (*****) Bibl. Cod. 113.

nihilne huius ſenſisſent chriſtiani auditores, quorum auribus perpetuo inſonabat hæc epiſtola? & ſi ſenſisſent, æquo tulisſent animo, miſeris asſumentis ſibi corrumpi a nebulone epiſtolam ad Scripturæ Sacræ præſtantiam prope accedentem? & quid dicemus de rectoribus & ducibus eccleſiarum? tam vecordes fuerint, ut fraudem animadvertere nequiverint, aut veritatis cœtuumque ſuorum tam parum amantes, ut illam corrumpi, his illudi facile pasſi fuerint? Hæc cum ſint ab omni ratione remota, concludamus quarto adhuc ſæculo integram nullisque ſpuriis laciniis amplificatam & vitiatam ſubſtitisſe.

Iam vero epiſtola, quam hodie una cum iſtis particulis legimus, expresſa eſt ex codice quarti ſæculi, qui unicus hodie, quantum ſcimus, huius epiſtolæ extat manuſcriptus, ex codice, inquam, Alexandrino ſingularis magnificentiæ, miræ vetuſtatis, complexo præter hanc epiſtolam libros veteris & novi Teſtamenti ſacros, quem olim CYRILLVS LVCARIS, cum adhuc esſet Alexandrinus, in Ægypto comparatum, dono Conſtantinopoli miſit Regi Magnæ Britanniæ CAROLO I. Huius precioſi κειμηλίȣ ætatem ad Concilii Nicæni tempora referunt, qui illum curioſis oculis inſpexere rei antiquariæ peritisſimi, & in exploranda manuſcriptorum ætate verſatisſimi viri. Horum ergo iudicio ſi ſtemus, habemus eandem epiſtolam iſtis capitibus præditam, quam habuit vetuſta eccleſia circa tempora concilii Nicæni: cum vero tum temporis etiamnum vigeret uſus lectionis

eccle-

ecclesiasticæ in cœtibus, eandem par est credere fuisse, quam primitiva ecclesia legit, inde ex quo est edita a CLEMENTE. DIONYSIVS enim, Corinthiorum episcopus, post medium secundi sæculi sub ANTONINO VERO & COMMODO clarus, mentionem faciens huius epistolæ, significat ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι, ut refert EVSEBIVS (*).

Si cui hæc manuscripti Alexandrini vetustas suspecta sit, ei alio modo ex certis testimoniis Patrum clarorum eo tempore, quo lectio ecclesiastica epistolæ adhuc obtinuit, fidem facere possumus. Nimirum præcipua illorum capitum, quæ ceu notha expuncta vult reverendus Abbas, a Patribus citata legimus & CLEMENTI attributa, quando adhuc duravit usus lectionis publicæ. Quæ cap. 11. & 12. continentur, non certo ὑποβολιμαῖα credit ipse reverendus vir: at quæ habentur capp. 21. 22. cet. ad 28. usque, prorsus ut spuria abiicienda arbitratur; & tamen hæc aut multa ex his ex CLEMENTE Romano allegat alter CLEMENS Alexandrinus (**), item ORIGENES (***), & CYRILLVS Hierosolymitanus (****), & HIERONYMVS (*****). Non melius existimat vir reverendus de capp. 40-45. ex quibus tamen longas ῥήσεις adducit CLEMENS Alexandrinus †, ultimum a viro reverendo νοθείας insimulatum cap. 55. perspicue testatur ORIGENES †† a B. CLEMENTE profectum esse. Hæc prisci

(*) Hist. Eccles. lib. IV. c. 23. (**) Strom. lib. IV. & V. (***) de Princ. lib. II. c. 3. (****) in Catech. 18. (*****) in comm. *ad Ephes.* II. 2. †Strom. lib. IV. & V. †† *ad Ioh.* I. 29.

illi Patres de istis locis pro κιβδήλοις habitis; qui certe ignorare nequivere, quid hic ferat usus ecclesiæ; immo quid in germanis CLEMENTIS exemplaribus extaret.

Sufficere hæc videntur ad γνησιότητα horum locorum vindicandam, etiamsi haud liquido nobis constaret, quo modo cum præcedentibus & sequentibus, aut primario scopo CLEMENTIS cohæreant. Verum hoc ipsum paucis ostendere, non difficilis admodum fuerit operæ. Cap. 11. fidem & hospitalitatem commendat: *nulla hic cum præcedentibus connexio.* Qui sic? capite præcedenti fidem & φιλοξενίαν ABRAHÆ laudaverat, citatis locis nonnullis Geneseos; nunc illas virtutes porro urgens, exemplo LOTHI utitur, idque tanto magis, quod in isto exemplo occasionem concordiæ Corinthiis commendandæ inveniat, quod apprime faciens ad scopum primarium ipse sub finem capitis clare innuit. Eadem ratio est sequentis capitis, in quo laudatur fides & hospitalitas Rahab mulieris peregrinæ, quæ non modo nullo exploratores prosecuta est odio, sed potius utut alienos summis officiis demeruit, fidemque in sanguinem CHRISTI testata est, exemplum hac ratione præbitura Corinthiis, quanto magis idem erga fratres in detestandis suis dissidiis sit observandum. Quæ cap. 22. & seq. de corporum resurrectione disserit, fateor a scopo præcipuo componendi dissidii paululum abludere. Ponit vir doctissimus hunc unicum fuisse CLEMENTIS scopum, idque pro concesso sumit: hinc omnia illa CLEMENTI abiudicat, quæ hunc unicum scopum non pro-

xime

xime attingunt. Unde vero id conſtat? impiam illam ſeditionem occaſionem huic epiſtolæ dediſſe, ipſe in initio epiſtolæ indicat; noluiſſe autem CLEMENTEM uti hac occaſione ad reliqua vitioſa in eccleſia Corinthiaca emendanda, quis dicet? quemadmodum S. PAVLVS ſimiles apud Corinthios exortas rixas compoſiturus, & reliqua illis neceſſaria, ſigillatimque hoc ipſum dogma reſurrectionis inculcat. IRENAEVS ſane (*), cum hanc ipſam ϛάσιν occaſionem huic epiſtolæ dediſſe affirmaſſet, huius propoſitum non tantum fuiſſe indicat, εἰς εἰρήνην συμϐιϐάζειν Corinthios, ſed & ut eſſet hæc epiſtola ἀνανεȣ̃σα τὴν πίϛιν αὐτῶν, quorſum vel maxime facit fides de reſurrectione, At κακόζηλος fuit hic falſarius, putans imitandum ſibi eſſe PAVLVM in epiſtola ad eosdem data. Quidni faceret, ſi adhuc ſemina incredulitatis in illo articulo in eccleſia Corinthiaca deprehendit? ſi ſtulta tantum imitatione exprimere voluit PAVLVM, etſi ſatis conſtaret, nullos amplius ibidem hoc errore infectos eſſe, quare non & reliqua vitia Corinthiorum in habitu mulierum, in abuſibus ſacræ cœnæ & prophetiarum, in quæ tam acriter invehitur Apoſtolus, attingit hic κακόζηλος? neſcio vero, quo modo tam acerbe reprehendere voluerit vir reverendus, quæ cap. 40. & ſeq. occurrunt; quaſi quæ nulli in mentem venire potuerint, niſi homini rei, quam agit, prorſus immemori. Mihi hæc aptiſſime & opportuniſſime dicta videntur. Quid quæſo magis idoneum afferri potuit ad impias illas Corinthiorum contentiones, ortas ex perturbato Miniſtro-

(*) Lib. III. cap. 3.

niſtrorum ordine comprimendas, quam repræſentare, & propoſitis compluribus exemplis DEI mundum admirabiliter ordinantis, ſacerdotum iudaicorum certo ordine a DEO conſtitutorum, CHRISTI & Apoſtolorum, omnia munia ſua ordine peragentium cet., ſevere & graviſſime ordinis bonitatem & neceſſitatem inculcare? denique in impugnatione cap. 55. quod in commendanda charitate & miſericordia exemplo vel ipſorum gentilium & mulierum non intempeſtive conſumitur, cum nullam novam afferat rationem eruditus vir, non eſt, ut hac in quæſtione ulteriores nectamus moras. Has CLEMENTI me debuiſſe vindicias, pro mei ſimplicitate animi exiſtimavi; quas in bonam partem pro æquitate ſua accipiat vir reverendus, etiam atque etiam rogo.

De S. IGNATII epiſtolarum γνησιότητι ut multa verba faciam, haud quaquam neceſſarium iudico. Acta & transacta ſunt iamdudum in publico orbis literati theatro cuncta, quæ ad illius vel impugnationem vel defenſionem ſumma ingenia omnibus eruditionis copiis inſtructa afferre quivere. Quis ego, qui tantis viris, quales ab una parte USSERII, HAMMONDI, PEARSONI, ab altera BLONDELLI, SALMASII, DALLAEI fuere, totis id viribus & omni animi contentione agentibus, vel ſuppetias ferre, vel non poſtulatum arbitrum ſeſe interponere ſuſtineat? ſi tamen in iſto diſſidio & mihi liceat ſententiam dicere, fateor me cum maxima eruditorum & in iſto genere literarum contritorum parte, expenſis utrorumque rationibus, Britan-

Britanniæ Theologis, pro germanitate harum epiſtolarum propugnantibus, victoriæ palmam adiudicare. Ingentes quidem copias in aciem eduxit, & pro incredibili ingenii ſolertia & eruditionis eccleſiaſticæ vaſtisſima peritia, ad ſexaginta ſex argumenta ad illas proſternendas adhibuit Cl. DALLAEVS, quæ eleganter pro more expoſita, non posſunt non magnam præ ſe ferre ſpeciem, & perfunctorie hæc duntaxat inquirentibus nebulam obiicere, aut etiam terrorem incutere. Decreſcet tamen admodum hic militum numerus, nec tam terribilis videbitur, ſi quis ad ſequentia animum paullo propius adverterit: Quod clarisſimus ille vir dedita opera, ſed ſingulari arte crebro confundat veras IGNATII epiſtolas cum interpolatis & plane ſpuriis, telaque ſua promiſcue modo contra has, modo contra illas, nullo facto discrimine, dirigat: quod frequenter & vel in ipſo palmario argumento petitionem principii committat, pro conces ſo ſumens tempore IGNATII nondum adhuc tres ordines Miniſtrorum in eccleſia fuisſe, quod eſt ipſum τὸ κρινόμενον: quod IGNATIVM ſibi fingat hominem omni ex parte & in ipſa dicendi ratione prorſus perfectum, certe Apoſtolis in omnibus ſimillimum; unde quæ ab hac temere conficta idea ei abludere videntur, longisſime a vero IGNATIO removet: quod dicta quamplurima harum epiſtolarum, quæ benignum & commodum admittunt ſenſum, in deteriorem & parum pium rapiat ſenſum: quod interdum vera & omnibus præſidiis munita lectione repudiata, eligat illam, quam ex inter-

 polatis

polatis aut aliunde hauſtam, veriſque literis intruſam certis ictibus patere facile ánimadvertit: quemadmodum ſummis viribus contendit, lectionem illam in epiſtola ad Smyrnæos, *Chriſtum Dominum ab Ignatio in carne viſum*, utut recedentem a græco textu, & certiſſimis rationibus confixam, eſſe genuinam, quia nimirum illa argumentum νοθείας non infirmum ſuppeditat: quod leves quosdam errores, aut exiguas imperfectiones, ſed & nonnunquam veras & heroicas virtutes pro gravibus vitiis & ſceleribus in iſto IGNATIO traducat & exagitet. Hæc, inquam, iſtisque ſimilia quamplurima alia ſi quis probe animo expendat, numerum argumentorum ad non ita multa redigi intelliget. Certe multiplicandis argumentis ipſum ſtuduisſe vel id docet, quod, quæ ad idem pertinent, aut ad eandem claſſem, diligenter in plura appoſito numero partitur. Sed & ex omni materia paraſſe tela, & ita addictum fuisſe ſtudio inveniendorum argumentorum, ut vix ſibi a contradictione caverit, obſervatio ſequens oſtendit.

Multus eſt in eo DALLAEVS, ut disſimilitudinem ſtyli Apoſtolorum & huius IGNATII monſtret: hoc argumento quinquageſimo ſeptimo, adducto exemplo vocis ἱερεὺς cet. hoc argumentis ſexageſimo & ſexageſimo primo cet. atque alibi frequenter urget. Ex hac disſimilitudine quamplurima ei contra epiſtolas hasce naſcuntur argumenta. Sed en iam verſa velificatione idem ex contrario concludit argumento ſexageſimo tertio: Pſeudo - Ignatius hic

laborat

laborat κακοζηλίᾳ: quasdam Apoſtoli PAVLI phraſes vocesque, ut illam ὀναίμην, ἰσόψυχος cupide & putide asſectatur: unde fraus hominis, ſperantis ſe his lineamentis apoſtolici diſcipuli minus gnaris facile fucum facturum, ſole meridiano clarius patet. Ita qui agit, monſtrat equidem, vehementisſimo partium ſuarum ſtudio teneri ſeſe, candido & placido veritatis amori unice deditum esſe, aut veritatem iſto modo clare in luce collocari non monſtrat. Quocunque modo ſcripſisſet IGNATIVS, in casſes viri huius docti ſemper incidisſet, & pro plano habendus fuisſet. Si ſuo indulgens genio aut mori regionis ſuæ obſecutus, paullo aliter loquitur, quam PAVLVS & Apoſtoli, impoſtor eſt, ſtylus eius non redolet ſtylum apoſtolicum: ſi nonnunquam in ratione dicendi aliquid habet ſimile ſtylo Paulino, iterum impoſtor eſt, quia κακόζηλος & putidus eius imitator. Si vel dedita opera iniuſtam impoſtoris famam apud poſteritatem depellere voluisſet IGNATIVS, quid tandem miſero reliquum fuisſet ad amoliendam hanc iniuriam? quæ vero hic occurrunt difficultates, non ſanæ nullæ, eas ſuſtulit, epiſtolarumque harum γνησιότητα, poſt celebres duumviros USSERIVM & HAMMONDVM, eo exquiſitæ eruditionis apparatu, eo rationum pondere & ſoliditate, ea dictionis luce & ἐνεργείᾳ evictam dedit reverendus Ceſtrienſis Præſul PEARSONVS (*) ut vel hæc lis ſolide deciſa iudicanda ſit, vel vix quidquam certi in antiquitate eccleſiaſtica hodie ſuperesſe, agnoſcendum ſit.

)( )( )( )(2 Dum

(*) In Vindic. Ignat.

Dum vero ita causſam epiſtolarum Ignatianarum propugnamus, patet nos non alias intelligere, quam ſeptem illas breviores, ab USSERIO ex antiqua latina verſione, & ab ISAACO VOSSIO ex codice Florentino græco publicatas, reiectis & interpolatis & ſpuriis, quæ antea in manibus eruditorum verſabantur. Auctiores enim has & interpolatas genuinum & incontaminatum fœtum ſanctisſimi viri esſe, is demum ſibi perſuadebit, qui vel in rem ſuam, cui unice favet, quamque omnibus viribus ſibi tuendam exiſtimat, illas vehementer facere exiſtimat, vel qui quidlibet credere paratus eſt: ita unanimis eruditorum fere omnium in discernendis κιβδήλοις a γνησίοις ſagacisſimorum calculus has quisquilias, præcipue ex quo lucem videre breviores illæ, aſpernatus eſt. Nec quemquam movere novæ illæ divinationes & temeraria molimina viri ingenio & ſagacitate magni, inque vario literarum genere excellentis G. WHISTONI, omni animi contentione, & ſingulari eruditionis ingeniique copia id agentis, ut hæ ſolæ longiores, reiectis Uſſerianis, pro genuinis agnoſcerentur. Indoluerunt potius viri ſapientes ſæculi noſtri infelicitati, talia portenta protrudentis: miſerati ſunt ſortem viri, alias tam præclaris animi dotibus ornati, & facile intellexere, non aliunde hoc ortum esſe, quam ex effuſo illo ſtudio in ſententiam Arianam, cui longiores favent, breviores non favent. Quid vero aliud expectari potuit ab ingenio φανταςικοτάτῳ, ex quolibet quidlibet efficere parato, quod tantas ruinas in ipſis ſacris

literis,

literis, earum canone, integritate cet. portentoſo auſu in media luce temporum noſtrorum dare ſuſtinuit? Præcipuum, ſi quid ſentio, quod ex ſcriptis hanc in rem ab eo ſparſis diſci poteſt, hoc eſt: ad veritatem inveniendam non ſufficere aciem ingenii ſingularem, eruditionis apparatum plane inſignem, pietatisque ſtudium non fucatum, niſi accedat mens ſobria, ab illuſionibus φαντασίας libera, & ſerium propoſitum non ſuas ſemel electas partes tutandi, ſed nudam veritatem, undecunque alluceat, amplexandi. Cæterum quibus eruditæ iſtæ divinationes viri ingenio & eruditione pollentis dubia creant, conſulat is ſcripta virorum clariſſimorum, qui hanc ariſtam fricuere, GRABII, PYCROFTI, CLERICI, aliorum.

III. Supereſt, ut paucis adhuc, quænam ſit ratio inſtituti noſtri, novæque huius editionis exponamus. Scopus præcipuus propoſitumque fuit, eiusmodi adornare editionem, quæ nec mole gravaret, nec tamen careret adminiculis ſtudioſis antiquitatis eccleſiaſticæ ad intelligentiam meliorem horum monumentorum neceſſariis. Qua de cauſſa & de textu græco & de verſionibus, & de notis aliisque huc facientibus ſubſidiis fuimus ſoliciti.

Textum græcum epiſtolarum S. CLEMENTIS equidem ex editione Ittigiana expreſſimus, ſed ita ut & ad alias caſtigatas editiones, præcipue ad primam illam ex manuſcripto Alexandrino magna cura & fide a PATRICIO IVNIO excuſam perpetuo reſpiceremus. A qua quare recentiores editores frequenter abiverint, cauſſam

 non

non magnam habuerunt. Certe in iis, quæ lacunam codicis indicantia minio notaverat IVNIVS, hi autem uncinulis incluſerant, ſæpius iſti ſphalma commiſerunt: ne dicam, nonnunquam voces omisſas, aut mutatas ſine cauſſa fuisſe. Sed & nonnulla in hac editione ad fidem codicis Alexandrini reſtituimus, quæ in ipſa IVNII editione perperam poſita, omnibus ſequentibus editionibus vitium intulere, de quibus in adiectis notulis egimus. Excerpta hæc ſunt ex Anglicana verſione Patrum apoſtolicorum, quam ſumma fide & ſingulari ſtudio, uſus nova codicis Alexandrini collatione, adornavit reverendisſimus Cantuarienſis Archiepiſcopus GVLIELMVS WAKIVS, fautor & patronus quondam noſter, perpetua memoria colendus, qui crebra misſione & literarum humanisſimarum & munerum literariorum, auro contra non carorum, inter quæ hæc ipſa præſtantisſima Patrum apoſtolicorum verſio, benevolum ſuum nobis affectum, nullo merito provocatus, declarare haud eſt dedignatus. Si paullo maturius epiſtolarum CLEMENTIS editio, a Clariſs. WOTTONO ad exemplar Alexandrinum denuo curata, in manus noſtras incidisſet, paullo plura, nec tamen illa magni momenti, huius generis potuisſemus adiicere.

Verſione latina in prima epiſtola ad Corinthios uſi ſumus Ittigiana, id eſt, PATRICII IVNII a FELLO & COLOMESIO paullulum mutata, quam tamen nonnullis in locis, forte typographorum culpa corruptam, ad fidem textus græci correximus. Præferenda hæc videba-

tur

tur verſioni Coteleriana, quia minus βαρβαρί-ζουσα, textum tamen græcum ſat feliciter exprimit. Alteri, ut vocatur, epiſtolæ ad Corinthios adiunximus verſionem latinam GODEFREDI VVENDELINI, cum Iuniana editio careat verſione.

Uſus ſtudioſorum iſtarum literarum, in quorum gratiam editio hæc curatur, omnino notas quasdam ad faciliorem intelligentiam flagitare videbatur. Equidem, ſi quibus aditus patet ad illam modo memoratam verſionem Anglicam illuſtrisſimi WAKII, cum procemiis eruditisſimis, anno 1710. ſecunda vice Londini editam, facilius hi iſtis ſubſidiis carere posſunt: ita feliciter, perſpicue, eleganter & fideliter mentem virorum apoſtolicorum expresſit vir & ipſe apoſtolicus. Hic vero annotationes doctisſimi PATRICII IVNII & reverendi FELLI præter ſcholia clarisſimi COLOMESII cuilibet paginæ ſubiecta, propter exquiſitam eruditionem exhibemus integras, quibus ſi cunctæ hic occurrentes difficultates non tollantur, nonnullaque limam requirere videantur, tantum tamen luminis harum literarum ſtudioſis accenditur, ut nequaquam dolituri ſint, hanc mantisſam operi accesſiſſe. IVNII notis tanto magis locus fuit concedendus, quod ad illas ſequentes omnes interpretes frequenter reſpiciant alludantque, & textus ipſius conſtitutio illas flagitet: FELLI autem obſervationes cum egregia eruditione brevitatem & paucitatem ita ſectantur, ut ad noſtrum ſcopum ſint præprimis idoneæ. His tandem pauculas de

noſtro adſperſimus, quibus quidem eruditi facile carere posſunt, uſum tamen aliquem tyronibus præſtare poſſe putavimus. Frontem ſi quis corruget, quod purpuræ tantorum virorum panniculos noſtros attexere haud ſimus veriti, ſciat is, hæc non noſtra voluntate edita, ſed tantum non per convicia, dum prælum ſudaret, nobis extorta eſſe: ſi ſint nugæ, certe magnæ aut multæ non ſunt. Epiſtolis CLEMENTIS ſubiecimus tria fragmenta, ex Spicilegio Patrum ſæculi primi clarisſimi I. ERNESTI GRABII petita; unde vero conſtet, duo poſtrema ex CLEMENTIS epiſtola ad Corinthios & non ex alio CLEMENTIS, ſive genuino ſive ὑποβολιμαίῳ ſcripto hauſta eſſe, non docet GRABIVS.

In Ignatianis epiſtolis, reliquisque opuſculis eis adiunctis minus nobis erat ſumendum laboris, cum præſto adesſet elegans & correcta editio, cura viri clarisſimi THOMAE SMITHI Oxonii anno 1709. in lucem emisſa. Integram hanc hic bona fide repræſentamus una cum præfationibus, ex quibus quid hic præſtitum, intelligere poteſt lector. Commode accidit, quod vir ille in hoc ſtudiorum genere verſatisſimus nactus esſet & codicem Ignatianarum ad fidem manuſcripti Florentini nova cura exactum, & ſchedas ſummi viri IOHANNIS PEARSONI ad novam Ignatianarum ἔκδοσιν paratas. Quamvis enim laceræ illæ & mire confuſæ adeoque ad editionem neutiquam idoneæ, tantum tamen ſtudii laborisque in iis digerendis adhibuit vir diligentisſimus & nominis Pearſoniani ſtudioſisſimus,

ſimus, ut luce publica neutiquam indignæ viſæ fuerint: ex vero ratus, tantum theſaurum eruditionis eccleſiaſticæ, qualem omnia ſcripta maximi illius viri continent, nonniſi cum detrimento bonarum literarum ad perpetuas damnari tenebras. His dein ſuas quoque in omnia hæc opuſcula adiecit annotationes, breves quidem illas, ſed bonæ frugis plenas, & ſenſum paucis verbis perſpicue explicantes. Tanto autem rectius nos facturos arbitrati ſumus, denuo publicando iſta duumvirorum eruditisſimorum ſcripta utilisſima, quod in ingenti illa collectione interpretum Patrum apoſtolicorum cura celeberrimi CLERICI bis iam procurata, neutrius notæ compareant. Nec tamen nude hanc Smithianam editionem hic expresſimus; varia menda typographica hic emendata; multa loca ex veteribus citata, inſtituta diligenti inquiſitione ſuis auctoribus reſtituta aut correcta. Præter antiquas verſiones, fini cuiusque ſubiectas, quæ utut barbaræ vicem manuſcriptorum græcorum præſtant, ad latus textus græci novam aliquam, ut in Ignatianis Coterianam, ſed ſubinde emendatam appoſuimus, non tantum ut hoc modo maior esſet conformitas cum verſionibus CLEMENTIS, ſed & ne nimia antiquæ verſionis barbaries & ſtribligo tyrones noſtros a lectione deterreret. Tandem ut ad uſus ſtudioſorum esſet accommodatior hæc editio, & Ignatianis & Clementinis tum ſummaria capitum, tum teſtimonia veterum præfiximus. Num in emaculandis mendis typographicis operæ pretium fecerimus, docebit quemlibet inſpectio le-

 ctioque.

ctioque. Id certe præfiſcini dixero, magnam in his expugnandis induſtriam adhibuisſe illum, cui correctoris partes impoſitæ ſunt, qui, ut mirifico prorſus amore hæc opuſcula Patrum apoſtolicorum proſequitur, ita tum in inquirendis locis veterum, tum in eluendis maculis typographicis ad ſummam diligentiam nihil fecit reliqui.

Hæc te ſcire tua noſtraque intererat. Vale, benevole & candide lector. Deus Optimus Maximus Spiritus Sancti gratia lectionem horum opuſculorum ſanctisſimorum ubertim proſequatur: tumque te demum ſincerum ex illa capturum fructum credito, ſi non tantum in cognitione antiquitatis eccleſiaſticæ incrementa ſumas, ſed & eodem ſpiritu animatus eandem ideam genuini diſcipuli DOMINI ET SERVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI totius vitæ inſtituto omni ſtudio exprimere allabores.

JOHANNES LVDOVICVS FREY,
S. Theol. Doct. eiusdemque Profesſor in Academia Baſileenſi.

S. CLEMENTIS ROMANI

EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIOR

ET

QVAE EXTAT PARS POSTERIORIS

ALIAQVE ALIQVOT FRAGMENTA

GRAECE ET LATINE

CVM

P. COLOMESII NOTARVM SPICILEGIO

ATQVE INTEGRIS NOTIS

PATRICII JVNII

ET

J. FELLI

QVIBVS IN HAC EDITIONE SVAS ADSPERSIT


JOH. LVD. FREY.



BASILEAE,

APUD JOH. CONRADI à MECHEL VIDUAM.

M D CC XLII.



VETERVM TESTIMONIA DE EPISTOLIS

B. CLEMENTIS.

Sanctus Irenæus, Libro III. adversus Hæres. cap. 3.

Apud Eusebium, Hist. Eccles. l. V. c. 6.



Ετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων· οὐ μόνος, ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι· ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν (*Nicephorus* ἀπέστειλεν) ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα (*Nicephorus* & *Ruf.* συμβιβάζουσαν) αὐτοὺς, καὶ ἀνανεοῦσα (*Nicephorus* & *Ruf.* ἀνανεοῦσαν) τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ (*Niceph.* παρὰ) τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. *Niceph. lib. IV. cap.* 14. 15.

Clemens Alexandrinus, Lib. I. Strom. *post initium. edit. Paris.* p. 289. A.

Ο Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ

λέξιν φησὶ τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων. Ητω τὶς κ. τ. λ. *l. Eusebium lib. VI. c.* 13, *Nicephorum lib. IV. c.* 33.

Lib. IV. post medium. p. 516. A.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίȣς ἐπιςολῇ ὁ ἀπόςολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τȣ̃ γνωςικȣ̃ ὑπογράφων, λέγει. Τίς γὰρ κ. τ. λ. *l. sequentes paginas.*

Lib. V. *post medium. pag.* 586. B.

Αλλὰ κᾀν τῇ πρὸς Κορινθίȣς Ρωμαίων ἐπιςολῇ ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται κ. τ. λ.

Lib. VI. *ante medium. pag.* 647. A. B.

Ο Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίȣς φησί.

Origenes, lib. II. de Principiis, cap. 3.

Meminit sane *Clemens*, apostolorum discipulus, etiam eorum, quos ἀντίχθονας græci nominant; atque illius partis orbis terræ, ad quam neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis, qui ibi sunt quisquam transire ad nos; quos & ipsos mundos appellavit; cum ait: *Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur. Et paullo post*: ex his tamen quæ *Clemens* visus est indicare, cum dicit: *Oceanus intransmeabilis est hominibus, & hi mundi qui post ipsum sunt*: qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos & eadem Dei summi providentia agi regique significat, semina quædam nobis huiusmodi intelligentiæ videtur aspergere, quo putetur omnis quidem universitas, eorum quæ sunt atque subsistunt, cœlestium & supercœlestium, terrenorum inferorumque, unus & perfectus mundus generaliter dici, intra quem, vel a quo cæteri, si qui

ſi qui illi ſunt, putandi ſunt contineri. *cap.* 20. *epiſt.* 1.

Idem in Comment. in Iohan. pag. 143.

Μεμαρτύρηται καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων, ἑαυτὺς σφάγια ὑπὲρ τῦ κοινῦ παραδεδώκασι, καὶ παραδέχεται ταῦθ᾽ ὕτως γεγονέναι ὐκ ἀλόγως πιςεύσας ταῖς ἱςορίαις ὁ πιςὸς Κλήμης.

Euſebius, Hiſt. Eccles. lib. III. cap. 16.

Τύτυ δὴ ὖν τῦ Κλήμεντος ὁμολογυμένη μία ἐπιςολὴ Φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία· ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, ςάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείςαις ἐκκλησίαις ἐπὶ τῦ κοινῦ δεδημοσιευμένην, πάλαι τε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι κατὰ τὸν δηλύμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο ςάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ηγήσιππος. *l. Nicephorum lib. III. cap.* 18.

Cap. 38.

Τῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπυ τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Εν ᾗ τῆς πρὸς Εϐραίυς πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέςατα παρίςησιν, ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα, ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τῦ Αποςόλυ. Εϐραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίυ γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τῦ Παύλυ, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιςὴν Λυκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τῦτον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι λέγυσι τὴν γραφήν· Ο καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τῷ τὸν ὅμοιον τῆς Φράσεως χαρακτῆρα.

τήν τε τȣ̃ Κλήμεντος ἐπιϛολὴν, καὶ τὴν πρὸς Εϐραίȣς ἀποσώζειν, καὶ τῷ μὴ πόῤῥω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεϛάναι. Ιϛέον δὲ ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τȣ̃ Κλήμεντος ἐπιϛολή· ȣ̓ μὲν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιϛάμεθα· ὅτι μηδὲ τȣ̀ς ἀρχαίȣς αὐτῇ κεχρημένȣς ἴσμεν. Et infra: ἡ μὲν ȣ̃ν τȣ̃ Κλήμεντος ὁμολογȣμένη γραφὴ πρόδηλος. *lege Nicephorum, lib. II. cap. 46. & lib. III. cap. 18.*

Lib. IV. Cap. 22.

Ακȣ̃σαι γέ τοι πάρεϛι μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίȣς ἐπιϛολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα. *l. Nicephorum, lib. IV. cap. 7,*

Cap. 23.

Εν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίȣς μέμνηται ἐπιϛολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίȣ ἔθȣς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γȣ̃ν· Τὴν σήμερον ȣ̃ν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιϛολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νȣθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. *lege Nicephorum,* lib. IV. *cap.* 8.

Cyrillus Hierosolymitanus *in Catechesi* 18. *edit. Paris. p.* 213. *D.*

Τȣ̃το (ὄρνεον) ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱϛορȣ̃σι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάϛασιν· ȣ̓κ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μυϛήριον γινόμενον· ἀλλ' ἐν φανερᾷ πόλει παραγενόμενον, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιϛȣ́μενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαν ἐκ λιϐάνȣ καὶ σμύρνης καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν

ἐτῶν

ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται, καὶ οὗτος αὐξηθεὶς, εἰς ὄρνεον μορφοῦται. *Infra*: εἶτα πτεροφυήσας ὁ προειρημένος Φοῖνιξ, καὶ τέλειος οἷος ἦν ὁ πρότερος Φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ τετεύλετηκεν.

Epiphanius, Hæres. 27. *n.* 6.

Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Αναχωρῶ, ἄπειμι, κ. τ. λ.

Hæres. 30. *num.* 15.

Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων. *Mox*: αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ηλίαν καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

Hieronymus in libro de Viris illustribus.

Clemens, de quo Apoſtolus *Paulus* ad Philippenſes ſcribens, ait: * *Cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ;* quartus poſt *Petrum* Romæ epiſcopus: ſiquidem ſecundus *Linus* fuit (*a*) & tertius (*b*) *Anacletus*, tametſi plerique latinorum, ſecundum (*c*) poſt *Petrum* Apoſtolum putent fuiſſe *Clementem*. Scripſit ex perſona Romanæ eccleſiæ, ad eccleſiam Corinthiorum valde utilem epiſtolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur; quæ mihi videtur characteri Epiſtolæ, quæ ſub *Pauli* nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem epiſtola, non ſolum ſenſibus, ſed juxta verborum quoque ordinem abutitur. (*d*) Omnino gran-

* Philip. IV 3.

† 4

(*a*) Copula deeſt etiam in *Adonis* libro de Feſtivit. & in *Freculfo* & *Honorio* Auguſtod. (*b*) MS. S. G. *Anecletus*. (*c*) Id. MS. poſt Apoſtolum, & ita *Freculf.* (*d*) MS. S. G. & omnino.

no grandis in utraque similitudo est. Fertur & secunda (*a*) eius nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur cet.

Lib. I. adversus Jovinianum, cap. 7.

Ad hos (eunuchos) & *Clemens*, Successor Apostoli *Petri*, cuius Paulus Apostolus (*b*) meminit, scribit epistolas omnemque pæne sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.

Commentariorum in Esaiam lib. XIV. ad cap. 52. v. 13.

Clemens, vir apostolicus, qui post *Petrum* Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthiam: *Sceptrum DEI DOMINUS JESUS CHRISTUS, non venit in iactantia superbiæ, cum posset omnia, sed in humilitate, epist.* 1. *cap.* 16.

Comment. in epist. ad Ephesios lib. I. ad cap. 2. v. 2.

De quibus (mundis aliis) & *Clemens* in epistola sua scribit: *Oceanus & mundi, qui trans ipsum sunt.* Ibid. cap. 20.

Lib. II. ad cap. IV. v. 1.

Cuius rei & *Clemens* ad Corinthios testis est scribens: *vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare?* Ibid. cap. 49.

In libro responsionum ad quasdam necessarias quæstiones (qui exstat in operibus Justini martyris) responsione ad quæstionem 74.

Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων· ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Photius in Bibliotheca codice 113.

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦ-

(*a*) MS. esse ex eius. (*b*) Philipp. IV. 3.

Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ· Μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ονόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἣ τις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. Η δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται, κ. τ. λ. τοῦτον φασὶν οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ρώμης, οἱ δὲ τέταρτον. Λῖνον γὰρ καὶ Ανάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου Ρώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι.

Cod. 126.

Ανεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους δύο ἐνεφέροντο. Ων ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς, καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. Απλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστιν καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος. Αἰτιάσοιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι· καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν Φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐ δὲ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς. Οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. Η δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ. Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσσει. Πλὴν ὅτι ῥητά τινα, ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει. Αλλως τε δὲ καὶ τὰ

† 5 ἐν αὐ-

ἐν αὐταῖς νοήματα ἐρριμμένα πως, καὶ ἐ συνεχῆ τὴν ἀκολεθίαν ὑπῆρχε φυλάτ]οντα.

Antonius Melissæ lib. 2. Serm. 73. & Maximus, Locorum communium Serm. 49. citant locum Clementis, qui legitur epistolæ primæ cap. 48.

Canon ultimus Apostolorum; liber Pontificialis, in vita Clementis; & Guil. de Nangis, in chronico MS. citatus a Patricio Junio, meminerunt duarum Clementis epistolarum; verum an duas istas ad Corinthios intelligant, an duas alias ad Jacobum, quæri potest. Certe apud Luitprandum auctor libri de vitis Romanorum Pontificum, in Clemente ita loquitur: Hic scripsit duas epistolas *Jacobo* Hierosolymorum episcopo, quæ catholicæ nominantur cet.

Animadversiones reverendissimi Præsulis Cantuariensis IOHANNIS POTTERI in notulas *Edoardi Bernardi* editioni Patrum Apostolicorum Clericianæ insertas, ex editione Operum CLEMENTIS ALEXANDRINI Oxoniensi Strom. lib. IV. *par.* 17. *pag.* 610. *not.* ad ἀτενίσομεν petitæ.

IN his quæ sequuntur, *Clemens* noster *Romani Clementis* capp. 9, 10, 11, 12, 17. 18, 21, 22, 36, 38, 40, 41, 48, 49, 50 & seq. pro more suo abbreviavit, interpolavit, mutata denique ad suum institutum accommodavit, quod suis locis ostendetur. Sunt porro, ut id obiter moneam, in editione iam dicta editæ ignoti cuiusdam hominis, quem proinde Cl. Editor litera B. designat,

gnat, notulæ: in quibus a capite ad calcem nil aliud agit, quicunque fuerit, auctor, quam ut persuadeat, venerandam hanc Clementis Romani epistolam interpolatam, ubique fere corruptam, & iam penitus mutatam esse ab illa, quæ Eusebii tempore exstabat. Quibus vero argumentis id probat? Mihi profecto notulas eius legenti ac relegenti, præter inanes quasdam coniecturas nil aliud occurrit, quod vel tenuem argumenti umbram præ se ferre videatur, nisi quod observarit nonnulla eorum, quæ in *Clementis Romani* epistola occurrunt, ab *Alexandrino* nostro heic omitti. Quamobrem ad principium cap. 17. ait: *hæc iunxit Clemens Alexandrinus* p. 516. *cum cap.* 9. *huius epistolæ, & rectissime. Quanta interpolator addidit? sed hoc facinus Hieronymum ipsum latuit, in Com. ad Esaiam.* Tum ad med. cap. 18. *Recte hic abrumpit sacrum carmen Clemens Alexandrinus* p. 517. Dein ad med. cap. 21. *interpolatoris hæc sunt cet.* p. 159. Tum ad cap. 22. adnotat: *A capite sequente ad cap.* 40. *adulterina omnia, post Clementem Alexandrinum addita.* Iterum ad medium cap. 40. *Est, qui velit hæc omnia esse mali commatis, ad finem usque capitis, & lectorem amandet ad Clementem Alexandrinum p.* 518. Rursus ad finem cap. 41. *Hinc usque ad cap.* 48. *omnia omisit Clemens Alexandrinus, nec agnovit. Vide p.* 518. Dein ad medium cap. 49. *Hæc absunt a Clemente Alexandrino, suntque interpolatoris.* Porro satis apparet, non sequi hæc a *Clemente Romano* scripta non fuisse, eo quod ab *Alexandrino* nostro absint: Primo, quod *Clemens Alexandrinus* non semper integra Auctorum verba recitet, sed sæpe alia omittat,

alia

alia variis modis mutata, nonnunquam ſuis etiam inſertis, ſuo inſtituto accommodet. Exemplo eſſe poterunt, quæ ex Irenæo ſumſit Strom. I. p. 410. quæque ex Philone eiusdem libri pag. 411. 412. 413. 414. 415. 416. quæ ſi quis vel cum ipſorum auctorum libris conferre, vel quæ ibi a nobis adnotata ſunt percurrere dignabitur, facile percipiet, quam fallaci argumento nitantur, qui *Clementi Romano*, vel alii cuiquam auctori integras ſententias adimunt, eo quod in *Alexandrino* noſtro non appareant. Secundo, quod eorum nonnulla, quæ *Alexandrinus* noſter hoc loco præteriit, alibi palam recitaverit. Qualia ſunt illa, quæ ſuperius e *Clemente Romano* ſumta ſunt, Strom. I. p. 339. *Ἤτω τὶς πιςὸς· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις.* Hæc occurrunt in *Clementis Romani* cap. 40. Sed ab *Alexandrino* noſtro heic omiſſa ſunt, quamvis ea, quæ hæc præcedant, quæque eadem ſequantur, recitaverit. Satis igitur hinc apparet, eum nonnulla, quæ ſuo ſcilicet inſtituto minus convenire videbantur, de induſtria præteriiſſe: ac proinde non licere nobis *Clementi Romano* quidquam hac ſola cauſa detrahere, quod in *Alexandrino* non exſtet. Reliqua eorum, quibus *Clementinæ* epiſtolæ auctoritatem elevare conatus eſt hic adnotator, huiusmodi fere ſunt: *Ex gloſſa hæc eſſe ſuſpicatur vir doctus. p.* 148. *Vir doctus ſuſpicatur ex Clemente Alexandrino hæc huc traducta. p.* 149. *ſimplicius Clemens Alexandrinus, a quo hæc petita ſunt*, Ο Κύριος λέγει. *p.* 160. *Clemens Alexandrinus, p.* 536. *ἄνομε, ex quo corruptor literarum ſumſit, ubi Clemens præfatur τὅτῳ φησὶν ἡ γραφή. p.* 166.

p. 166. Hæc quidem Clemens Alexandrinus dixerit, at non Romanus. p. 168. Hæc ex Clemente Alexandrino male immutata effictaque. Nam & male hærent, vix quidem Græca, & falsissimum dicunt; scilicet fuisse summi & cæterorum Sacerdotum & Levitarum esse μωμοσκόπους. *p. 170. Qui ausus est tot ineptias Clementis nomine vendere, etiam sacris Literis hanc clausulam adiecit, ut assumentum hoc præcedentibus responderet. p. 171. Hoc nullus unquam dixerit Clemens. Ibid. Adi Clementem Alexandrinum. p. 472. & videbis illinc hæc esse interpolata. p. 174. Hæc ad* μακροθυμεῖ *esse ex Clemente Alexandrino scies, si legas p. 518. p. 175. Hæc sunt interpolatoris. Ibid. Hæc exscripta sunt ex Clemente Alexandrino. Ibid. Hæc effícta sunt ex his Clementis Alexandrini cet. Hanc ad* ἐξομολογῶ Κ. *cap. 52. omnia finxit interpolator, & intempestive de confessione tot verba ingessit. Ibid. Vide Clementem Alex. unde Interpolator hæc habet. p. 178.* Quæ restant ex huiusce viri Adnotatis, & pauca sunt, & his similia: ut quæ levibus tantum suspicionibus, nullo autem stabili fundamento nitantur, ac proinde contenta negari, accuratam refutationem non mereantur.

SVMMARIA CAPITVM
PRIMAE B. CLEMENTIS EPISTOLAE AD CORINTHIOS.

XXVIII. XXIX. XXX. *redit ad exhortationes ad virtutes.*

XXXI. *quomodo benedictionem divinam consequamur, exemplo Abrahami & Jacobi docet.*

XXXII. *gratia divina & fide iustificamur.*

XXXIII. *nec tamen charitas & bona opera sunt derelinquenda, exemplo Dei proposito.*

XXXIV. *alia argumenta ad idem probandum & exemplum angelorum urget.*

XXXV. XXXVI. *præmii excellentiam adducit, viamque ad illud consequendum, per fidem in Christum, & obedientiam evangelicam indicat.*

XXXVII. *ut ordinem & stationem quilibet suam observet, monet.*

XXXVIII. *& pro diversis a Deo acceptis donis, eidem obsequatur.*

XXXIX. XL. XLI. *ut omnia fiant ordine in ecclesia Christi, proposito exemplo sacerdotum iudaicorum & sacrificiorum.*

XLII. *ordo ministrorum in ecclesia a Christo constitutus.*

XLIII. *exemplo Mosis.*

XLIV. *constitutos nefas levi de caussa de munere suo deiicere.*

XLV. XLVI. *idem propositis exemplis veteris testamenti agit, & ad pacem exhortatur.*

XLVII. *exemplo Pauli a contentionibus Corinthios dehortantis usus, humilitatem & resipiscentiam commendat.*

XLIX. *charitatis encomium.*

L. *quæ precibus impetratur.*

LI. *ad peccati confessionem & veniæ implorationem dissidii auctores adhortatur.*

LIII. *adducto Mosis exemplo.*

LIV. *& generosi animi indole.*
LV. *& exemplis gentilium, item Judithæ & Esteris.*
LVI. *preces & admonitionem mutuam commendat.*
LVII. *iterum dissidii auctoribus modestiam & resipiscentiam inculcat.*
LVIII. LIX. *votum; utque rescribant de pace, petit.*

SVMMARIA.

EPISTOLAE, QVAE SECVNDA B. CLEMENTIS vulgo appellatur.

I. *Magnifice de Christo sentiendum est, qui tam præclare de nobis meritus est.*
II. *Gentiles per ipsum servandos, Isaias prænunciavit.*
III. IV. *agnoscendus ergo a nobis, eiusque præceptis parendum.*
V. *mundus contemnendus, & ad alterius vitæ felicitatem nobis contendendum est.*
VI. *Sæculum hoc & futurum duo inimici.*
VII. VIII. *omnibus viribus id agendum, ut futurum sæculum assequamur.*
IX. *in hac vita pœnitentia agenda.*
X. *caro casta servanda, quia in carne iudicabimur.*
XI. *pie hic vivendum, nec curandi timores humani.*
XII. *patiente animo exspectanda Dei promissio, quamvis manifestationem diei Domini ignoremus.*


KAHMEN-

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΡΟΣ

ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α.




CLEMENTIS

AD

CORINTHIOS

EPISTOLA I.

[

Εκκλη]σία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα [Ρώμην,] τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ πα[ροικού]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγι[ασμέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμ]ῶν Ιησοῦ Χριστοῦ.



cclesia DEI quæ 1 incolit Romam, Ecclesiæ Dei quæ Corinthum 1 incolit, vocatis sanctificatis voluntate divina, per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM.

1 Vertendum utrobique, *Romæ*, & *Corinthi peregrinatur*, ut variis exemplis ostendit vir magnus Henricus Valesius, in limine Notarum ad Historiam Ecclesiasticam Eusebii.

Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jeſum Chriſtum in vobis ſingulis, & mutuo erga vos invicem, multiplicetur.

I. Propter calamitates & caſus adverſos qui nobis acciderunt, Fratres, tardius nos animum adjeciſſe videmur ad eas res, quæ a vobis, Dilecti, quæſitæ ſunt; & ad ſeditionem impiam ac deteſtandam, Dei electis peregrinam & alienam, quam pauci homines inſolentes & audaces in tantum vecordiæ inflammarunt, ut venerabile & illuſtre & ab omnibus amari dignum nomen veſtrum magnopere blaſphemetur. 2 Quis enim apud vos diverſatus, omni virtute plenam, firmamque ac ſtabilem fidem veſtram non probaverit?

[Χάρις ὑ] μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο [κράτο] ρος Θεȣ̃ διὰ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ πληθυνθείη, [ἐφ' ὑ] μῶν ἰδίȣς, καὶ ἐπ' ἀλλήλȣς.

I. [1] [Διὰ γενομ] ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περιπ] τώσεις, ἀδελφοί, [a] βράδειον [νομ] ίζομεν ἐπιςροφὴν πεποιη [κέν] αι περὶ τῶν ἐπιζη|ȣμένων [πα] ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοὶ, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ [b] ξένοις τοῖς ἐκλεκτοῖς τȣ̃ Θεȣ̃, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίȣ ςάσεως· ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσȣ̃τον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥςε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίςιν ȣ̓κ ἐδοκίμασεν;

1 διὰ γενομένας conjungendum cum antecedentibus, quæ ita, ex codice Alexandrino, legenda ſunt: Δι' αἰφνιδίȣς καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ παρεμπτώσεις, non ἐφ' ὑμῶν ἰδίȣς. ita legendum vidit Angliæ decus Joan. Pearſon. 2 Citatur a Clemente Alex. Strom. 4. p. 516.

a ἴσ. βράδιον. b lege ξένης.

τήν

τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ
1 τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ
2 κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

sobriam & moderatam in Christo pietatem non est admiratus? magnificentiam hospitalitatis vestræ non prædicavit? perfectam, stabilemque cognitionem vestram non judicavit beatam? Omnia enim sine personarum acceptione a vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, præpositis vestris subditi, & seniores inter vos debito honore prosequentes: Juvenibus, ut moderata & honesta sectarentur, mandabatis; mulieribus, ut in inculpabili, sancta & casta conscientia, omnia peragerent, diligendo maritos, prout officium postulat, denunciabatis; utque in obedientiæ canone se continendo, res domesticas cum omni temperantia administrarent, docebatis.

1 *Clem. Alex.* ἐν τοῖς νομίμοις. Quæ genuina lectio, ut ex sectione 3. & 40. liquet. Apud eundem Clementem Strom. lib. 1. Nymphodorus ἐν τρίτῳ νομίμων Ἀσίας laudatur, & ἐν νομίμοις Βαρβαρικοῖς alibi. Quo nomine volumen scripserat Aristoteles, Varroni libro sexto de Legibus, & Apollonio in Historiis Mirabilibus laudatum.
2 Sic. Sect. 7. τῆς κλήσεως κανόνα. Sect. 41. τῆς λειτουργίας κανόνα.

II. Omnes humili animo eratis, nullatenus superbientes, magis subjecti quam subjicientes, dantes potius quam accipientes: Dei viatico contenti, & verbo ejus diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus, ejusque passiones vobis præ oculis erant. Sic alta & beata pax omnibus dabatur, inexplebile benefaciendi desiderium omnes tenebat, plena etiam super omnes Spiritus sancti effusio facta est; sanctaque voluntate pleni, bona animi promptitudine, cum pia confidentia, manus vestras ad Deum omnipotentem extendistis, supplicantes illi ut propitius esset, si quid inviti peccassetis. vobis per diem ac noctem solicitudo erat pro universa fraternitate;

II. Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες,[a] μᾶλλον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, [1] ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν[b] ἵλεως γενέσθαι, εἴτι ἄκοντες ἡμάρτετε· ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος,

1 Ad hæc Clementis verba alludere videtur Constitutionum Apostolicarum Consarcinator in Proœmio Operis, cum ait: ἐνεστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ut monuit Rev. Pearson in Vindiciis pro Ignatii Epistolis, p. 63.

a MS. ἤδιον, testante Grabio. b ἴσ. ἵλεων.

εἰς

εἰς τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέȣς καὶ συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτȣ̃. εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ [a] ἀναμνησίκακοι εἰς ἀλλήλȣς. πᾶσα ςάσις, καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπ]ώμασι [b] τοῖς πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ ὑςερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε· ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐα, ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτȣ̃ ἐπετελεῖτε· τὰ προςάγματα καὶ τὰ δικαιώματα τȣ̃ Κυρίȣ ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπ]ο.

ut numerus electorum Dei cum commiſeratione & conſcientia ſalvaretur. Sinceri inter vos invicem, innoxii, & omnis injuriæ immemores eratis. Seditio omnis & ſciſſura vobis abominationi erat; proximorum delicta lugebatis; illorum defectus, veſtros cenſebatis: benefacti nullius pœnitebat vos; ad omne bonum opus prompti & alacres eratis. Ornati veneranda & omnibus numeris abſoluta converſatione, omnia in timore ejus peragebatis: mandata & præcepta Domini in tabulis cordis veſtri altius inſculpebantur.

III. Πᾶσα δόξα καὶ πλατυσμὸς ἐδόθη ὑμῖν καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον, Εφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, [c] καὶ ἀπεγαλάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· Εκ τȣ́τȣ ζῆλος, καὶ φθόνος, καὶ ἔρις, καὶ ςάσις,

III. Omnis honor & latitudo vobis data eſt, & ſcriptum illud impletum eſt, [d] *Edit, bibit, & dilatatus, ac incraſſatus eſt, & recalcitravit dilectus.* Hinc æmulatio, invidia, contentio, ſeditio,

[a] ἴσ. ἀμνησίκακοι. [b] ἴσ. τῶν. [c] leg. ἀπελάκτισεν. [d] Deut. XXXII. 15.

persecutio, commotio, bellum & captivitas manarunt. Sic viles & inglorii contra honoratos & gloriosos, sic insipientes contra sapientes, & juvenes contra seniores, insurrexerunt. Hanc ob causam, procul absunt justitia & pax, dum unusquisque Dei timorem deserit, & in fide ejus cæcutit, neque in institutis præceptorum ejus ambulat, aut vitam Christo dignam degit: sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedit, iniquam & impiam invidiam fovendo & amplectendo,[a] *per quam mors in mundum intravit.*

IV. Sic enim scriptum est, [b] *Et factum est post dies, obtulit* Cain *ex fructibus terræ sacrificium Domino,* Abel *autem obtulit & ipse de primogenitis ovium suarum, & adipibus earum. Et respexit Deus*

διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόῤῥω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσαγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηρὰς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

IV. Γέγραπται γὰρ οὕτως, Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ, καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν· καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς

[a] Sap. II. 24. [b] Gen. IV. 3.

ἐπὶ

ἐπὶ Αβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτȣ̃· ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτȣ̃ ȣ̓ προσέσχεν· καὶ ἐλυπήθη Κάϊν ἄγαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτȣ̃. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν, ἵνα τί περίλυπος ἐγένȣ; καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σȣ; ȣ̓κ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· πρὸς σε ἡ ἀποστροφὴ αὐτȣ̃, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτȣ̃. Καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Αβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ̃, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον· καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτȣ̀ς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Αβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτȣ̃, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν κατειργάσατο. Διὰ ζῆλον ὁ πατὴρ ἡμῶν Ιακὼβ [1] ἀπέδρα ἀπὸ προσώπȣ Ησαῦ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ αὐτȣ̃. Ζῆλος ἐποίησεν Ιωσὴφ μέχρι θανάτȣ διωχθῆναι

ſuper Abel *& ſuper munera ejus : ſuper* Cain *autem, & ſuper ſacrificia ejus non advertit. Et contriſtatus eſt* Cain *valde, & concidit vultu ſuo. Et dixit Dominus Deus ad* Cain, *quare triſtis factus es ? & quare concidit vultus tuus ? Nonne ſi recte offeras, non autem recte dividas, peccaſti ? Quieſce, ad te converſio ejus, & tu principatum habebis ipſius. Et dixit* Cain *ad* Abel *fratrem ſuum : tranſeamus in campum. Et factum eſt dum eſſent in campo, ſurrexit* Cain *ſuper* Abel *fratrem ſuum, & occidit eum.* Videtis, Fratres, propter æmulationem & invidiam fratricidium commiſſum. Propter æmulationem pater noſter *Jacob* a facie fratris ſui *Eſau* aufugit. Aemulatio effecit, ut *Joſephus* uſque ad mortem exagitaretur,

1 Exponit Heſychius ἀπέφυγεν.

& usque ad servitutem accederet. Aemulatio *Mosem* a conspectu *Pharaonis* regis Aegypti fugere compulit, cum popularem suum dicentem audiret, [a] *quis te constituit principem & judicem super nos? numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium?* Propter æmulationem *Aaron* & *Mariam*, a reliquo populo segregati, extra castra manere coacti sunt. Aemulatio *Dathan* & *Abiron* vivos ad inferos demisit, quod cum *Moyse* Dei famulo seditiose contenderent. Propter æmulationem *David* non tantum alienigenarum invidiam sustinuit, sed etiam a *Saule* rege Israelis fuit vexatus.

καὶ μέχρι δȣλείας εἰσελθεῖν. Ζῆλος φεύγειν ἠνάγκασε Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπȣ Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτȣ, ἐν τῷ ἀκȣ̃σαι αὐτὸν ἀπὸ τȣ̃ ὁμοφύλȣ, τίς σε κατέστησε [b] κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον; Διὰ ζῆλον Ααρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. Ζῆλος Δαθὰν καὶ Αβειρὼμ ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδȣ, διὰ τὸ [1] στασιάσαι αὐτȣ̀ς πρὸς τὸν θεράποντα τȣ̃ Θεȣ̃ Μωϋσῆν. Διὰ ζῆλον Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν ȣ̓ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαȣ̀λ βασιλέως Ισραὴλ ἐδιώχθη.

V. Sed ut vetera exempla relinquamus, veniamus ad nuperos athletas, & seculi nostri generosa exempla proponamus.

V. Αλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τȣ̀ς ἔγγιστα γενομένȣς ἀθλητάς. λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα.

1 Hesychius, στασιάζει, θόρυβον κινεῖ, ἀτακτεῖ. Vide Sectionem 50.

a Exod. II. 14. b Sept. ἄρχοντα καὶ.

Διὰ

Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον, [ἐκκλησίας πι] σοὶ καὶ δικαιόταῖοι σύ[λοι ἐδιώ] χθησαν καὶ ἕως θανάτο [υ δεινοῦ.] λάϐωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ [ν ἡμῶν] τοὺς [a] ἀγαθοὺς ἀποςόλου [ς, Πέτρ] ος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ [ἕνα οὐ] δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπ[έμεινεν] πόνους, καὶ οὕτω [1] μαρτυ[ρήσας] ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλ[όμενον] τόπον τῆς δόξης. Διὰ ζῆλον [ὁ] Παῦλος ὑπομονῆς βραϐεῖον [ἀπέσχ] εν, ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, [[b] παι] δευθεὶς, λιθασθεὶς, κῆρυξ [γενό] μενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν [τῇ] δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίςεως αὐτοῦ κλέος ἔλαϐεν, δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον,

Propter æmulationem & invidiam, qui fideles & justissimæ Ecclesiæ columnæ erant, ad mortem usque acerbam persecutionem passi sunt. Ponamus nobis ante oculos sanctos Apostolos. Propter æmulationem iniquam Petrus, non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloriæ locum discessit. Paulus propter æmulationem in vincula septies conjectus, verberibus cæsus, lapidatus, patientiæ præmium reportavit, & in oriente ac occidente verbi præco factus, illustrem fidei suæ famam sortitus est, in justitia mundum universum instruens,

1 De Petri & Pauli Passionis tempore non liquet. Synodus Romana sub Gelasio PP. Hæreticos garrire ait, Petrum & Paulum diverso tempore martyrio fuisse coronatos. Et tamen sic sentiebant Justinus M. & Irenæus, qui, Anonymo Græco Manuscripto teste, in Libello de Certaminibus Petri & Pauli, Paulum quinque annis post Petrum martyrio sublatum esse tradiderunt. Sic Philastrius inter Hæreticos reponit, qui hebdomadis dies septem a Planetis nominabant, cum tamen B. Ignatium & Justinum M. ita loqui solitos constet.

a ἴσ. ἁγίους. b ἴσ. [φυγα]

& ad occidentis terminos veniens, & ſub præfectis urbis martyrium ſubiens, ſic e mundo migravit, & in locum ſanctum abiit, patientiæ ſummum exemplar factus.

VI. Viris iſtis ſancte vitam inſtituentibus, magna electorum multitudo aggregata eſt, qui ſupplicia multa & tormenta propter æmulationem paſſi, exemplar optimum inter nos extiterunt. Propter æmulationem mulieres perſecutionem paſſæ (*Danaides* & *Dirce*) poſtquam gravia & nefanda ſupplicia ſuſtinuiſſent, conſtantem fidei curſum conſummarunt, & debiles corpore nobile tolerantiæ præmium acceperunt. Aemulatio uxorum animos a maritis abalienavit, & dictum patris noſtri *Adami* mutavit, [e] *Hoc jam os ex oſſibus meis, &*

κα [ι ἐπὶ] τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν, καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγȣμένων, ȣ̓́τως ἀπηλλάγη τȣ̃ κόσμȣ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιςος [a] ὑπογραμμός.

VI. Τȣ́τοις τοῖς ἀνδράσιν [b] θείως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες [c] πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιςον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. Διὰ ζῆλον διωχθεῖσαι γυναῖκες [d] Δαναΐδες καὶ Δίρκη αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθȣ̃σαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίςεως βέβαιον δρόμον κα]ήντησ[αν], καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν, καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τȣ̃ πατρὸς ἡμῶν Αδὰμ, Τȣ̃ [το] νῦν ὀςȣ̃ν ἐκ τῶν ὀςέων μȣ, καὶ

a Exponit Heſychius, τύπος, μίμημα. b ἴσ. ὁσίως. c ἴσ. πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνȣς. d ἴσ. Δανάη τε καὶ Δίρκη. ita Cl. Cotelerius. Cui lubens aſſentior. e Gen. II. 23.

σὰρξ

σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μȣ. Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέςρεψεν, καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξεῤῥίζωσεν.

VII. Ταῦτα, ἀγαπητοὶ, ȣ̓ μόνον ὑμᾶς νȣθετȣ̃ντες ἐπιςέλλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτȣ̀ς ὑπομιμνήσκον [τες]· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμεν σκάμμ[ατι,] καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκει [ται.] Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς κ [αὶ] ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθω[μεν] ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν [τῆς ἁγίας κλή] σεως ἡμῶν κανόνα. [Βλέπω] μεν τί καλὸν καὶ τί τερπνὸν [καὶ προ] σδεκτὸν ἐνώπιον τȣ̃ ποι [ήσαντ] ος ἡμᾶς. [Ατενίσ] ωμεν εἰς το αἷμα τȣ̃ Χριςȣ̃, [καὶ ἴδω] μεν ὡς ἐςιν τίμιον τῷ Θεῷ [αἷμα] αὐτȣ̃, ὅ, τι διὰ τὴν ἡμετέραν [σωτ] ηρίαν ἐκχυθὲν, παντὶ τῷ κό [σμῳ] μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν. [Ατενίσ] ωμεν εἰς τὰς γενεὰς πάσας, [καὶ κ] αταμάθωμεν ὅτι ἐν

caro ex carne mea. Aemulatio & contentio urbes magnas evertit, & gentes numerofas funditus delevit.

VII. Hæc, chariffimi, non tantum ut vos officii veftri admoneamus, fcribimus; fed etiam ut nos ipfos commonefaciamus; in eadem enim arena verfamur, & certamen idem nobis incumbit. Quare inanes & vanas curas relinquamus, & ad gloriofam & venerandam fanctæ vocationis noftræ regulam veniamus. Quid pulchrum, quid jucundum, & acceptum coram opifice noftro fit, videamus. Sanguinem Chrifti intentis oculis intueamur, & quam pretiofus Deo fit ejus fanguis, confideremus, qui propter noftram falutem effufus, toti mundo pœnitentiæ gratiam obtulit. Circumfpiciamus diligenter omnes mundi ætates, & difcamus, quod in

omni

omni generatione, volentibus ad ipsum converti, Dominus pœnitentiæ locum concesserit. *Noë* pœnitentiæ præco fuit; & qui ei obtemperarunt, salvati sunt. *Jonas* Ninivitis excidium prædicavit, illi autem peccatorum pœnitentiam agentes, precibus Deum placarunt, & licet a Deo alieni, salutis participes facti sunt.

VIII. Divinæ gratiæ ministri per Spiritum Sanctum de pœnitentia loquuti sunt. Ipse etiam rerum omnium Dominus cum juramento de pœnitentia loquutus est, [a] *Vivo, inquit Dominus, nolo mortem peccatoris, sicut pœnitentiam*; addens insuper dictum egregium, *Resipiscite domus* Israel *ab iniquitate vestra; Dic filiis populi mei, si peccata vestra a terra ad cœlum usque pertingant, si cocco rubriora & cilicio nigriora*

γενεᾷ [καὶ] γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω [κ] εν ὁ δεσπότης τοῖς βουλομένοις ἐπιστραφῆναι ἐπ' αὐτόν. Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν, καὶ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Ιωνᾶς Νινευΐταις καταστροφὴν ἐκήρυξεν· οἱ δὲ μετανοήσαντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν ἐξιλάσαντο τὸν Θεὸν ἱκετεύσαντες, καὶ ἔλαβον σωτηρίαν, καίπερ ἀλλότριοι τοῦ Θεοῦ ὄντες.

VIII. Οἱ λειτουργοὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου περὶ μετανοίας ἐλάλησαν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης τῶν ἁπάντων περὶ μετανοίας ἐλάλησεν μετὰ ὅρκου. Ζῶ γὰρ ἐγὼ, λέγει κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν· προστιθεὶς καὶ γνώμην ἀγαθὴν, Μετανοήσατε οἶκος Ισραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν· εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν πυῤῥότεραι κόκκου, καὶ μελάντεραι

[a] Ezech. XXXIII, 11.

σάκ-

σάκκε, καὶ ἐπιςραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἐπακέσομαι ὑμῶν ὡς [1] λαῷ ἁγίῳ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει ἕτως, Λέσασθε καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν με· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικέμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήρα, καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει ὁ κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινι-

fuerint, & *ad me ex toto corde conversi fueritis*, & *dixeritis*, *Pater*, *tanquam populo sancto aurem vobis præbebo.* Et in alio loco sic dicit: [a] *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris ab oculis meis, quiescite a malitiis vestris; Discite facere bonum, quærite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo*, & *justificate viduam*: & *venite, colloquamur, dicit dominus*; & *si fuerint peccata vestra quasi phœni-*

1 ἱσ. λαῷ ἁγίῳ. Sic Clem. Alex. Pædag. l. 1. c. 10. Ubi ultima ista sub Ezechielis nomine laudat, cujus etiam videntur esse superiora. Hinc itaque firmatur Cl. Cotelerii conjectura. Porro locus ille Ezechielis, vel deest in libris nostris, vel desumptus est ex altero Ezechielis volumine, quod is, Josepho teste, scripserat, quodque inter apocrypha recenset Synopsis Athanasiana, vel potius Eusebiana. Sic Esdræ locum laudat Justinus M. in Dialogo cum Tryphone, apud Lactantium Latine versum lib. 4. c. 18. quem in Codicibus nostris incassum quæras. Alium citat ex Sophonia Clemens Alex. Strom. lib. 5. qui in ejus Vaticinio non comparet. Hunc desumptum esse suspicor ex Sophoniæ Prophetia, vel Apocalypsi, inter Libros Apocryphos memorata, in Canone Scripturarum Nicephoro Patriarchæ CP. tributo, & in MS. Bibliothecæ Baroccianæ.

a Es. 1. 16.

cium,

cium, ſicut nivem dealbabo, & ſi fuerint ut coccinum, ſicut lanam dealbabo. Et ſi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis; ſi autem nolueritis, neque exaudiveritis me, gladius devorabit vos: os enim Domini locutum eſt hæc. Volens igitur omnes dilectos ſuos pœnitentiæ participes fieri, omnipotente ſua voluntate ſtabilivit.

κȣ̃ν, ὡς χιόνα λευκανῶ, ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακȣ́σητέ μȣ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακȣ́σητέ μȣ, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ ςόμα κυρίȣ ἐλάλησε ταῦτα. Πάντας ȣ̃ν τȣ̀ς ἀγαπητȣ̀ς αὐτȣ̃ βȣλόμενος μετανοίας μετασχεῖν, ἐςήριξεν τῷ παντοκρατορικῷ βȣλήματι αὐτȣ̃.

IX. Quare magnificæ ejus & glorioſæ voluntati obſequamur, & ſuppliciter miſericordiam & benignitatem ejus implorantes, relictis vanis operibus, contentione, & æmulatione quæ ad mortem ducit, ad miſerationes ejus advolvamur & convertamur. [a] Fixis oculis intueamur eos, qui magnificæ ejus gloriæ perfecte inſervierunt. Sumamus *Enochum*, qui in

IX. Διὸ ἐπακȣ́σωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βȣλήσει αὐτȣ̃, καὶ ἱκέται γενόμενοι τȣ̃ ἐλέȣς καὶ τῆς χρηςότητος αὐτȣ̃, προσπέσωμεν καὶ ἐπιςρέψωμεν ἐπὶ τȣ̀ς οἰκτιρμȣ̀ς αὐτȣ̃, ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε ἔριν, καὶ [b] τὸ εἰς θάνατον [c] ἄγον ζῆλος. Ατενίσωμεν εἰς τȣ̀ς τελείως λειτȣργήσαντας τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ αὐτȣ̃. Λάϐωμεν Ενὼχ, ὃς ἐν

a Citat. Clem. Alex. Strom. b ἴσ. τὸν. c ἴσ. ἄγοντα ζῆλον.

ὑπα-

ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς μετετέθη, καὶ ȣ̓χ εὑρέθη αὐτȣ̃ θάνατος. Νῶε πιςὸς εὑρεθεὶς, διὰ τῆς λειτȣργίας αὐτȣ̃ παλιγγενεσίαν κόσμῳ ἐκήρυξεν, καὶ διέσωσεν δι' αὐτȣ̃ ὁ δεσπότης τὰ εἰσελθόντα ἐν ὁμονοίᾳ ζῶα εἰς τὴν κιϐωτόν.

X. Αϐραὰμ, ὁ φίλος προσαγορευθεὶς, πιςὸς εὑρέθη, ἐν τῷ αὐτὸν ὑπήκοον γενέσθαι τοῖς ῥήμασι τȣ̃ Θεȣ̃· ȣ̃τος δι' ὑπακοῆς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς γῆς αὐτȣ̃, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας αὐτȣ̃, καὶ ἐκ τȣ̃ οἴκȣ τȣ̃ πατρὸς αὐτȣ̃, ὅπως γῆν ὀλίγην, καὶ συγγένειαν ἀσθενῆ, καὶ οἶκον μικρὸν καταλιπὼν, κληρονομήσῃ τὰς ἐπαγγελίας τȣ̃ Θεȣ̃. λέγει γὰρ αὐτῷ, Απελθε ἐκ τῆς γῆς σȣ, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σȣ, καὶ ἐκ τȣ̃ οἴκȣ τȣ̃ πατρός σȣ, εἰς τὴν γῆν ἣν ἂν σοι δείξω, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά

obedientia juſtus repertus, translatus fuit, neque mors ejus deprehenſa eſt. *Noë* fidelis inventus per miniſterium ſuum novam mundo generationem prædicavit, & per eum animalia quæ in concordia arcam ſunt ingreſſa, ſervavit Dominus.

X. *Abrahamus*, amicus vocatus, fidelis inventus eſt, eo quod verbis Dei obtemperarit. Hic per obedientiam e terra ſua, è cognatione ſua, & domo patris ſui egreſſus eſt, ut exigua terra, cognatione debili, & domo parva derelicta, promiſſiones Dei poſſideret. Dicit enim ei: a *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam tibi demonſtravero: & faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen*

a Gen. XII. 1.

tuum,

tuum, & eris benedictus; & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Et rursus cum a *Loto* secederet, dixit ei Deus: [a] *Respice oculis tuis, & vide a loco in quo nunc tu es, ad aquilonem & africum & orientem & mare: quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo usque in seculum. Et faciam semen tuum sicut arenam terræ; si poterit aliquis dinumerare arenam terræ, & semen tuum dinumerabitur.* Et rursus dicit: [b] *Eduxit Deus* Abrahamum *foras, & dixit ei: respice in cœlum & numera stellas, si potes dinumerare eas, sic erit semen tuum. Et credidit* Abrahamus *Deo, & deputatum est ei ad justitiam.* Propter fidem

σȣ, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος· καὶ εὐλογήσω τȣ̀ς εὐλογȣ̃ντας σε, καὶ καταράσομαι τȣ̀ς καταρωμένȣς σε, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν ἐν τῷ διαχωρισθῆναι αὐτὸν ἀπὸ Λὼτ, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς σȣ, ἴδε ἀπὸ τȣ̃ τόπȣ ȣ̃ νῦν σὺ εἶ, πρὸς βοῤῥᾶν, καὶ λίβα, καὶ ἀνατολὰς, καὶ θάλασσαν, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ἣν σὺ ὁρᾷς, σοὶ δώσω αὐτὴν, καὶ τῷ σπέρματί σȣ, ἕως αἰῶνος· καὶ ποιήσω τὸ σπέρμα σȣ ὡς τὴν ἄμμον τῆς γῆς· εἰ δύναταί τις ἐξαριθμῆσαι τὴν ἄμμον τῆς γῆς, καὶ τὸ σπέρμα σȣ ἐξαριθμηθήσεται. Καὶ πάλιν λέγει, Ἐξήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνάβλεψον εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν, καὶ ἀρίθμησον τȣ̀ς ἀςέρας, εἰ δυνήσῃ ἐξαριθμῆσαι αὐτȣ̀ς, ȣ̔́τως ἔςαι τὸ σπέρμα σȣ· ἐπίςευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Διὰ πίςιν

[a] Genes. XIII. 14. [b] Genes. XV. 5.

καὶ

καὶ φιλοξενίαν ἐδόθη αὐτῷ υἱὸς ἐν γήρᾳ, καὶ δι' ὑπακοῆς προσήνεγκεν αὐτὸν θυσίαν τῷ Θεῷ πρὸς ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἔδειξεν αὐτῷ.

XI. Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρȣ πάσης κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείȣ· πρόδηλον ποιήσας ὁ δεσπότης ὅτι τȣ̀ς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν ȣ̓κ ἐγκαταλείπει, τȣ̀ς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν καὶ αἰκισμὸν τίθησι· συνεξελθȣ́σης [a] παρ' αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχȣ́σης καὶ ȣ̓κ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τȣ̃το σημεῖον ἐτέθη, ὥςε γενέσθαι αὐτὴν [1] ςήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· εἰς τὸ γνωςὸν εἶναι πᾶσιν, ὅτι οἱ δίψυχοι καὶ οἱ διςάζοντες περὶ τῆς τȣ̃ Θεȣ̃ δυνάμεως, εἰς κρῖμα καὶ εἰς σημείωσιν πάσαις ταῖς γενεαῖς γίνονται.

XII. Διὰ πίςιν καὶ φιλοξενίαν ἐσώθη Ῥαὰβ

& hospitalitatem datus est ei filius in senectute, & per obedientiam obtulit eum in sacrificium Deo, in uno montium quem ei ostenderat.

XI. [2] Propter hospitalitatem & pietatem *Lotus* e *Sodomis* salvus evasit,) cum regio tota circumjacens igne & sulphure damnata esset. Deus palam fecit, quod non derelinquit in illum sperantes; contra vero qui a mandatis ejus declinant, suppliciis & tormentis punit. Uxor enim ejus quæ una cum eo egressa est, cum diversa sentiret, nec in concordia persisteret, in signum propterea posita est, & salis statua in hodiernum diem facta est, ut omnibus innotesceret, quod animo dubii, & de potentia divina hæsitantes, in judicium & signum omnibus generationibus proponantur.

XII. [3] Propter fidem & hospitalitatem *Rahaba*

1 De hac salis columna fuse egimus in Observationibus Sacris p. 110. 2 Clemens Alex. Strom. 4. 3 Idem ibidem. a leg. γὰρ.

B mere-

meretrix incolumis servata est.) [a] Missis enim a *Josua* filio *Navæ* ad urbem *Jerichuntem* speculatoribus, rescivit terræ Rex, quod regionem ejus exploraturi venerant, & viros emisit, qui eos, ut morti traderentur, apprehenderent. *Rahaba* autem hospitalis suscipiens eos, in solario domus sub lini stipula occultavit eos. Cum autem nuntii Regis ex improviso supervenissent, & dixissent: Viri ad te ingressi sunt, regionis nostræ exploratores, educ eos, sic enim imperat Rex. Illa autem respondit, ingressi sunt duo viri ad me quos quæritis, sed confestim abierunt & vadunt; [d] viam ostendens eis contrariam. Et dixit ad viros, sciens scio, quod Dominus Deus vester urbem hanc vobis tradit, timor enim &

ἡ πόρνη· ἐκπεμφθέντων γὰρ ὑπὸ Ἰησȣ̃ τȣ̃ Ναυῆ κατασκόπων εἰς τὴν Ἱεριχὼ, ἔγνω ὁ βασιλεὺς τῆς γῆς ὅτι ἥκασι κατασκοπεῦσαι τὴν χώραν αὐτȣ̃, καὶ ἐξέπεμψεν ἄνδρας τȣ̀ς συλληψομένȣς αὐτȣ̀ς, ὅπως συλληφθέντες θανατωθῶσιν. Ἡ οὖν φιλόξενος Ῥαὰβ εἰσδεξαμένη αὐτȣ̀ς, ἔκρυψεν εἰς τὸ ὑπερῷον ὑπὸ τὴν λινοκαλάμην· ἐπιςαθέντων δὲ τῶν παρὰ τȣ̃ βασιλέως, καὶ λεγόντων, [ἄνδρες πρός σε ἦλ] θον οἱ κατάσκοποι τῆς [γῆς ἡμῶν,] ἐξάγαγε αὐτȣ̀ς, ὁ γὰρ βα[σιλεὺς ȣ̃] τως κελεύει. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, εἰσῆλθον [οἱ δύο ἄν] δρες ȣ̀ς ζητεῖτε πρός με, [ἀλλὰ ταχὲ] ως ἀπῆλθον, καὶ πορεύον[[b] ται, ὁδὸν] ὑποδεικνύȣσα αὐτοῖς [c] ἐ[ναντίαν]. Καὶ εἶπεν πρὸς τȣ̀ς ἄνδρας, [γινώ]σκȣσα γινώσκω ἐγὼ, ὅτι [κύριος ὁ Θεὸς] ὑμῶν παραδίδωσιν ὑμῖν [τὴν πόλιν ταύτην, ὁ γὰρ φόβος καὶ

a Jos. II. b ἴσ. ται ȣ̀χ. c ἴσ. ἐκείνȣς· ita edendum curavit Cl. Cotelerius. d non ostendens eis illos.

[τρό]μος

[τρό]μος ὑμῶν ἐπέπεσεν τοῖς κα[τοι]κᾶσιν αὐτήν· ὡς ἐὰν οὖν γέ[νηται] λαβεῖν αὐτὴν ὑμᾶς, διασώσατέ με, καὶ τὸν οἶκον τᾶ πατρός μα. Καὶ εἶπαν αὐτῇ, ἔςαι ἄτως ὡς ἐλάλησας ἡμῖν· ὡς ἐὰν οὖν γνῷς παραγινομένας ἡμᾶς, συνάξεις πάντας τὰς σὰς ὑπὸ τὸ ςέγος σα, καὶ διασωθήσονται· ὅσοι γὰρ ἐὰν εὑρεθῶσιν ἔξω τῆς οἰκίας, ἀπολᾶνται. Καὶ προσέθεντο αὐτῇ δᾶναι σημεῖον, ὅπως κρεμάσῃ ἐκ τᾶ οἴκα αὐτῆς κόκκινον, πρόδηλον ποιᾶντες, ὅτι διὰ τᾶ [1] αἵματος τᾶ κυρία λύτρωσις ἔςαι πᾶσι τοῖς πιςεύασιν καὶ ἐλπίζασιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Ορᾶτε ἀγαπητοὶ, ὰ μόνον πίςις ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ γέγονεν.

pavor veſtri inceſſit incolas ejus; quare cum capere illam vobis contigerit, incolumem me ſervate & domum patris mei. Et dixerunt ei, ſic erit ut loquuta es nobis. Quare cum nos appropinquantes cognoveris, omnes tuos ſub tecto tuo congregabis, & ſervabuntur; quotquot vero extra domum tuam invenientur, peribunt. Et ut ſignum daret, addiderunt, ut funiculum ſcilicet coccineum de domus pariete demitteret, notum facientes, quod omnibus, qui credunt & ſperant in Deum, per ſanguinem domini redemptio futura ſit. Videte, dilecti, non ſolum fides, ſed prophetia etiam in muliere fuit.

XIII. Ταπεινοφρονήσωμεν ἂν, ἀδελφοὶ, ἀποθέμενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν,

XIII. Humiles ergo mente ſimus, Fratres, faſtum omnem,

1 Poſt B. Clementem, eodem trahere linteum iſtud obſervo Juſtinum M. Irenæum, Origenem & alios, quorum nomina legere eſt in Obſervat. Sacris p. 97. Hoc ante nos vidit Cl. Cotelerius.

ſuperbiam, amentiam & iras deponentes, & quod ſcriptum eſt, faciamus. Dicit enim Spiritus Sanctus: *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis; ſed qui gloriatur in Domino glorietur, quærendo illum, & judicium & juſtitiam faciendo*: memoria præcipue recolentes ſermones Domini Jeſu, quos, æquitatem & longanimitatem docens, loquutus eſt: ſic enim dixit: [a] *Miſeremini ut miſericordiam conſequamini, dimittite ut vobis dimittatur, prout facitis ita vobis fiet, ſicut datis ita vobis retribuetur, ſicut judicatis, ita judicabimini, ſicut benigni eſtis, ita benignitatem experiemini, qua menſura metimini, eadem vobis menſurabitur.*

καὶ τύφον, καὶ ἀφροσύνην, καὶ ὀργάς· καὶ ποιήσωμεν τὸ γεγραμμένον· λέγει γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ᾽ ἢ ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ [1] καυχάσθω, τοῦ ἐκζητεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν κρῖμα καὶ δικαιοσύν[ην]. μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ιησοῦ, οὓς ἐλάλησε διδάσ[κων] ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν· [οὕ]τως γὰρ εἶπεν, Ελεεῖτε ἵνα ἐλεη[θῆ]τε, ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν, [ὡς] ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑ[μῖν,] ὡς δίδοτε οὕτω δοθήσεται ὑ[μῖν], ὡς κρίνετε οὕτω κριθήσεται [ὑμῖν,] ὡς χρηστεύεσθε οὕτως χρη[στευθήσ]εται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ με[τρεῖτε] ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.

1 Ita quidem D. Paulus 1 Cor. I. 31. & II. 10. 17. Verum aliter Jer. IX, 23. 24. Clem. Alex. Cypr. alii.
a Luc. VI. 36. 37. 38.

[Ταύ-

[Ταύτῃ τ]ῇ ἐντολῇ καὶ [a] τοῖς παραγγέλ[μασι] ϛηρίξωμεν ἑαυ[τὺς] τὸ πορεύεσθαι ὑπηκόυς [ἀεὶ] τοῖς ἁγιοπρεπέσι λόγοις αὐ[τῦ] [b] ταπεινοφρονῦντες. [Φησὶ]ν γάρ ὁ ἅγιος λόγος, Ἐπὶ τίνα [ἐπι]βλέψω ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τὸν πραῢν καὶ [ἡσύ]χιον καὶ τρέμοντά μυ τὰ λόγια;

XIV. [Δί]καιον ὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοὶ, ὑπηκόυς ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ, ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταϛασίᾳ [d] μυσαρῦ ζήλυ ἀρχηγοῖς ἐξακολυθεῖν. βλάβην γὰρ ὐ τυχῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτὺς τοῖς θελήμασι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζυσιν εἰς ἔριν καὶ ϛάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τῦ καλῶς ἔχοντος. Χρηϛευσώμεθα [e] αὐτοῖς κατὰ τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ

Hoc præcepto & his mandatis ſtabiliamus nos ipſos, ut in obedientia ſanctorum eloquiorum ejus, cum omni humilitate, ſemper ambulemus. Dicit enim verbum ſanctum: [c] *Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones meos?*

XIV. Juſtum igitur & pium eſt, Viri fratres, Deo potius obedientes nos eſſe, quam in ſuperbia & ſeditione deteſtandæ æmulationis duces & auctores ſequi. Si præcipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem & ſeditiones collimant, ut ab eo quod rectum & bonum eſt abalienent, non leve damnum, immo potius grave periculum ſubibimus. Benigni erga nos invicem ſimus, ſecundum miſericordiam, &

a τύτοις Codex. Alex. b ἴσ. ταπεινοφρονῦντας. c Eſa LXVI 2. d Heſychius, μυσαρὰν, ῥυπαρὰν, ἀκάθαρτον. vid. Sect. 30. e ἴσ. ἀλλήλοις.

dulcedinem illius qui fecit nos: ſcriptum enim eſt: [a] *Benigni erunt habitatores terræ, innocentes relinquentur in ea; impii vero & legum violatores diſperibunt ab ea.* Et rurſus dicit: [b] *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani: & tranſivi, & ecce non erat, & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.*

γλυκύτητα τȣ͂ ποιήσαντος ἡμᾶς. γέγραπται γάρ, Χρηςοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐπ᾽ αὐτῆς· οἱ δὲ παρανομȣ͂ντες ἐξολοθρευθήσονται ἀπ᾽ αὐτῆς· καὶ πάλιν λέγει, Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψȣ́μενον, καὶ αἰρόμενον ὡς τὰς κέδρȣς τȣ͂ λιβάνȣ, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδȣ̀ ȣ̓κ ἦν, καὶ ἐξεζήτησα τὸν τόπον αὐτȣ͂, καὶ ȣ̓χ εὗρον· Φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα, ὅτι ἐςὶν [1] ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ.

XV. Adhæreamus itaque amoris glutino eis qui cum pietate tranquille vivunt, non autem eis qui ficta ſimulatione pacem colunt. Dicit enim alicubi: [c] *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abeſt a me.* Et

XV. Τοίνυν κολληθῶμεν τοῖς μεθ᾽ εὐσεβείας εἰρηνεύȣσιν, καὶ μὴ τοῖς μεθ᾽ ὑποκρίσεως βȣλομένοις εἰρήνην. λέγει γάρ πȣ, Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἄπεςιν ἀπ᾽ ἐμȣ͂· καὶ

1 Per ἐγκατάλειμμα, memoriam intelligit Euthymius; quæ duplici modo conſervatur, vel per prolem, vel per bona opera. Ingenioſiſſime vero Ferrandus locum hunc ita παραφράζει: *erit tempus quo inſonti homini merces congruens rependetur.* Uterque ad Hymnographi mentem.

a Pſalm. XXXVII. 9. & Prov. II. 20. b Pſalm. XXXVII. 36. c Eſa. XXIX. 13.

πάλιν

πάλιν, Τῷ ϛόματι αὐτῶν ἐυλόγȣν, τῇ δὲ καρδίᾳ κατηρῶντο· καὶ πάλιν λέγει, Ηγάπησαν αὐτὸν τῷ ϛόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτὸν, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν ȣ̓κ ἐυθεῖα μετ' αὐτȣ̃, ȣ̓δὲ ἐπιϛώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτȣ̃· d Αλλὰ γεννηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια f γλῶσσαν μεγαλοῤῥήμονα, τȣ̀ς εἰπόντας, τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλύνωμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παῤ ἡμῖν ἐϛιν, τίς ἡμῶν κύριός ἐϛιν; ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ ἀπὸ τȣ̃ ϛεναγμȣ̃ τῶν πενήτων νῦν ἀναϛήσομαι, λέγει κύριος, θήσομαι [1] ἐν σωτηρίᾳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ.

rursus: [a] *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Et rursus dicit: [b] *Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.* [c] *Labia fraudulenta obmutescant,* [e] *& disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam; qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est? Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.*

1 Verba hæc & quæ sequuntur adversus omnium Tractatorum sententiam ad Vatem, non ad Deum refert præstantissimus Ferrandus. Subtilius, opinor, quam solidius.

a Psalm. LXII. 4. b Psalm. LXXVIII. 36. c Psf. XXXI. 19.
d l. ἄλαλα. e Psalm. XII. 3. f l. καὶ ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ κ. τ. λ.

XVI. Christus enim eorum est, qui humiliter se gerunt, non qui cum fastu & arrogantia supra ejus gregem efferunt se. [1] Sceptrum majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ & arrogantiæ, quamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus Sanctus de eo loquutus est: dicit enim: *Domine quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annunciavimus quasi parvulum in conspectu ejus; sicut radix in terra sitienti: non enim est species ei neque gloria, & vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus erat inhonorata, & deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga positus, & labore, & sciens ferre injurias;*

XVI. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ χριστὸς, οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ κύριος ἡμῶν χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος. ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν. φησὶ γὰρ, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; [2] ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· ὅτι οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν καὶ πόνῳ, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν,

1 Hieron. ad Is. 52. 14. Hebr. 8. 1. 2 ἀνετείλαμεν, *exorti sumus*. Ita clarissimus Is. Vossius. Sic Es. 42. 9. pro ἀναγγεῖλαι, legendum ἀνατεῖλαι. Sic enim codex Alex. & antiquissimus Esaiæ liber, quem Procopio suo præfixit Johannes Curterius, vir insigniter literatus.

ὅτι

ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτῦ, ἠτιμάσθη καὶ ἐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισαι διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτῦ ἐπλανήθη, καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι ἐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τῦ κείραντος ἄφωνος, ὕτως ἐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτῦ. 2 Εν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτῦ ἤρθη. τὴν γενεὰν αὐτῦ τίς διηγήσεται;

quia invisa erat ejus facies, ideo despectus fuit & reputatus tanquam nullus. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet; & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & adflictus propter iniquitates nostras. Disciplina 1 *pacis nostræ super eum, & vibicibus ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus, homo in via sua erravit; & Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras, & ipse adflictus licet, non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate judicium ejus elatum est; generationem ejus quis enarrabit?*

1 i. e. *Punitionem & castigationem; quæ nobis debebatur, ut pace frueremur, ipse in se recepit.* 2 De hoc loco videndæ Observationes nostræ p. 125.

Quia tollitur de terra vita ejus, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo impios pro sepultura ejus, & divites pro morte illius: quia iniquitatem non fecit; neque dolum in ore suo; & Dominus vult mundare eum a plaga. Si detur pro peccato, anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem & formare intelligentiam, justificare justum bene servientem multis: & peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est. Et rursus idem dicit:

ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον· καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ ϛόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν [a] ταῖς πληγαῖς· ἐὰν [b] δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον· καὶ κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη· Καὶ πάλιν αὐτός φησιν,

a ἴσ. τῆς πληγῆς. b ἴσ. δῶται.

Ἐγὼ

Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ ἐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξεθένημα λαῦ· πάντες οἱ θεωρῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν· Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοὶ, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ κύριος ὕτως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτῦ δι' αὐτῦ [b] ἐλθόντος;

[a] *Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis. Omnes videntes me, deriſerunt me, loquuti ſunt labiis, moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.* Videtis, Viri dilecti, quale nobis exemplar ſit propoſitum; Si enim Dominus ita ſe humiliavit, quid faciemus nos, qui ſub jugum ejus gratiæ per ipſum venimus?

XVII. Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων, οἵτινες ἐν δέρμασιν αἰγείοις, καὶ μηλωταῖς [c] περιεπάτησαν, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τῦ Χριςῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ [d] τὺς προφήτας, πρὸς τύτοις καὶ τὺς μεμαρτυρημένυς. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ,

XVII. Imitatores ſimus eorum, qui in caprinis & ovinis pellibus adventum Chriſti prædicantes circumierunt, *Eliam* dicimus, & *Elizæum*, & *Ezechielem* prophetas, & cum his, eos qui in ſcripturis laudem conſequuti ſunt. [e] *Abrahamus*

a Pſalm. XXII. 6. b ἴσ. ἐλθόντες. c Καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασιν addit Clem. Alex. Strom. 4. d Καὶ Ἰωάννην addit Idem. e Variat in nonnullis Clemens Alex. Strom. 4.

elogio

elogio insigni ornatus fuit, & amicus Dei vocatus fuit, qui gloriam Dei defixis oculis aspiciens in humilitate dixit: [a] *Ego autem sum terra & cinis.* Praeterea & de *Jobo* sic scriptum est: [b] *Jobus erat justus, sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni mala re:* sed ille seipsum accusans dicit: [c] *Nemo mundus a sorde, etsi vita ejus unius diei fuerit. Moses* fidelis in tota ejus domo vocatus est, & per ejus praefecturam voluit Dominus a plagis & suppliciis liberare populum *Israeliticum*: verum ille honore magno affectus, non est grandia loquutus, sed cum ex rubo oraculum divinum ei datum fuisset, *Quis sum ego*, dixit, *ut me mittas?* [g] *Gracili voce, & tarda lingua ego sum.* Et

καὶ φίλος προσηγορεύθη τȢ Θεȣ, καὶ λέγει ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τȢ Θεȣ ταπεινοφρονῶν, Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός. Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼϐ ὅτω γέγραπται, Ἰὼϐ ἦν δίκαιος, καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεϐὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακȣ· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτȣ κατηγ[ορῶν λέγει], ὀδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύ[πȣ ὀδὲ [d] εἰ] μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο[ῦ]. Μωϋσῆς πιςὸς [e] ἐν ὅλῳ [τῷ οἴκῳ] αὐτȣ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆ[ς [f] προςα]σίας αὐτȣ ἔκρινεν ὁ Θεὸς [ῥύσαι τὸν Ἰσραὴλ] ἀπὸ τῶν μαςίγων καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κἀκ[εῖνος] δοξασθεὶς μεγάλως ὀκ ἐμ[εγα]λοῤῥημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν ἐ[κ τῆς] βάτȣ χρηματισμȣ αὐτῷ διδο[μέ]νȣ, Τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπ[εις;] ἐγὼ δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ β[ρα]δύγλωσσος· καὶ

a Gen. XVIII. 27. b Iob. I. 1. c Iob. XIV. 4.
d ἴσ. ἐὰν καὶ. e Θεράπων addit Clemens Alex. Strom 4.
f ἴσ. ὑπηςεῖς. g Exod. IV. 10.

πάλιν

πάλιν λέγει, Εγὼ δὲ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ [1] χύτρας·

XVIII. Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεὸς, Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβίδ τὸν τοῦ Ιεσσαὶ, ἐν [a] ἐλαίῳ [b] αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν. Αλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν, Ελέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με· ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστιν διὰ παντός. σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. ἰδοὺ γὰρ

rursus dicit: *Ego sum ollæ vapor.*

XVIII. Quid autem de *Davide*, qui egregium testimonium obtinuit, dicemus? de quo loquutus est Deus: [c] *Inveni hominem secundum cor meum*, Davidem Jessæi *filium*, *in oleo sempiterno unxi eum.* Ipse vero dicit ad Deum: [d] *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas* [2] *cum judicaris. Ecce enim*

1. Κύθρας Codex Alex. Ionice scilicet pro χύτρας, ut κιθὼν pro χιτών. De quo videsis Eustathium. 2 Verte, *cum judicio disceptas.*

a MS. ἐλέει. b Cl. Alex. ἁγίῳ. c Psalm. LXXXIX. 21. Act. XIII. 22. d Psalm. LI.

in

in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti; incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lavabis me & ſuper nivem dealbabor. Auditui mei dabis gaudium & lætitiam; exultabunt oſſa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus; & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & ſpiritum tuum ſanctum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Libera me de ſanguinibus

ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μȣ. ἰδὲ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σȣ ἐδήλωσάς μοι. ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι· Ἀκȣτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπ[όν] σȣ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μȣ, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μȣ ἐξάλειψ[ον·] καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμ[οὶ] ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μȣ. Μὴ ἀπο[ῤῥί]ψῃς με ἀπὸ προσώπȣ σȣ, [καὶ τὸ πνεῦ]μα τὸ ἅγιόν σȣ μὴ ἀντανέ[λῃς ἀπ' ἐ]μȣ̃· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλ[ίασιν τ]οῦ σωτηρίȣ σȣ, καὶ πνεύματι [1 ἡγεμο]νικῷ στήριξόν με. Διδά[ξω ἀνό]μȣς τὰς ὁδȣ̃ς σȣ, καὶ ἀ[σεβεῖς] ἐπιστρέψȣσιν ἐπί σε. [ῥῦσαί] με ἐξ αἱμάτων

1. i. e. *& mente perturbationibus imperante corrobora me.*

ὁ Θεός,

ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς[σωτ]ηρίας μου· [ἀγαλλ]ιάσεται ἡ γλῶσσά μου τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε, τὸ στόμα μου [ἀν]οίξεις, καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ[γε]λεῖ τὴν αἴνεσίν σου· ὅτι εἰ ἠ[θ]έλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τε]απεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.

XIX. Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες [a] πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπὸν· καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα

[a] ἴσ. παραδειγμάτων.

Deus, Deus ſalutis meæ; exultabit lingua mea juſtitiam tuam. Domine labia mea aperies; & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique; holocauſtis non delectaris. Sacrificium Dei ſpiritus contribulatus; cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.

XIX. Talium igitur & tantorum, qui tam clarum elogium conſequuti ſunt, humilitas & per obedientiam ſubjectio, non tantum nos, ſed & ante nos generationes meliores reddidit, & qui in timore & veritate ejus eloquia ſuſceperunt. Quare multorum magnorumque & illuſtrium exemplarium participes facti, ad pacis ſcopum nobis ab initio traditum feramur; ac totius mundi parentem

& crea-

& creatorem diligenter intueamur, pacisque ejus magnificis & exsuperantibus donis & benefactis firmiter adhæreamus. Cogitatione contemplemur eum, & mentis oculis longanimam ejus voluntatem intueamur, & quemadmodum clementem se præbeat erga omnem creaturam suam, consideremus.

καὶ κτιςὴν τȣ͂ σύμπαντος κόσμȣ, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλȣ́σαις αὐτȣ͂ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης, ἐυεργεσίαις τε κολληθῶμεν. ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμϐλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτȣ͂ βȣ́λημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτȣ͂.

XX. Cæli per ejus gubernationem commoti, in pace illi subjiciuntur; dies etiam & nox, nullo sibi invicem impedimento constitutum ab eo cursum absolvunt. Sol & luna, & siderum chori; secundum ejus mandatum, sine ullo errore, in concordia statutos sibi terminos explicant & evolvunt. Terra gravida suo tempore, secundum ejus voluntatem, hominibus, feris,

XX. Οἱ ȣ̓ρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτȣ͂ a σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ. ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τετα(γ)μένον ὑπ᾽ αὐτȣ͂ δρόμον b διανύ(ο)υσιν, μηδὲν c ἀλλήλοις ἐμποδί(ζ)οντα. Ηλιός τε καὶ σελήνη, ἀςέ(ρ)ων τε χοροὶ, κατὰ τὴν διαταγὴν (αὐ)τȣ͂ ἐν ὁμονοίᾳ, δίχα πάσης (πα)ρεκϐάσεως, ἐξελίσσȣσιν (το)ὺς ἐπιτεταγμένȣς αὐτοῖς ὁρισμȣ́ς. Γῆ κυοφορȣ͂σα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτȣ͂ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν παμπλήθη ἀνθρώποις τε και θηρσὶν,

a ἴσ. μή. b Hesychius, διανυσθῆναι, τελειωθῆναι.
c ἴσ. ἀλλήλαις ἐμποδίζȣσαι.

καὶ

καὶ πᾶσι τοῖς ὖσιν ἐν αὐτῇ ζώοις ἀνατέλλει τροφὴν, μὴ διχοςατῦσα μηδὲ ἀλλοιῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ᾽ αὐτῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαςα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα a κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προςάγμασιν. τὸ b κῦτος τῆς ἀπείρυ θαλάσσης κατὰ τὴν δημιυργίαν αὐτῦ συςαθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, ὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα, ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, ὕτως ποιεῖ, εἶπεν γὰρ, Ἕως ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σῦ ἐν σοι συντριβήσεται. Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς f ταγαῖς τῦ δεσπότυ διευθύνονται. Καιροὶ ἐαρινοὶ, καὶ θερινοὶ, καὶ μετοπωρινοὶ, καὶ χειμερινοὶ

& omnibus quæ in ea ſunt animantibus, alimentum in abundantia profert, non hæſitans, neque mutans quicquam eorum, quæ ab eo decreta ſunt. Abyſſorum inveſtigabiles, & profundi inenarrabiles fluctus, eiſdem mandatis continentur. c Moles immenſi maris in ipſa ſui creatione in congregationes ſuas collecta, repagula ſibi circumpoſita non tranſgreditur, ſed prout ei præcepit, ita facit. Dixit enim: d *Huc uſque venies, & in te ipſo comminuentur fluctus tui.* e Oceanus hominibus impermeabilis, & qui trans ipſum ſunt mundi eiſdem Domini mandatis gubernantur. Vernæ, æſtivæ, autumnales & hyemales tempeſtates,

a ἴσ. κύματα. b Heſychius, κῦτος, σῶμα, ὄγκος. Sic Pſalm. LXIV. 8. Reſpicit hic B. Clemens Geneſeos locum c. I. 9. c Ita vertendum cum Reverendiſſimo Pearſono, in Apologia doctiſſima pro LXX. Interpretibus contra Hieronymum. d Job. XXXVIII. 11. e Clem. Alex. Str. 5. p. 586. Orig. περὶ Ἀρχ. Hieron. ad Eph. II. 2. Phot. cod. 126. f ἴσ. ἐπιταγαῖς, ἢ διαταγαῖς. Nihil mutandum. Heſychius, ταγαῖς, ἀρχαῖς, ἡγεμονίαις.

in pace aliæ aliis succedunt. Ventorum libramina peculiari suo tempore munus suum sine offendiculo obeunt. Fontes etiam perennes, ad usum & sanitatem facti, ubera sine defectu, ad vitam hominum sustentandam, præbent; & animalia minima in pace & concordia cœtus suos faciunt. Hæc omnia magnus opifex, & omnium Dominus, in pace & concordia fieri jussit, benefaciens omnibus; vobis vero superabundanter, qui per Dominum Jesum Christum, ad miserationes ejus confugimus; cui gloria omnis & magnificentia, in secula seculorum. Amen.

ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων σταθμοὶ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν· Ἀένναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοὺς πρὸς ζωὴν ἀνθρώποις μαζούς· Τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται· Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ μεγαλωσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

XXI. Videte, dilecti, ne beneficia ejus, quæ numero sunt multa, nobis omnibus in condemnationem cedant, nisi dignam eo vitam instituentes, bona & accepta in conspectu ejus cum concordia fecerimus.

XXI. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αἱ πολλαὶ γένωνται εἰς κρῖμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας.

λέγει

λέγει γάρ πȣ, πνεῦμα κυρίȣ λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμιεῖα τῆς γαστρός. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι ȣδὲν λέληθεν ἀυτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, ȣδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιȣμεθα. δίκαιον οὖν ἐστιν μὴ λειποτακτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τȣ͂ θελήματος αὐτȣ͂. μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις, καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἐν ἀλαζονείᾳ τȣ͂ λόγȣ αὐτῶν, [c]προσκόψωμεν, ἢ τῷ Θεῷ· τὸν Κύριον Ἰησȣ͂ν Χριστὸν, ȣ͂ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν [d] ἐδόθη ἐντραπῶμεν. τȣ̀ς προηγȣμένȣς ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τȣ̀ς πρεσβυτέρȣς ἡμῶν τιμήσωμεν, τȣ̀ς νέȣς παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τȣ͂ φόβȣ τȣ͂ Θεȣ͂· τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βȣ́λημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης

[a] Dicit enim alicubi, [b] *Spiritus Domini lucerna scrutans secreta ventris.* Consideremus quam prope nobis sit Dominus, & quod cogitationum nostrarum & colloquiorum quæ habemus, nihil ipsum lateat. Aequum est igitur ut non simus transfugæ a voluntate ejus. Homines stultos & insipientes, & in sermonis sui jactantia elatos ac gloriosos, potius quam Deum, offendamus. Dominum Jesum Christum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur. Præpositos nostros revereamur; seniores nostros honoremus: juvenes in disciplina timoris Dei erudiamus. Uxores nostras ad id quod bonum est emendemus; amabiles castitatis mores ostendant, puram & sinceram mansuetudinis suæ voluntatem demonstrent, linguæ suæ moderationem

a Prov. XX. 27. b Citat Clem. Alex. Strom. p. 517.
c ἴσ. προσκρȣ́σωμεν. d Ἡγιάσθη Clemens Alex.

silentio manifestam faciant, charitatem suam, sine personarum acceptione, omnibus Deum sancte timentibus, æqualem exhibeant. Liberi nostri disciplinæ Christi participes sint; discant quantum humilitas apud Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit, quomodo timor ejus bonus est & magnus, servans omnes qui in pura mente in ipso sancte versantur. Est enim cogitationum & consiliorum mentis scrutator, cujus spiritus est in nobis, & cum vult aufert eum.

αὐτῶν διὰ τῆς [a] φωνῆς φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ [b] κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβεμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. τὰ τέκνα [c] ὑμῶν τῆς ἐν Χριςῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται· πῶς ὁ φόβος αὐτε καλὸς καὶ μέγας, καὶ σώζων πάντας τὲς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναςρεφομένες ἐν καθαρᾷ [d] διανοίᾳ. Ἐρευνητὴς γάρ ἐςιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων· ὗ ἡ πνοὴ αὐτε ἐν ἡμῖν ἐςιν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνελοῖ αὐτήν.

XXII. Hæc autem omnia, fides quæ est in Christo, confirmat; sic enim ille per Spiritum sanctum nos compellat: [e] *Adeste filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Quis est homo*

XXII. Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριςῷ πίςις· καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ τε πνεύματος τε ἁγίε ὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς, Δεῦτε τέκνα, ἀκέσατέ με, φόβον κυρίε διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐςιν ἄνθρωπος

a Clem. Alex. σιγῆς. Rectius. b Exponit Hesychius κατὰ χάριν. Vide 1 Tim. V. 21. c Clem. Alex. ἡμῶν. d Clem. Alex. καρδίᾳ. e Psalm. XXXIV. 11.

ὁ θέλων

ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σȣ ἀπὸ κακȣ͂, καὶ [a] χείλη τȣ͂ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακȣ͂, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν· ὀφθαλμοὶ κυρίȣ ἐπὶ δικαίȣς, καὶ ὦτα αὐτȣ͂ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρ(όσωπον δὲ) κυρίȣ ἐπὶ ποιȣ͂ντας κακὰ, (τȣ͂ ἐξολο)θρεῦσαι ἐκ γῆς τὸ μνημ(όσυνον) αὐτῶν. ἐκέκραξεν ὁ δ(ίκαιος), καὶ ὁ κύριος εἰσήκȣσεν αὐ(τȣ͂, καὶ ἐκ) πασῶν τῶν θλίψεων (ἐῤῥύ)σατο αὐτόν. πολλαὶ αἱ μά(στιγες) τȣ͂ ἁμαρτωλȣ͂, τȣ̀ς δὲ ἐ(λπίζον)τας ἐπὶ κύριον ἔλεος κυκλώσ(ει).

qui vult vitam, diligens dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit juſtus, & Dominus exaudivit eum, & ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum. [b] *Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.*

XXIII. Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα (καὶ εὐερ)γετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ(πὶ) φοβȣμένȣς αὐτὸν, ἠπίως (τε) καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ(ȣ͂) ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομένο(ις) αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ.

XXIII. Miſericors in omnibus, & benignus Pater, viſcera erga timentes eum habet, & venientibus ad ipſum cogitatione pura & ſimplici, gratias ſuas benigne & ſuaviter largitur.

a Ἴσ. χείλη σȣ.   b Pſalm. XXXII. 10.

Quare animo duplici ne ſimus, neque ſuper eximiis & honoroficis domis ejus efferatur anima noſtra. Longe a nobis abſit ſcriptura illa, ubi dicitur: [a] *Miſeri & infelices ſunt, qui animo duplici ſunt & inconſtanti, dicentes: Hæc a parentibus noſtris audivimus, & ecce conſenuimus, nihil tamen bonum nobis accidit. O fatui, comparate vos arbori, vitem ſumite: primum quidem frondeſcit, germen poſtea pullulat; folium deinde & flos, poſthæc uva acerba, tandem demum uva matura: videtis quod in exiguo tempore fructus arboris ad maturitatem perducitur.* In veritate, brevi & ſubito voluntas ejus perficietur; Scriptura etiam teſtimonium perhibente,

Διὸ μὴ διψυχῶμεν, μηδὲ ἰνδαλλέσθω ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ὑπερβαλλέσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτȣ̃. πόῤῥω γενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ γραφὴ αὕτη, ὅπȣ [b] λέγει, Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διςάζοντες τὴν ψυχὴν, οἱ λέγοντες, Ταῦτα ἠκȣ́σαμεν καὶ [c] ἀπὸ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἰδȣ̀ γεγηράκαμεν, καὶ ȣ̓δὲν ἡμῖν τȣ́των συμβέβηκεν. Ω [d] ἀνόητοι, συμβάλλετε ἑαυτȣ̀ς ξύλῳ, λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαςὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα ςαφυλὴ παρεςηκυῖα. ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς [e] πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τȣ̃ ξύλȣ. ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βȣ́λημα αὐτȣ̃, συνεπιμαρτυρȣ́σης καὶ τῆς γραφῆς,

a Jac. I. 2. b ἴσ. λέγεται. c Επὶ Codex Alex. Sic Clemens noſter in Ep. 2. d Verba hæc, & ſequentia, Clementis non ſunt, ut ex ſecunda Epiſtola patet, ſed ejuſdem auctoris, cujus ſuperiora. Hoc dudum monuerunt Rev. Pearſon, & ſagaciſſimus Gottofredus Vendelinus. e Heſychius, πέπειρον, ὥριμον, ἀκμαῖον.

ὅτι

ὅτι ταχὺ ἥξει ὁ κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.

XXIV. Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοὶ, πῶς ὁ δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρ(ῶν) ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ κα(ιρὸν) γινομένην ἀνάστασιν, ἡμέρ(α καὶ) νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ(ιν·) κοιμᾶται ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡ(μέρα,) ἡ ἡμέρα b ἄπεισιν, νὺξ (ἐπέρχεται. Ἴδωμ)εν τοὺς καρποὺς· ὁ σπόρος (πᾶσι δῆλόν) τινα τρόπον γίνεται· Ἐξῆλ(θεν ὁ σπ)είρων καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν (καὶ βληθέ)ντων σπερμάτων, ἅτινα πέ(πτ)ωκεν ε)ἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ, δι(αλύει χρόνος)· εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγά(λη δύναμ)ις τῆς προνοίας τοῦ δεσπότου (ἀνίσ)τησιν αὐτὰ, καὶ ἐκ

a *quod statim venturus sit Dominus in templum ejus, & sanctus, quem vos expectatis.*

XXIV. Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus futuram resurrectionem nobis perpetuo ostendat, cujus primitias Dominum Jesum Christum fecit, eum a mortuis suscitans. Intueamur, dilecti, resurrectionem quae omni tempore fit. Dies & nox resurrectionem nobis ostendunt; nox cubat, exurgit dies; abit dies, nox ingruit & insequitur. Intueamur fruges; sementis quomodo fiat omnibus obvium est; Egressus est seminator, & semen in terram jecit, & jactis seminibus, quae nuda & arida in terram ceciderunt, tempore dissolvuntur, & post dissolutionem magna divinae providentiae virtus resuscitat ea, ac ex

a Mal. III. 1. b ἴσ. ἔπεισιν.

uno plura fiunt, & fructum producunt.

XXV. Contemplemur signum mirabile quod in partibus orientis, scilicet in *Arabia* fit. Avis est, quæ Phœnix [1] vocatur: hæc sui generis sola & unigena existens annos quingentos vivit, & cum morte dissolvenda est, e thure, myrrha, & reliquis aromatibus loculum sibi struit, quem completo annorum spatio ingreditur, & vitam deponit; ex carne vero ejus putrefacta vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit, & auctis postea viribus loculum tollit, in

τȣ̃ ἑνὸς πλεί(ονα αὔ)ξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν.

XXV. (Ιδω)μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ (γιν)όμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς (τό)ποις, τȣτέςιν τοῖς περὶ τὴν Αραβίαν. ὄρνεον γάρ ἐςιν ὃ προσονομάζεται [2] Φοῖνιξ, τȣ̃το μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τȣ̃ ἀποθανεῖν αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνȣ καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τȣ̃ χρόνȣ εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ. σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τȣ̃ τετελευτηκότος ζώȣ ἀνατρεφόμενος, πτεροφυεῖ. εἶτα γενναῖος γενόμενος αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπȣ

1 Hunc locum citat Cyrillus Hierosl. Catech. 18. meminitque Photius. 2 De Phœnice nullum antiquius testimonium habemus eo, quod extat in Historia Sinica viri fide dignissimi Martinii, sub Xaoharro IV. Imperatore. Sic autem Phœnix describitur: *Sub initium imperii Solis avis apparuit, cujus adventu felicitatem regno portendi vulgo existimant. Ex forma, qua avem hanc pingunt, aquilam crederes, nisi plumarum mira & discolor varietas obstaret. Phœnicem ut esse suspicer, ejus raritas persuadet.* Eadem legas in Ezechielis Tragici versibus apud Eusebium Præp. Evang. lib. 9. & Eustathium in Hexaemeron.

τὰ

τὰ ὀςᾶ τȣ̃ προγεγονότος ἐςὶν, καὶ ταῦτα βαςάζων, a διανεύει ἀπὸ τῆς Αραϐικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτȣ, εἰς τὴν λεγομένην Ηλιȣ́πολιν · καὶ ἡμέρας βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς, ἐπὶ τὸν τȣ̃ ἡλίȣ βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ ȣ̔́τως εἰς τȣ̓πίσω ἀφορμᾷ. Οἱ ȣ̃ν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκȣσιν αὐτὸν πεντακοσιοςȣ̃ ἔτȣς πεπληρωμένȣ ἐληλυθέναι.

quo ossa parentis recondita sunt, quæ humeris gestans ex *Arabica* regione in *Aegyptum*, & urbem, quæ [b] *Heliopolis* dicitur, pervolat, ac spectantibus omnibus diurno tempore advolans, super altare Solis illa collocat, atque ita unde venerat, regreditur. Sacerdotes annorum rationem in libris descriptam diligenter computant, & impleto anno quingentesimo, rediisse illam comperiunt.

XXVI. Μέγα καὶ θαυμαςὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιȣργὸς τῶν πάντων ἀνάςασιν ποιήσεται, τῶν ὁσίως αὐτῷ δȣλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίςεως ἀγαθῆς, ὅπȣ καὶ δι' ὀρνέȣ δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτȣ̃; (λ)έγει γάρ πȣ, Καὶ ἐξαναςήσεις με, (κ)αὶ ἐξομολογήσομαί σοι.

XXVI. An magnum igitur & admirandum arbitrabimur, si rerum omnium opifex resurgere eos faciat, qui in bonæ fidei confidentia religiose illi inservierunt, cum per volucrem, promissionis suæ magnificentiam abunde nobis patefaciat? Dicit enim alicubi: [c] *Suscitabis me, & confitebor tibi.*

a Hesychius, διανεύει, τρέφει, (lege ςρέφει) κυκλεῖ. ἴσ. διανεῖ vel διανύει. b *Contendit Solis ad urbem*, inquit Theodulfus in Carmine de Phœnice. Pro *urbem*, vulgo legitur *ortus*: Sed male; ut monuit Cl. If. Vossius ad Melam. p. 296. c Psalm. XXVII. 7.

Et : [a] *Dormivi & soporatus sum: surrexi, quia tu mecum es.* Et rursus Job dicit : [b] *Et carnem hanc meam resuscitabis, quæ omnia hæc passa est.*

(κ)αὶ, ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα, ἐξη(γέ)ρθην ὅτι σὺ μετ' ἐμȣ̃ εἶ. (Καὶ) πάλιν Ἰὼϐ λέγει, Καὶ [c] ἀναστήσεις (τὴν) σάρκα μȣ ταύτην, τὴν ἀναντλήσασαν ταῦτα πάντα.

XXVII. Hac igitur spe mentes nostræ & cogitationes fixæ, firmiter adhæreant ei, qui fidelis est in promissionibus, & justus in judiciis. Qui mentiri vetuit, multo minus ipse mentietur: nihil enim Deo impossibile præterquam mentiri. Exsuscitetur in nobis fides ejus, & quod omnia ipsi propinqua sint, consideremus. In verbo magnificentiæ suæ constituit omnia, & in verbo potest omnia funditus evertere. [d] *Quis dicet ei, quid fecisti? vel quis fortitudinis ejus robori resistet?*

XVII. Ταύτῃ ȣ̃ν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν· ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς ȣ̓ ψεύσεται· ȣ̓δὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Αναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτȣ̃ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν· ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτȣ̃ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. Τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτȣ̃;

a Psalm. III. 5. b Job. XIX. 25. c Hunc Jobi locum ad resurrectionem primus traxit B. Clemens; quem alii postea sunt secuti. Sed quis a primis illis Christianis, seculo majoribus, omnium Scripturæ locorum germanam explanationem expostulet? Quis in multis illos non æque hallucinatos existimet, atque eorum nepotes? d Sap. Sal. XI. 22. & XII. 12.

ὅτε

ὅτε θέλει, καὶ ὡς θέλει, ἐποίησεν πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ [a] παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. [c] ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι, οὐδὲ λαλιαὶ, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.

Quando & quemadmodum voluit, omnia ab ipso sunt facta, neque quicquam ab eo semel decretum, infectum præteriit. Omnia coram ipso sunt, nihilque consilium ejus latuit. Si [b] *cœli enarrant gloriam Dei, opera autem manuum ejus annuntiat firmamentum. Si dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam : &* [d] *non sunt loquelæ, neque sermones quorum non audiantur voces eorum.*

XXVIII. Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ [e] σκεπάσωμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. [f] Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φεύγειν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ;

XXVIII. Cum omnia igitur videantur & audiantur, metuamus eum, & impuras concupiscentias pravorum operum deseramus, ut a futuro judicio, ejus misericordia, tegamur. Quo enim quis nostrum a potente ejus manu fugere potest?

a ἴσ. παρῆλθε. b Psalm. XIX. 2. c ἴσ. εἰ. d i. e. *Et non sunt sermones obscuri & verba submissa, quæ non intelligantur.* Ita post Eusebium eximius Paraphrastes Lud. Ferrand. e σκεπασθῶμεν. f ἴσ. Ποῖ.

Quis

Quis mundus ab eo desciscentem & transfugam recipiet? Dicit enim alicubi scriptura: [a] *Quo fugiam, & ubi a facie tua occultabor? Si ascendero in cælum, tu illic es; si ad terræ extrema abiero, dextra tua illic; si stratum posuero in abysso, illic est spiritus tuus.* Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet, ab eo, qui omnia complectitur?

XXIX. Quare castas & puras manus ad eum elevantes, & benignum & misericordem patrem nostrum diligentes, in sanctitate cordis accedamus ad ipsum, qui nos sibi

ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν [1] αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει γάρ που τὸ [2] γραφεῖον, Ποῦ [b] ἀφήξω, καὶ ποῦ κρυϐήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν ἀναϐῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀϐύσσους, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου. Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

XXIX. Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς [c] ἐκλο-

1 Hesychius, αὐτόμολος, ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπελθὼν, προδότης. In hac voce interpretanda peccavit magnus Casaubonus, Polyb. lib. 4. p. 322. ubi ὁ δὲ αὐτόμολος, *Automolum* vertit, quasi nomen esset proprium. At Polybius Aetolum quendam transfugam intelligit, cujus ante meminerat, ut monuit Casaubono par, si non in quibusdam superior, Henricus Valesius, Præfatione in Excerpta ex Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ. 2 Hinc patet Cl. If. Vossium in Responsione ad iteratas P. Simonii Objectiones immerito existimare vocem γραφεῖον ab Aquila fuisse confictam. Hinc etiam firmatur Epiphanii locus hæresi 29. sect. 7. ubi, de Nazarenis agens, ait, libros hagiographos a Judæis etiam γραφεῖα appellari. Post Epiphanium idem tradit Damascenus. a Psalm. CXXXIX. 6. b ἴσ. ἀφίξομαι. c ἴσ. ἡμᾶς.

γῆς

γῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται, Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιςος ἔθνη, ὡς b δὲ ἔσπειρεν υἱὲς Ἀδὰμ, ἔςησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων c· ἐγενήθη μερὶς κυρίε λαὸς αὐτε Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτε Ἰσραήλ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Ἰδὲ κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσε ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτε τῆς ἅλω, καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τε ἔθνες ἐκείνε, ἅγια ἁγίων.

ipsi electionis sortem fecit. Sic enim scriptum est: a *Quando dividebat altissimus gentes, quando disseminavit filios* Adæ, *constituit terminos gentium, secundum numerum Angelorum Dei. Et factus est pars Domini* Jacob, *funiculus hæreditatis ejus* Israel. Et in alio loco dicit: d *Ecce Dominus tollit sibi gentem e medio gentium, prout homo primitias areæ suæ accipit, & ex gente illa Sancta Sanctorum egredientur.*

XXX. Ἁγίε οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τε ἁγιασμε πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαράς τε καὶ 1 ἀγνὲς συμπλοκὰς, μέθας τε καὶ νεωτερισμὲς, καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. Θεὸς γὰρ, φησιν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

XXX. Cum igitur portiones sancti simus, faciamus omnia quæ ad sanctitatem pertinent, obtrectationes devitantes, scelestos & incestos complexus, ebrietates, insolentias, concupiscentias abominandas, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam, e *Deus enim*, inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

1 ἴσ. ἀνάγνες. Lege λάγνες, ex Rev. parentis conjectura. Hesychius λάγνος, ὁ αἰσχρὸς, περὶ πορνείαν ἐπτοημένος.
a Deut. XXXII. 8. & 9. b ἴσ. διέσπειρεν. c ἴσ. Θεε.
d Deut. IV. 34. Num. XVIII. 27. e Prov. III. 34.

Adglu-

Adglutinemur igitur eis quibus gratia a Deo concessa est, concordiam cum animi modestia induamus, continentiæ dono instructi, susurrationem omnem & obtrectationem procul devitemus, operibus, non autem verbis justificemur. Dicit enim: [b] *Qui multa dicit, & vicissim audiet, aut etiam eloquens putat se esse justum? Benedictus natus mulieris, brevis vitæ: ne multus sis in verbis.* Sit laus nostra a Deo, & non a nobis ipsis, Deus enim suarum laudum præcones odio habet; testimonium bonarum nostrarum actionum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris, qui justi erant, exhibitum est. Temeritas, arrogantia, & audacia, maledictis a Deo; moderatio vero, humilitas, & mansuetudo, illis qui a Deo benedicti sunt.

Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃ δέδοται. Ενδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονȣ̃ντες, [a] ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμȣ̃ καὶ καταλαλιᾶς πόῤῥω ἑαυτȣ̀ς ποιȣ̃ντες, ἔργοις δικαιȣ́μεναι, και μὴ λόγοις. Λέγει γὰρ, Ὁ τὰ πολλὰ λέγων, καὶ ἀντακȣ́σεται, ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασι γίνȣ. Ο ἔπαινος ἡμῶν ἔσω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν, αὐτεπαινετȣ̀ς γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Η μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ᾽ ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα, τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τȣ̃ Θεȣ̃· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τȣ̃ Θεȣ̃.

a ἴσ. καὶ.

b Job. XI. 2. 3.

XXXI. Κολ-

XXXI. Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτȣ̃, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ανατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν εὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Αβραάμ; ȣ̓χὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ισαὰκ μετὰ πεποιθήσ(εως γινώ)σκων τὸ μέλλον, ἡ δέ(ως ἐγένε)το θυσία. Ιακὼβ μετὰ ταπεινοφρ(οσύνης) ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ(τȣ̃ φεύγων ἀδελ)φὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς (Λαβὰν,) καὶ ἐδȣ́λευσεν· καὶ ἐδό(θη αὐτῷ) τὸ δωδεκασκῆπ]ρον τȣ̃ (Ισραὴλ.)

XXXI. Ejus igitur benedictioni firmiter adhæreamus, & quænam ſint benedictionis viæ, videamus; revolvamus diligenter quæ ab initio facta ſunt. Cujus gratia *Abrahamus* pater noſter benedictus fuit? nonne quia juſtitiam & veritatem per fidem operatus eſt? *Iſaacus* cum confidentia futurum dignoſcens, placide factus eſt ſacrificium. *Jacobus* in humilitate a fratre fugiens, terram ſuam deſeruit, & profectus eſt ad *Labanem*, illique inſervivit, & datæ ſunt ei duodecim tribus *Iſraelis*.

XXXII. (Εἴ)τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι(νῶς) κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται (τὰ με)γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτȣ̃ δεδομ(ένων) δωρεῶν. Εξ αὐτȣ̃ γὰρ ἱερεῖ(ς) καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτȣργ(ȣ̃ν)τες τῷ θυσιαστηρίῳ τȣ̃ Θεȣ̃· ἐξ αὐτȣ̃ ὁ κύριος Ιησȣ̃ς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτȣ̃ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγȣ́μενοι, κατὰ τὸν Ιȣ́δαν·

XXXII. Si quis particulatim ſingula vere & accurate conſideraverit, donorum, quæ per eum conceſſa ſunt, magnificentiam intelliget. Ab illo enim ſacerdotes omnes & Levitæ, qui altari Domini inſerviunt, ab illo Dominus Jeſus ſecundum carnem, ab illo Reges, Principes, & gubernatores ex familia & ſanguine Judæ,

originem

originem traxerunt. Nec reliqua ejus tribus in parvo honore ſunt, promittente ſcilicet Domino: a *Erit ſemen tuum tanquam ſtellæ cæli.* Omnes igitur glorificati & magnificati ſunt, non per ſeipſos, aut eorum opera, aut juſtas actiones quas patrarunt, ſed per voluntatem ejus. Sic & nos ex voluntate ejus in CHRISTO JESU vocati, non per nos ipſos juſtificamur, neque per ſapientiam noſtram, intelligentiam, pietatem vel opera, quæ in puritate cordis & ſanctimonia operati ſumus; ſed per fidem, per quam omnipotens DEUS, omnes ab initio juſtificavit. Cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

XXXIII. Quid igitur faciemus, Fratres, ceſſabimus a bonis operibus, & charitatem derelinquemus?

τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ Θεοῦ. ὅτι Ἔσται τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ. Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι' αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXXIII. Τί οὖν b ποιήσωμεν, ἀδελφοί; c ἀργάσωμεν ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας, καὶ d ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην;

a Geneſ. XXVII. 17. b ἴσ. ποιήσομεν. c ἴσ. ἀργήσομεν. d ἴσ. ἐγκαταλείψομεν.

μηδαμῶς

μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότ(ης) ἐφ' ἡμῖν γε γενηθῆναι· ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενεία(ς) καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγα(θὸν) ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς, καὶ δ(εσπότης) τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔρ(γοις) αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐ(τοῦ) κράτει οὐρανοὺς ἐστήρι(ξεν,) καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ σ(οφίᾳ ἐκό)σμησεν αὐτούς· γῆν τε (διεμέ)ρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχον(τος αὐ)τὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν (ὡς πύργ)ον ἀσφαλῆ, τοῦ ἰδίου βου(λήμα)τος [a] θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ(τῇ ζῶ)α φοιτῶντα, τῇ ἑαυτοῦ (προστά)ξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασ(σάν τε κ)αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημι(ουργήσ)ας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ (δυ)νάμει. ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον, (καὶ) παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν, (ἄνθρ)ωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα.

a ἴσ. θεμελίῳ.

Neutiquam hoc a nobis fieri permittat Dominus, ſed cum diligentia & animi alacritate, omne opus bonum peragere feſtinemus. Ipſe enim opifex & Dominus omnium, in operibus ſuis exultat. Cælos enim ſuprema ſua & maxima potentia ſtabilivit, illoſque incomprehenſibili ſua ſapientia ornavit; terram etiam, ab aqua, quæ illam ambit, ſeparavit, & tanquam ſtabilem turrim propriæ voluntatis fundamento firmavit; & animalia, quæ in illa verſantur, juſſu ſuo præcepit eſſe. Mare etiam, & quæ in illo animalia cum prius creaſſet, potentia ſua incluſit. Præ omnibus animal excellentiſſimum, & intellectus dignitate celſiſſimum, hominem, imaginis ſuæ characterem, ſacris & inculpatis manibus formavit.

Sic enim dicit Deus: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & creavit Deus hominem, masculum & fæminam creavit eos.* Hæc omnia cum perfecisset, laudavit ea, & benedixit, dixitque: [b] *crescite & multiplicamini.* Videmus justos omnes bonis operibus ornatos fuisse: ipse etiam Dominus operibus seipsum ornans, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, ad voluntatem ejus impigre accedamus, & omnibus nostris viribus opus justitiæ operemur.

XXXIV. Bonus operarius cum fiducia panem operis sui accipit; segnis vero & remissus, operum distributorem non audet intueri. Ad benefaciendum igitur alacres & promptos nos esse oportet, ex hoc enim omnia constant.

ὕτω γάρ φησιν ὁ Θεός, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτὔς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπήνεσεν αὐτὰ, καὶ ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. [c] Ιδωμεν ὅτι τὸ ἐν [d] ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι. καὶ αὐτὸς ὖν ὁ κύριος ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Εχοντες οὖν τὔτον τὸν ὑπογραμμὸν, ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτὔ, ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

XXXIV. Ο ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τὔ ἔργὔ αὐτὔ· ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος, ὔκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτὔ. Δέον οὖν ἐϛὶν προθύμὔς ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτὔ γάρ ἐϛι τὰ πάντα.

a Genes. I. 26. b Gen. I. 28. c ἴσ. εἴδομεν, d ἴσ. τοῖς.

Προλέγει

Προλέγει γὰρ ἡμῖν, Ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' b αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔστω ἐν αὐτῷ. ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ. κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή, Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ ἐκέκραγον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ, πλήρης πᾶσα κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες, τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ.

Prædicit enim nobis: a *Ecce Dominus & merces ejus coram ipso, ut reddat unicuique secundum opus suum.* Itaque nos hortatur ex toto corde, ne segnes & desides simus ad omne opus bonum; Gloriatio nostra & fiducia in eo sit; voluntati ejus subjiciamur, & multitudinem universam angelorum ejus diligenter consideremus, quemadmodum adstantes voluntatem ejus exequantur. Dicit enim scriptura: c *Mille millia adstabant ei, & dena millia denum millium ministrabant ei.* d *Et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis creatura gloria ejus.* Ergo & nos in concordia & conscientia in unum congregati, ut magnarum & gloriosarum promissionum ejus participes fiamus, tanquam uno ore impense & ardenter ad eum clamemus.

a Esa. XL. 10. & LXII. 11. b ἴσ. αὐτό. c Dan. VII. 10. d Esa. VI. 3.

Dicit enim: a *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit exspectantibus eum.*

XXXV. Quam beata, dilecti, & mirabilia sunt dona Dei! vita in immmortalitate, splendor in justitia, veritas in libertate, fides in fiducia, temperantia in sanctitate, & hæc omnia sub intellectum nostrum cadunt: quænam igitur sunt quæ præstolantibus eum præparantur? sanctus opifex & seculorum pater, ipse quantitatem & pulchritudinem eorum novit: nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, in numero exspectantium eum reperiri, serio contendamus. Quomodo autem hoc fiet dilecti? Si fide in Deum cogitationes nostræ stabilitæ fuerint,

λέγει γὰρ, Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἑτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.

XXXV. Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί! ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παῤῥησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν· ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ἡ διάνοια ἡμῶν b πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν,

a 1 Cor. II. 9. De hoc loco haud præclare sensit Hegesippus, si Stephano Gobaro fides, apud Photium Cod. 232.
b ἴσ. διά.

ἐὰν

ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἀποτελήσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βȣλήσει αὐτȣ͂, καὶ ἀκολȣθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλȣς, ψιθυρισμȣ̀ς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν κενοδοξίαν τε καὶ [a] φιλοξενίαν. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχȣσιν· ȣ̓ μόνον δὲ οἱ [b] πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκȣ͂ντες αὐτοῖς. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεὸς, ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μȣ, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μȣ ἐπὶ στόματός σȣ; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τȣ̀ς λόγȣς μȣ εἰς τὰ ὀπίσω. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην συνέτρεχες, καὶ

si grata illi & accepta diligenter quæsiverimus, si quæ ad inculpatam ejus voluntatem spectant, fecerimus, & viam veritatis sequuti fuerimus; abjicientes a nobis omnem injustitiam, iniquitatem, cupiditatem, contentiones, malitias, fraudes, susurrationes, obtrectationes, odium Dei, superbiam, fastum, vanam gloriam, & ambitionem: qui enim hæc faciunt, Deo odio sunt, [c] *neque illi solum qui hæc faciunt, sed etiam qui eis consentiunt*: dicit enim Scriptura: [d] *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, &*

a ἴσ. φιλοτιμίαν, ἢ φιλοκενίαν, ἢ ἀφιλοξενίαν. Quam ultimam lectionem germanam puto. b Hinc restituitur Romanorum locus c. I. 32. quem hic tacito auctore laudat B. Clemens. Plura diximus in observationibus S. p. 136. c Rom. I. 36. d Psalm. L. 16.

cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui, existimasti iniquitatem, quod ero tui similis, arguam te, & statuam te contra faciem tuam. Intelligite jam hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat tanquam leo, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutem Dei.

μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σȣ ἐτίθεις. τὸ ςόμα σȣ ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σȣ περιέπλεκεν δολιότητας. καθήμενος κατὰ τȣ͂ ἀδελφȣ͂ σȣ κατελάλεις, καὶ κατὰ τȣ͂ υἱȣ͂ τῆς μητρός σȣ ἐτίθεις σκάνδαλον. ταῦτα ἐποίησας καὶ ἐσίγησα, ὑπέλαβες [a] ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος· ἐλέγξω σε, καὶ παραςήσω σε κατὰ πρόσωπόν σȣ. σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τȣ͂ Θεȣ͂, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τȣ͂ Θεȣ͂.

XXXVI. Hæc est via, dilecti, in qua salutare nostrum [c] J. Christum, oblationum nostrarum summum sacerdotem, infirmitatis nostræ patronum & defensorem invenimus:

XXXVI. Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ [b] εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ιησȣ͂ν Χριςὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προςάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν·

a ἄνομε, ex Clemente Alex. Strom. lib. 4. i. e. *inique*, ut transtulit vetus Interpres. b ἴσ. εὑρίσκομεν. c Photius c. 126. Biblioth. Clem. Alex. Strom. 4. pag. 518. & Clemens noster in fine hujus epistolæ.

Διὰ

Διὰ τούτου a ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτρισώμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ. διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας· διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· ὃς ὢν b ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν. γέγραπται γὰρ οὕτως, Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ(αὶ τὴν κατά)σχεσιν τὰ πέρατα τ(ῆς γῆς)

per hunc in cælum sublime aſpicimus, per hunc vultum ejus immaculatum, & excelſum tanquam in ſpeculo intuemur, per hunc oculi cordis noſtri aperti ſunt, per hunc intellectus noſter inſipiens & obtenebratus in admirabilem ejus lucem refloreſcit, per hunc voluit nos DOMINUS immortalem cognitionem guſtare, qui magnificentiæ ejus ſplendor & radius exiſtens, tanto major eſt angelis, quanto præſtantius nomen ſortitus eſt; Scriptum enim eſt: c *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignis flammam.* De filio autem ſuo ſic dixit DOMINUS: d *Filius meus es tu, ego hodie genui te: poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

a ἴσ. ἀτενίζομεν καὶ ἐνοπτριζόμεθα. b Sap. VII. 26. Heb. I. 3.
c Hebr. I. 3. 4. Pſ. CIV. 4. d Pſ. II. 7.

Et rursus dicit ad eum: [a] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Quinam autem sunt inimici ejus? Homines perversi, & qui divinæ voluntati suam voluntatem opponunt.

XXXVII. Militemus igitur, viri fratres, cum omni assiduitate in inculpatis ejus præceptis; consideremus milites, qui ducibus nostris in bello parent, quemadmodum ordinate, prompte, & cum omni subjectione imperata exequantur; non omnes sunt prætores neque chiliarchæ, neque centuriones, neque quinquaginta militum præfecti, & sic deinceps; unusquisque vero in suo ordine & statione, quæ a Rege & Tribunis imperantur, peragit: magni sine parvis, & parvi sine magnis consistere nequeunt, mixtura quædam est

καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τὸν, Κάθȣ] ἐκ δεξιῶν μȣ ἕως ἂν [θῶ τȣ̀ς] ἐχθρȣ́ς σȣ ὑποπόδιο[ν τῶν πο]δῶν σȣ· τίνες οὖν οἱ [ἐχθροὶ αὐτȣ͂;] οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ[όμενοι τȣ͂ Θεȣ͂] τῷ θελήματι τὸ θέλημα [ἴδιον.]

XXXVII. *Στρατευσώμεθα οὖν, ἄν[δρες ἀδελ]φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προσάγμασιν [αὐτȣ͂,] κατανοήσωμεν τȣ̀ς στρατ[ευο]μένȣς τοῖς ἡγȣμένοις* [b] *ἡ[μῶν,] πῶς εὐτάκτως, πῶς* [c] *εὐεκτ[ικῶς,] πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[ȣ͂]σι τὰ διατασσόμενα· ȣ̓ πάντ[ες] εἰσὶν ἔπαρχοι, ȣ̓δὲ χιλίαρχοι, ȣ̓δὲ ἑκατόνταρχοι, ȣ̓δὲ πεντηκόνταρχοι, ȣ̓δὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τȣ͂ βασιλέως, καὶ τῶν ἡγȣμένων, ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν ȣ̓ δύνανται εἶναι, ȣ̓δὲ οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τις ἐστὶν*

a Psalm. XC. 1. b ἴσ. αὐτῶν. c ἴσ. εὐείκτως.

ἐν πᾶσι

ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν, ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑπο[τα]γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

XXXVIII. Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσ[θω] ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, κα[θὼς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. ὁ ἰσχυρὸς μὴ [a] τμμελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς·

in omnibus, & in his usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum, caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria & utilia sunt, & cuncta ad conservationem totius corporis conspirant, & una eademque subjectione utuntur.

XXXVIII. Servetur itaque totum corpus nostrum in Christo Jesu, & unusquisque proximo suo subjiciatur juxta ordinem, in quo per gratiam ejus positus est. Fortis ne negligat imbecillem, imbecillis fortem revereatur, dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet, quod ei alium largitus sit, per quem ejus penuria & indigentia suppleri potest. [b] Sapiens non in verbis sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet,

a ἴσ. πλημμελείτω, ἀτημελείτω. b Clem. Alex. ubi sup.

humilis non ſibi teſtimonium ferat, ſed alteri permittat, de eo teſtimonium præbere. Qui carne caſtus eſt, ne inſoleſcat, cum ſciat alium eſſe, qui continentiæ donum ipſi tribuat. Conſideremus igitur, Fratres, ex qua materia facti ſimus, qui & quales mundum tanquam ex ſepulchro & tenebris ingreſſi ſimus: qui nos fecit & condidit, præparatis prius benefactis ſuis, antequam naſceremur, in mundum ſuum introduxit. Hæc igitur omnia cum ab eo habeamus, in omnibus gratias ipſi agere debemus, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

XXXIX. Homines imprudentes, deſipientes, fatui & illiterati, dum cogitationibus ſuis inflantur, nos ludibrio habent, & naſo ſuſpendunt.

ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ[ω,] ἀλλ' ἐάτω a ὑπ' ἑτέρȣ ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ b καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ[κων ὅτι ἕτε]ρός ἐςιν ὁ ἐπιχορηγῶν [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν. Αναλογι[σώμε]θα οὖν ἀδελφοὶ, ἐκ ποίας [ὕλης] ἐγεννήθημεν, ποῖοι καὶ τί[νες εἰ]σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, [ὡς ἐκ τ]ȣ̃ τάφȣ καὶ σκότȣς· [ὁ ποιή]σας ἡμᾶς καὶ δημιȣργήσας [εἰσήγ]αγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτȣ̃, [προε]τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]ȣ̃ πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦτ]α οὖν πάντα ἐξ αὐτȣ̃ ἔχοντες, [ὀφεί]λομεν κατὰ πάντα εὐχαριςεῖν [αὐ]τῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τȣ̀ς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

XXXIX. Αφρονες καὶ ἀσύνετοι, καὶ μωροὶ, καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζȣσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζȣσιν, ἑαυτȣ̀ς βȣλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν·

a ἴσ. ὑφ'. b Dele καὶ ex Clemente Alex.

τί γὰρ

τί γὰρ δύναται θνητός· ἢ τίς ἰσχὺς γηγενȣ̃ς; γέγραπται γὰρ, Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μȣ· ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκȣον· τί γὰρ; μὴ καθαρὸς ἔςαι βροτὸς ἔναντι κυρίȣ; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτȣ̃, ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτȣ̃ ȣ̓ πιςεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτȣ̃ σκολιόν τι ἐπενόησεν· ȣ̓ρανὸς δὲ ȣ̓ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτȣ̃· ἔα [c] δὲ, οἱ κατοικȣ̃ντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τȣ̃ αὐτȣ̃ πηλȣ̃ ἐσμεν. ἔπαισεν αὐτȣ̀ς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας ȣ̓κ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτȣ̀ς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι ἀπώλοντο. ἐνεφύσησεν αὐτοῖς καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτȣ̀ς σοφίαν. ἐπικάλεσαι δὲ εἴ τις σοὶ ὑπακȣ́σεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψει·

Quid enim poteſt mortalis, aut quale robur ex terra geniti? ſcriptum enim eſt: [a] *Non erat figura ante oculos meos, ſed auram & vocem audiebam: quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus ſuis inculpabilis vir? Si contra ſervos ſuos non credit, & adverſus Angelos ſuos pravum quid advertit:* [b] *& cælum non eſt mundum ante eum:* [d] *multo minus habitantes domos luteas, ex quibus & ipſi de eodem luto ſumus. Percuſſit illos tanquam tinea, & a mane uſque ad veſperam ultra non ſunt, eo quod non poſſunt ſibi ipſis ſubvenire, perierunt: inſufflavit eis, & interierunt, quia non habebant ſapientiam.* [e] *Invoca autem, ſi quis tibi reſpondeat, vel ſi quem ſanctorum angelorum aſpicias;*

a Job. IV. 16. b Job. XV. 15. c Hinc egregie reſtituitur Jobi locus in Codicibus noſtris, qui vulgo habent τȣ̀ς δὲ κατοικȣ̃ντας, nullo ſenſu. Clementis noſtri lectionem firmat Editio Romana Job. XV. 16. & ex parte MS. Alex. d Job. IV. 19. e Job. V. 1.

etenim

etenim ſtultum perimit ira, errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi ſtultos radicem mittentes, ſed ſtatim abſumpta eſt illorum habitatio: longe fiant filii eorum a ſalute, & conterantur ſuper januas minorum, & non erit qui eripiat; quæ enim illi congregaverunt, juſti comedent, ipſi vero de malis non liberabuntur.

καὶ γὰρ ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργὴ, πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. ἐγὼ δὲ ἑώρακα ἄφρονας ῥίζας βάλλοντας, ἀλλὰ εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα· πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· [a] κολαβρισθείησαν ἐπὶ θύραις ἡσσόνων, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.

XL. [b] Cum igitur hæc nobis ſint manifeſta, etiam in profunda divinæ cognitionis introſpicientes, debemus omnia rite & ordine facere, quæ Dominus peragere nos juſſit, præſtitutis etiam temporibus oblationes & officia ſacra perficere: neque temere vel inordinate voluit iſta fieri, ſed ſtatutis temporibus & horis, ubi etiam &

XL. Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν· κατὰ καιροὺς τεταγμένους τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως [ἐκέλευσεν] γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις· πού τε καὶ

a i. e. *Contemnantur.* Κόλαβρος, *porcellus*, quo apud Judæos nihil contemptius. Olympiodorum & Suidam viſe. Alias κολαβρίζειν eſt *laſcive ſaltare*, ut ad Athenæum docuit Caſaubonus. b Clem. Alex. ibid.

διὰ

διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτȣ̃ βȣλήσει· ἵν᾽ ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκήσει, εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτȣ̃. Οἱ ȣ̃ν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιȣ̃ντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τȣ̃ δεσπότȣ ἀκολȣθȣ̃ντες ȣ̓ διαμαρτάνȣσιν. τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτȣργίαι δεδομέναι εἰσί· καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προςέτακται, καὶ λευΐταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

XLI. Εκαςος ὑμῶν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριςείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκϐαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτȣργίας αὐτȣ̃ κανόνα ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχȣ̃, ἀδελφοὶ, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμȣ̃, ἢ [a] εὐχῶν, ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ

[a] ἴσ. εὐχαριςηρίων.

a quibus peragi vult, ipſe excelſiſſima ſua voluntate definivit, ut religioſe omnia ſecundum ejus beneplacitum adimpleta, grata & accepta ipſius voluntati eſſent. Qui igitur præfinitis temporibus oblationes ſuas faciunt, accepti & beati ſunt: Domini enim mandata ſequentes, non aberrant. Summo quippe ſacerdoti ſua munera tributa ſunt, ſacerdotibus locus proprius aſſignatus eſt, & Levitis ſua miniſteria incumbunt. Laicus præceptis laicis conſtringitur.

XLI. Unusquisque veſtrum, Fratres, in ſuo ordine & ſtatione manens, Deo in bona conſcientia gratias agat, & cum decore intra præſcriptum miniſterii ſui canonem ſe contineat. Non in omni loco, Fratres, offeruntur ſacrificia perpetua & diurna, vel pro gratiarum actione, vel pro peccatis &

delictis,

delictis, sed Hierosolymis tantum; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio a summo sacerdote, & prædictis ministris. Qui igitur, præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid admittunt, mortis supplicio puniuntur. Videtis, Fratres, quo majore cognitione digni sumus habiti, eo graviori periculo obnoxii sumus.

XLII. Apostoli nobis a CHRISTO evangelizaverunt, JESUS CHRISTUS a DEO. Missus enim est CHRISTUS a DEO, & Apostoli a CHRISTO; & factum est utrumque decenter ex voluntate ejus. Mandata quippe accipientes, & per resurrectionem DOMINI nostri JESU CHRISTI, plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati,

a πλημμελίας, ἀλλ' ἐν Ἰερȣσαλὴμ μόνη· κἀκεῖ δὲ ȣ̓κ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τȣ̃ ναȣ̃ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τȣ̃ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτȣργῶν· Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βȣλήσεως αὐτȣ̃ ποιȣ̃ντές τι, θάνατον τὸ b πρόστιμον ἔχȣσιν. Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσȣ́τῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

XLII. Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τȣ̃ Κυρίȣ Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃, Ἰησȣ̃ς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃· ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τȣ̃ Χριστȣ̃· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεȣ̃. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃, καὶ πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ τȣ̃ Θεȣ̃,

a ἴσ. πλημμελείας. b Hesychius, πρόσιμον, ζημία.

μετὰ

μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίȣ ἐξῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθίςανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπȣς καὶ διακόνȣς τῶν μελλόντων πιςεύειν· καὶ τȣ̃το ȣ̓ καινῶς, ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων· ȣ̔́τως γάρ πȣ λέγει ἡ γραφή, [1] Καταςήσω τȣ̀ς ἐπισκόπȣς αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τȣ̀ς διακόνȣς αὐτῶν ἐν πίςει.

XLIII. Καὶ τί θαυμαςὸν, εἰ οἱ ἐν Χριςῷ [b] πιςεύοντες παρὰ Θεȣ̃ ἔργον τοιȣ̃το, κατέςησαν τȣ̀ς προειρημένȣς; ὅπȣ καὶ ὁ μακάριος πιςὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ Μωϋσῆς,

cum certa Spiritus Sancti fiducia egreſſi ſunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur & urbes verbum prædicantes, primitias eorum, ſpiritu probantes, Epiſcopos & Diaconos eorum, qui crediturі erant, conſtituerunt. Neque hoc quidem novum inſtitutum fuit; multis enim retro ſeculis de Epiſcopis & Diaconis ſcriptum eſt. Sic enim alicubi dicit ſcriptura: [a] *Conſtituam Epiſcopos eorum in juſtitia, & diaconos eorum in fide.*

XLIII. Et quid mirum, ſi quibus in Chriſto a Deo hoc munus commiſſum fuit, prædictos conſtituerint? quando quidem beatus Moyſes fidelis ſervus in univerſa domo,

1 Locus iſte aliter concipitur in Editionibus hodiernis, ut apud Irenæum, lib. IV. cap. 44. Vix itaque dubitem, quin B. Clemens locum illum, ut alios aliquot, paulo immutarit, ut ad propoſitum ſuum aptaret. Nec Hebræus textus ſecus ſentire nos cogit, ut pluribus contendit vir notiſſimæ eruditionis Henricus Hammondus. a Eſa. XL. 17. b ἴσ. πιςευθέντες.

omnia

omnia quæ ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem ceteri prophetæ uno consensu sequuti sunt, testimonium eis præbentes, quæ ab ipso legibus sancita sunt. Ille enim cum æmulatio pro sacerdotio incidisset, & tribus inter se dissentirent, quænam illarum glorioso illo nomine & titulo ornanda esset, jussit duodecim tribuum principes afferre sibi virgas, quæ uniuscujusque tribus nomen inscriptum haberent; quas cum accepisset, in fasciculum ligavit, & annulis principum tribuum signavit, & in tabernaculo testimonii ac mensa Domini deposuit eas, clausoque tabernaculo, claves similiter & virgas signavit, & dixit eis: Viri fratres, cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit Dominus, quæ ipsi sacra faciat & ministret.

a τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γὰρ ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς, εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ.

a ἱερ. οἷς.

πρωίας

πρωίας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ισραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, (καὶ ἐπε)δείξατο τοῖς Φυλάρχοις (τὰς σφρα)γίδας, καὶ ἤνοιξεν τὴν σκηνὴν τȣ̃ μαρτυρίȣ, καὶ προσ(ήνεγκεν) ῥάβδȣς· καὶ εὑρέθη ἡ ῥά(βδος) Ααρῶν ȣ̓ μόνον βεβλα(στηκυῖα,) ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχȣσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; ȣ̓ π(ροέγνω) Μωϋσῆς τȣ̃το μέλλειν ἔ(σεσθαι;) μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ(καταστα)σία γένηται ἐν τῷ Ισραὴλ, [a] ȣ̔́(τω ἐποί)ησεν εἰς τὸ δοξασθῆναι (τὸ ὄνο)μα τȣ̃ ἀληθινȣ̃ καὶ μόνȣ (Θεȣ̃,) ᾧ ἡ δόξα εἰς τȣ̀ς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Αμήν.

Mane autem facto congregavit universum populum *Israel*, sexcenta millia virorum, & tribuum principibus sigilla ostendit, tabernaculum testimonii aperuit, & virgas protulit; & inventa est virga *Aaronis* non tantum germinasse, sed & fructum ferens. Quid, dilecti, vobis videtur, an non hoc futurum præsciverat *Moyses?* Maxime noverat: verum ne seditio & confusio in populo *Israel* orīretur, ita fieri excogitavit, scilicet ut nomen veri & solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

XLIV. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ιησȣ̃ Χριστȣ̃, ὅτι ἔρις ἔσαι ἐπὶ τȣ̃ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην ȣ̓̃ν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τȣ̀ς προειρημένȣς, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν

XLIV. Et Apostoli nostri, per Jesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine Episcopatus orituram: atque ob hanc causam perfecta præscientia præditi, constituerunt prædictos, ac deinceps ordinationem dederunt, ut

a ἴσ. ȣ̔́τως ἐνόησεν.

 in

in defunctorum locum alii viri probati ſuccedere, & illorum munia exequi poſſent. Conſtitutos itaque ab illis, vel deinceps aliis viris celebribus, cum conſenſu univerſæ eccleſiæ, quique inculpate ovili Chriſti deſervierunt cum humilitate, quiete & abſque omni ſorde & turpitudine, & longo tempore ab omnibus teſtimonium præclarum reportarunt, hos non ſine injuria munere vel officio ſuo exui exiſtimamus. Non enim leviter peccabimus, ſi eos, qui ſancte & ſine reprehenſione offerunt munera, epiſcopatu ejicimus. Beati ſunt presbyteri, qui viam ſunt emenſi, & diem obierunt, quique perfectam & fructuoſam diſſolutionem conſequuti ſunt, non enim verentur, ne quis eos de loco, in quo conſtituti ſunt, dejiciat, & in alium transferat.

Ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινȣ͂ς καρδίας. Προγνώςης γάρ ἐςιν τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. Δῶμεν οὖν αὐτῷ [a] αἰώνιον, μὴ ἀπὸ ςόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς υἱȣ̀ς. Καὶ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος· ἀδελφοί μȣ ȣ̃τοί εἰσιν, οἱ ποιȣ͂ντες τὸ θέλημα τȣ͂ πατρός μȣ. Ωςε, ἀδελφοί μȣ, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τȣ͂ πατρὸς, τȣ͂ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοίπορον τῶν [c] ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ κακά. Εὰν γὰρ σπȣδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν ȣ̓κ ἔςιν εὑρεῖν [d] ἄνθρωπον. Οἵτινες γὰρ ἄγȣσι φόβȣς ἀνθρωπίνȣς,

a leg. αἶνον. b Matth. XII. 50. c ἴσ. τιμωριῶν. d Locum hunc intelligit VVendelinus in ſua Divinatione de hujus epiſtolæ tempore.

προηγη-

προῃρημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ τὴν μέλλȣσαν ἐπαγγελίαν. Αγνοȣ̃σιν γὰρ ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλȣσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν. Νῦν δὲ ἐπιμένȣσιν κακοδιδασκαλȣ̃ντες τὰς [b] ἀνετίȣς ψυχὰς, ȣ̓κ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἕξȣσιν τὴν κρίσιν αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκȣ́οντες αὐτῶν.

eligentes potius præſentem ejus hic fruitionem, quam futurorum promiſſionem; ignorant qualem habeat tentationem quæ hic eſt fruitio; quantas vero delicias habeat illa futurorum promiſſio. [a] *Et quidem ſi ſoli ipſi iſta facerent, tolerabile foret: nunc vero perſeverant mala docere innocentes animas; neſcientes, quod duplex ſuſtinebunt judicium, ſuum ipſorum ſcilicet, & illorum qui illos audiunt.*

XII. Ημεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δȣλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δȣλεύσωμεν, διὰ τȣ̃ μὴ πιςεύειν ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τȣ̃ Θεȣ̃, ταλαίπωροι ἐσόμεθα. Λέγει γὰρ ϗ ὁ προφητικὸς λόγος· Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διςάζοντες τῇ καρδίᾳ, οἱ λέγοντες· ταῦτα πάντα ἠκȣ́σαμεν καὶ [d] ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἡμεῖς υἱοὶ δὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, ȣ̓δὲν τȣ́των ἑωράκαμεν [e] ἔτι·

XII. Nos igitur puro corde ſerviamus Deo, & erimus juſti; ſi autem non ſervierimus, non credendo promiſſioni Dei, miſeri erimus. Dicit enim etiam [c] propheticus ſermo: *Miſeri ſunt qui animo duplices, & corde incerti ſunt, dicentes: Iſta quidem omnia audivimus a patribus quoque noſtris; nos vero filii de die in diem expectantes, nihil iſtorum adhuc vidimus.*

a Apocr. b leg. ἀναιτίȣς, codex Alex. habet ἐπὶ. c Apocr. d Ep. I. ἀπὸ. Sed e MS. ὅτι.

O ſtulti : comparate vos ligno, ſumite vitem. Ea quidem primum folia dimittit; deinde germen enaſcitur; poſtea acinus: denique uva perfecta. Sic & populus meus perturbationes & tribulationes habebit; poſtea recipiet bona. Itaque fratres, duplici animo ne ſimus: ſed ſperantes expectemus, ut etiam mercedem reportemus. Fidelis enim eſt, qui promiſit remunerationem dare unicuique ſuorum operum. Si ergo fecerimus juſtitiam coram Deo, introibimus in regnum ejus, & accipiemus repromiſſiones, a *quas auris non audivit, neque oculus vidit, neque in cor hominis aſcenderunt.* Expectemus ergo per horam regnum DEI in charitate & juſtitia, quandoquidem neſcimus diem manifeſtationis DEI. b *In-*

Ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτὰς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαςὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα ςαφυλὴ παρεςηκυῖα· ὕτως καὶ ὁ λαός μυ ἀκαταςασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν, ἔπειτα ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά. Ὥςε, ἀδελφοί μυ, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιςὸς γάρ ἐςιν, ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάςῳ τῶν ἔργων αὐτῦ. Ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τῦ Θεῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ὖς ὐκ ἤκυσεν, ὐδὲ ὀφθαλμὸς ἴδεν, ὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ ἀνέβη. Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ᾽ ὥραν τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ ὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τῦ Θεῦ. Ἐπ-

a 1 Cor. II. 9. b Apocr. Evangel. ſecundum Aegypt.

ερωτη-

ἐρωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτȣ̃ ἡ βασιλεία, εἶπεν. Οταν ἔϛαι τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ȣ̓́τε ἄρσεν ȣ̓́τε θῆλυ. Τὰ δύο δὲ ἕν ἐϛιν, ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή. Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω· τȣ̃το λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ δὲ ἔξω τὸ σῶμα λέγει. Ον τρόπον οὖν σȣ̃ τὸ σῶμα φαίνεται, ȣ̓́τως καὶ ἡ ψυχή σȣ a δῆλος ἔϛω ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις. Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ȣ̓́τε ἄρσεν ȣ̓́τε θῆλυ· τȣ̃το ***********

terrogatus enim ipſe Dominus a quadam, quando veniret ejus regnum? Reſpondit: quando duo erunt unum, & quod extra eſt, ſicut id quod eſt intra: & maſculum cum fœmello exiſtens, neque mas erit, neque fœmina. Duo ſunt unum, quando loquimur invicem veritatem: & in duobus corporibus, ſine hypocriſi eſt una anima: *Quod extra, eſt ſicut id quod intra;* hoc dicit: animam vocat quod eſt intus; quod vero extra eſt, corpus intelligit. Sicut ergo corpus tuum apparet, ſic etiam anima tua manifeſta ſit in operibus bonis. *Maſculum cum fœmello nec mas nec fœmina;* hoc ***

a leg. πρόδηλος exponit Heſych. προφανής. Voce πρόδηλος uſus eſt B. Clemens epiſtola ſecunda, Sect. 11. & 12.

---

* *Reliqua deſunt: hæc tamen poſtrema ſupplentur ex tertio Stromat. Clementis Alex.*

Maſculum cum fœmello nec mas nec fœmina: hoc dicit: Animum (θυμὸν) ejuſque impetum vocat *maſculum:* concupiſcentiam (ἐπιθυμίαν) intelligit *fœmellam.* Cum igitur quis neque animo, neque concupiſcentiæ obſequitur; (quæ quidem utraque, & conſuetudine, & prava educatione invaleſcente, obnubilant atque obſcurant rationem) ſed potius depulſa caligine hinc oborta, pudore ſuffuſus

fusus per pœnitentiam spiritum & animam unierit in obedientia rationis; tunc (ut ait [a] Paulus) nec inest nobis mas nec fœmina.

*Atque exhinc nata occasione disserendi de castitate, reliquum, credo, epistolæ, omnemque pæne sermonem * de virginitatis puritate contexuit: de quo multa superesse non dubito apud Clementem Alex. Patresque alios.*

* Αὐτὸς παρθενίαν διδάσκει, inquit de Clemente Epiphanius, hæresi 30. Quod idem Hieronymus, lib. I. contra Jovinianum, cujus verba hic usurpat doctissimus VVendelinus.

[a] Gal. III. 28.



FRA-



FRAGMENTA EPIST. II.

CLEMENTIS AD CORINTH. EX J. E. GRABII SPICILEG. S.S.

Ex MS. Codice Damasceni Eclogarum Sacrar. cap. περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾷν. *quod respondet Cap. 20. Lib. III. Parallelor. editorum.*

Τ8 ἁγίȣ Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίȣς β'.

Ο Τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν, ὡς ȣ̓́τε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ ξένα καὶ μακρὰν ἐςι τῶν ἀπεχθῶν. Αλλὰ καὶ πλȣ̃τος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον νόσȣ. Καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη ἡ τῶν ἀσπαςῶν καὶ κατ᾽ εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

S. Clementis ex Epistola II. ad Cor.

QUi res præsentis vitæ agnoscit, intelligit, neque ea, quæ multi jucunda reputant, aliena esse aut procul dissita ab iis, quæ odio habentur. Quin etiam divitiæ sæpenumero magis quam paupertas læserunt, & sanitas plus morbo afflixit. In summa gratarum rerum ac optatarum affluentia evadit in causam & materiam omnium tristium atque detestatarum.

Ex Maximi Serm. VIII. Excerptorum de Beneficentia & Gratia.

Κλήμεντος Ρώμης.

Οὐ δίκαιόν ἐςι τȣ̃ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

Clementis Romani.

Haud æquum eſt, eo, qui dedit, derelicto, quæ data ſunt apud ingratos remanere.

Ex MS. collectione Sententiarum ex Patribus aliisque auctoribus, Cod. 143. *Barocc. Cap.* περὶ συνηθείας καὶ ἔθȣς.

Κλήμεντος Ρώμης.


Διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητȣμένη εὑρίσκεται; τὸ δὲ ἔθος, ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτȣ̃ κρατύνεται. Εν αἷς γὰρ ἕκαςος ἐκ παιδόθεν ἐθίζεται, ταύταις ἐμμαίνειν (*lege* ἐμμένειν) ἥδεται. ὃ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιȣ̃σαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τȣ̃το διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακῶν συνήθειαν πράτ]ειν συναναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

Clementis Romani.

Eſt differentia inter veritatem & conſuetudinem: veritas enim rite quæſita invenitur; conſuetudo autem, qualiscunque etiam aſſumatur, ſive recta, ſive vana, ſine diſcrimine ſemetipſam firmat. Quibus enim quisque a pueris adſueſcit, illis amat inhærere. Quod enim quis odit pro ea prudentia, quam ætas invexit, id vero ob longi temporis inolitam malorum conſuetudinem facere cogitur, peccatum gravem nactus contubernalem.

ANNO-

ANNOTATIONES
IN
B. CLEMENTIS
AD CORINTHIOS
EPISTOLAS.



PATRITII JUNII
PRAEFATIO.



I plenius de *Clemente* noſtro & ejus ſcriptis, *Amice Lector*, ſcire deſideras, *Gregorium* Turonenſem de Martyrum gloria, *Simeonem* Metaphraſtem, Pontificum Romanorum βιογράφυς, *Baronium* annalium conditorem, *Sixtum* Senenſem, *Bellarminum* & alios qui eccleſiaſticos ſcriptores & eorum ſcripta nobis tradiderunt, per otium potes conſulere. Nos nube hac tam illuſtrium teſtium, quos [a] in anteceſſum præmiſimus, contenti, oculis tuis & patientia diutius abuti deſinimus, & de fide & auctoritate hujus operis γνησίυ καὶ ἀναμφιβόλυ plura de noſtro adjicere ſuperſedemus, ne ſoli lucem fœnerari, & faculam obſcuram meridie accendere velle videamur. Antequam autem ad lectionem divini hujus & plane apoſtolici ſcripti te accingas, patere, quæſo, ut de antiquitate exemplaris, quo nos uſi ſumus, & de verſione noſtra, plana & rudi paucis te moneamus. *Cyrillus*, qui hodie Conſtantinopoli Patriarchatum obtinet, vir pietate & eruditione inſignis, ex Aegypto, cum ſedem Alexandrinam relinqueret, magnam librorum ſupellecti-

a Vid. veterum de *Clemente* teſtimonia.

lem

lem ſecum advexit, inter quos codicem omnium vetuſtiſſimum & longe pretioſiſſimum (in quo veteris & novi fœderis libri literis grandioribus, manu *Theclæ* nobilis fœminæ Aegyptiæ, circa primi concilii Niceni tempora, belliſſime exarati ſunt) per Ornatiſſimum & Clariſſimum Virum Dominum *Thomam Roë* Equitem auratum, & apud Turcarum Impp. *Sereniſſimi Regis* noſtri oratorem, cum ex Oriente rediret, dono ad *Sereniſſimum Regem* noſtrum tranſmiſit. Ad calcem venerandi hujus codicis & *κειμηλίȣ τιμαλφεςάτȣ* in membranis laceris, adjecta erat *Clementis ad Corinthios epiſtola* eadem manu ſcripta, quam nunc bono publico & tuo uſui in lucem damus, legis Pythagoricæ non immemores, (quæ, ut Syneſius in Dione auctor eſt, *ȣ̓κ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βȣ́λεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης*) nihil dementes, nihil de noſtro addentes, non ſyllabam, non literam, non apicem, aut jota unum, fideliſſime quantum potuit fieri, expreſſimus, voces autem deperditas & literas vetuſtate exeſas ſpatiis & interſtitiis accuratiſſime dimenſis, pro ingenioli noſtri tenuitate ſupplevimus & [a] minio rubro (novo hoc & inuſitato imprimendi genere) notavimus; quod a nobis conſulto factum eſt, ne rejicientes te ſæpius ad notas, moleſtiam tibi inutilem crearemus, vel oram libri ſupplementis & emendationibus crebris nimium fœdaremus, denique ne induſtriis felicioribus & ingeniis *ςοχαςικωτέροις* conjecturam liberam & judicium liberius præripere-


a In noſtra, ut & aliis editt. uncis incluſa ſunt.

mus

mus. In reliquo etiam opere, errata quamplurima expunximus, & ut omnia quam emendatiſſima prodirent, pro facultate noſtra & modulo adniſi ſumus. Verum hoc ſic accipi volumus, non tanquam aſſecutos nos credamus, ſed tanquam aſſequi laboraverimus, & fortaſſe non fruſtra, ſi modo tu candidum te æſtimatorem laborum noſtrorum & diligentiæ qualiscunque benignum interpretem præbueris. Stylus auctoris & ſcribendi genus primævam ſimplicitatem ſapit, & tenera adhuc naſcentis eccleſiæ incunabula, quibus veteres Patres & eccleſiæ primi nutritii, nihil excelſum aut elatum, nec ad audientiæ popularis illecebras culto ſermone fucatum, in medium proferebant; Sed ad divinam indulgentiam prædicandam & gratiam ac Salutem auditori procurandam (ut *Cyprianus* ad *Donatum*) verbis non diſertis ſed fortibus, & rudi veritate ſimplicibus, utebantur. Quare ſi in verſione noſtra, eloquii venuſtatem aut rhetorici ſermonis nitorem exſpectas, fruſtra fueris; fides, non ornatus, aut verborum elegantia nobis præ oculis in hoc negotio erat. Quod reliquum eſt, conatibus noſtris fave, & pleniorem opem huic noſtro tribue, aliosque veteres, qui memoriam ſuam tibi commendant, ab oblivionis injuria aſſere, quorum immortalitati dum conſulis, pariter & tuæ proſpicies. Vale, & æternitatem cogita.

Oxonii pridie Calend. Nov.
An. Chr. 1632.

EIVSDEM



EIVSDEM ΠΡΟΣΗΜΕΙΩΣΙΣ.



Veteres primitivæ ecclesiæ episcopi, non tantum gregibus sibi commissis, ut monet Paulus, sedulo attendebant, quos verbo & sermone, sanctaque & inculpata conversatione instruebant; verum etiam ut dilectionem Spiritus, charitatem individuam, unam fidem, unam ecclesiam, & episcopatum unum ostenderent, curam suam & sollicitudinem ad longe dissitos extendebant, & quos viva voce propter locorum distantiam in verbo Domini, & vera pietate, erudire non poterant, per epistolas monere, consulere, objurgare interdum, & universam fraternitatem, (ut Cyprianus de epistolis suis ad clerum Romanum scriptis loquitur) ad deprecandam Dei misericordiam alloqui & hortari non desinebant: duplicique hac ratione Christi evangelium prædicabant. Quod [a] *Clementi Alexandrino est* ἐγγράφως καὶ ἀγράφως τὸν λόγον κηρύττειν, *voce, scilicet, & scriptos ubi probat* ἐπιστήμην τὴν διὰ τῆς χειρὸς, *quam vocat* ἀγγελικὴν, *non minus commodi & utilitatis ecclesiæ Dei adferre, quam illam alteram, quæ* διὰ τῆς γλώττης *est, &* κηρυκικὴ *appellatur. Hinc est, quod inter Cypriani, & aliorum Patrum scripta, frequentes epistolæ ad clerum & plebem diversarum ecclesiarum, reperiantur, hujusque generis sunt quæ encyclicæ nominantur, qualis & hæc, quæ in manibus est, non immerito censenda est, cum publice in omnibus ecclesiis primitus legeretur, licet ad unam scripta, ac hoc nomine ab Epiphanio etiam insigniatur. Magnam autem olim inter ecclesiam Romanam & Corinthiacam necessitudinem, & animorum conjunctionem, fuisse, præter hanc responsoriam Clementis, testantur etiam epistolæ Dionysii Corinthiorum episcopi, quarum mentionem facit Eusebius historiæ suæ lib. IV. cap. 22. quippe quæ eosdem Apostolos Petrum & Paulum, primos fundatores haberent, & in eadem fide conspirantes, doctrinæ consanguinitate (ut verbis Tertulliani utar) pacis communicatione, fraternitatis appellatione, & hospitalitatis contesseratione, tanquam*

a Clem. Alex. L. I. Strom.

firmissimo

firmissimo glutino, inter se invicem copularentur. Ecclesia autem Romana, non suum nomen, fronti præfixit; ut modestiæ & humilitatis posteris ætatibus exemplar imitandum proponeret: & Corinthios, quos ad fraternam concordiam & humilitatem tota hac epistola hortatur, non tantum scripto, sed exemplo etiam suo, veram & non fucatam ταπεινοφροσύνην *doceret, quæ Basilio teste* τῶν ἄλλων ἀρετῶν θησαυροφυλάκιον *est. Quo anno autem episcopatus sui missa sit hæc epistola, & an Romæ esset Clemens, cum hanc scriberet, apud antiquos nullum vestigium: probabile est, non prius scriptam fuisse, quam in exilium relegaretur, quod factum est biennio, antequam martyrio vitam finiret; quod ex ipsius verbis non obscure colligi potest, ubi de Pauli laboribus, de mortis genere, & martyrii loco disserens, ait, eum in finibus occidentis passum esse. Verisimile est, si in urbe tum fuisset,* ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, *vel aliquid ejusmodi voluisse illum scribere. Adde quod statim in initio, cum tarditatem suam in rescribendo excusat, calamitatum suarum &* περιπτώσεων *mentionem faciat:* ἀλλ' ἐπέχω καὶ οὐδὲν ὁρίζω, *& ex via hac* ἀβάτῳ, *quam nemo ante calcavit, pedem refero. Post salutationem, quæ verbis Paulinis concipitur, Corinthios propter constantis fidei sinceritatem, propter morum probitatem, & insignem in omnibus* εὐκοσμίαν καὶ εὐταξίαν, *vehementer laudat, & in hoc etiam Pauli discipulum se probat, qui epistolas suas a laudibus ordiri amat. Sic enim ad Romanos,* ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, *sic ad Corinthios,* ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. *Sed non est propositum nostrum accuratam analysin, aut longiores commentarios scribere: neque operæ typographicæ, quæ connatas has & congenitas stricturas, præcipiti festinatione extrudunt, immaturum fœtum teneriore cura lambere, & paterni affectus* γνωρίσματα *simul exponere patiuntur. Quare præter illa, quæ magis obvia erant, & supra a nobis suis locis in margine emendata sunt, quædam inpræsentiarum, quæ medicam manum desiderant, vel notatu digniora videbuntur, observabimus, reliqua cum Græcia aut Aegyptus exemplar emaculatius & perfectius nobis subministrarint, vel in Hieronymi versionem latinam incidere contigerit, quam in bibliothecis alicubi latere spem nobis facit, catalogus codicum Fratrum Lobiensium, quem domi habemus, scriptum ante* 400 *annos ad calcem operum Fulgentii; atque utinam id aliquando eveniat, & spes nostræ non inanes deprehendantur.*

P. 1.  Ἐκκλησία] Rectiſſime ſtatuit eruditiſſimus *Junius*, veteres primitivæ eccleſiæ ſcriptores cet. *quæ vide initio προσημειώσεως.* At non ſolum ſingulares perſonæ & eccleſiarum præfecti, ſed tota eccleſiarum univerſitas hoc ipſum præſtabat. Sic Smyrnenſis eccleſia ad illam, quæ in Ponto erat, literas ſuas dedit, quarum maximam partem legere eſt apud *Euſebium* Hiſt. Lib. IV. c. 14. & eas totas, ſi non per interpolationes plusquam totas, ex editione Reverendiſſ. *Uſſerii* Armachani. Sic etiam eccleſiæ Viennæ & Lugduni Galliarum epiſtola, apud eumdem *Euſebium* occurrit. Adeo non ſingularis exempli res eſt præſentis epiſtolæ formula, eccleſiæ Romanæ nomine perſcriptæ. Quin & obſervandum, inſtituti hujus cauſſas non adeo a fraterna illa charitate & animarum zelo, quibus olim Chriſtianorum mentes incaluerunt, quam ex regiminis eccleſiaſtici & individuæ unitatis, quæ fideles univerſos conjunxerat, vi & neceſſitate eſſe repetendas. Quisquis enim eccleſiæ cujusvis membrum audiebat, aliis quibuscumque protinus adnectebatur; & qui ab aliqua meruerat ejici, ab univerſis utique extorris habebatur. Unde, referente *Tertulliano*, de Præſc. adverſus Hæres. *Tot ac tantæ eccleſiæ una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes; ſic omnes primæ & omnes Apoſtolicæ, dum unam probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem ſacramenti una traditio.* Cujus viri, prærupta licet, valida ſenſa verbis, ut ſolet, magis romanis effert *Cyprianus* Lib. de Unitate eccleſiæ: *Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur;* & *Optatus* Milevitanus, Lib. 2. *Totus orbis commercio formatarum in una communionis ſocietate concordat.* Hinc S. *Ignatius* ad Smyrnæos, Epheſios, Magneſios, Philadelphicos, Tralleſios & Romanos epiſtolas ſcripſit; *Polycarpus* ad Philippenſes; *Dionyſius* ad Lacedæmonios, Athenienſes, Nicomedienſes, Cretenſes, Ponticos & Romanos; *Cyprianus* ad clerum Romanum, clerum & plebem Hiſpaniarum, ad Numidas, Thybaritanos, Furnitanos & Aſſuritanos; ut non ad ſequioris ſeculi ſcriptores deſcendam. Hinc etiam epiſtolæ Synodicæ, fidei, quam quisque epiſcopus profitebatur, indices ortum duxere. Quæ quidem mittebantur, non obſequii cauſa, ad ſedem Romanam, ſed ad omnes undique ex æquo eccleſias; cui muneri minime eximebatur ipſe Pontifex Romanus, teſtante

Gelaſio

Gelaſio primo, qui ait: *mos eſt Romanæ Eccleſiæ Sacerdote noviter conſtituto, formam fidei ſuæ ad ſanctas eccleſias prorogare.* Unde epiſt. 1. & 2. habetur fidei ejus confeſſio univerſis Dardaniæ epiſcopis, & aliis. Quod ipſum cum ab eo poſcebat *Euphemius* Conſtantinop. reſpondet *Gelaſius: fuit quondam eccleſiaſtica hæc regula, apud Patres noſtros, quibus una Catholica Apoſtolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione conſtabat.* Epiſt. 9. idem *Gregorium* Magnum præſtitiſſe affirmat Joannes *Diaconus* in ejus vita, quam epiſtolam videre eſt in operibus quæ extant, ep. 24. Immo vero nec vel ipſi hæreſiarchæ huic officio defuere, ſed licet ab eccleſia ſe ultro dividerent, eidem tamen adhærere, ambitione ſatis præpoſtera uſque affectabant. Ex *Socrate*, *Theodorito* & aliis diſcimus, quanto ſtudio Arianarum partium anteſignani, ſcriptis undique epiſtolis, ſynodisque congregatis, eccleſiis ſeſe commendabant. Quin *Montanus* id ſatagebat & tantum non obtinuit, ut a *Zephyrino* Pont. Romano, ipſe una cum prophetiis ſuis admitteretur, ſi *Tertulliano*, Lib. cont. Prax. in ſua cauſa fides eſt. Ita & *Marcion*, teſte *Epiphanio*, a patre ſuo Sinopenſi epiſcopo ejectus, eidem eccleſiæ Romanæ ſeipſum adjungere diligenter attentabat. Quibus rite præſtructis, facilis ad ſequentem epiſtolam patebit aditus. Nimirum, quando teterrima ſeditio, illa longe improbior, quæ D. *Pauli* temporibus gliſcebat, Corinthiorum eccleſiam divexabat, exſpectandum erat, ut deinceps pro eccleſiæ lege & more, tum ſeditioſi, tum etiam epiſcopi, per vim & nefas ejecti, nec non ipſa demum eccleſia male mulctata, querelas & ἐπιζητήσεις ſuas, quarum mentio ſtatim ſequitur, interponerent, reſponſumque omnes & ſinguli ferrent, non ab epiſcopo tantum, ſed, quod hic factum videmus, ab ipſa etiam eccleſiæ univerſitate. De charactere epiſtolæ iſtius, non opus eſt multa dicantur; ſiquidem licet a Decretalium, quas Papæ ſequentes imperioſo ſtylo dictarunt, prorſus ſit aliena, ἱκανοτάτη γραφὴ a S. *Irenæo*, ab *Euſebio* μεγάλη καὶ θαυμασία, ab *Hieronymo valde utilis*, & Epiſt. ad Hebræos conſimilis, & demum a tota Eccleſia publice legi, & tantum non Catholica haberi meruit. J. FELLUS.

P. 1. Παροικοῦσα Κόρινθον] Forte κατοικοῦσα, ad vitandam ταυτολεξίαν, cum idem ſit κατοικεῖν quod παροικεῖν, ut videre eſt ſtatim in initio libri Ruth, & alibi apud 70. Seniores. Utraque autem vox παρεπιδημεῖν ſignificat, & ſæpius pro eodem uſurpatur, ac in eadem enunciatione ad majorem eviden-

 tiam,

tiam, & ἐνέργειαν adhibetur, ut apud Psalmistam, Πάροικος ἐγώ εἰμι παρά σοι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. & 1 Pet. II. 11. ἀγαπητοὶ παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους κτλ. Sic vetus etiam inscriptio ex insula Delo nuper allata, in ara ab Atheniensibus, Romanis, & aliis peregrinis, qui in insula inquilini erant, Apollini consecrata, quam inter marmora regia in hortis Jacobæis videre licet. Quem locum, si vicinam Pinacothecam Bibliothecæ celeberrimæ conjunctam, si numismata antiqua, græca & romana, si statuas & signa ex ære & marmore, consideres; non immerito thesaurum antiquitatis, & ταμιεῖον instructissimum nominare potes. Inscriptionem ipsam in gratiam eorum, qui ejusmodi studiis delectantur, non abs re forte erit attexere, in qua literas vetustate abrasas, nos supplevimus, & *a* minio rubro a reliquis distinximus.

[Θ]ΕΟΦΡΑΣΤΟΝΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΑΧΑΡΝΕ[Α]
[Ε]ΠΙΜΕΛΗΤΗΝΔΗΛΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΑΘΗΝΑΙΩ[Ν]
[Κ]ΑΙΡΩΜΑΙΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΞΕΝΩΝ
[Κ]ΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΚΑΙΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝ
ΤΕΣΕΝΔΗΛ[Ω]
[ΑΡ]ΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΚΑΙ
ΤΗΣΠΡΟΣΤ[ΟΥΣ]
[ΘΕ]ΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΣΑΝΕΘΗΚΑΝΑΠΟΛΛΩ[ΝΙ]

Nascentis autem ecclesiæ statum, quæ sub imperatoribus ethnicis, & ut plurimum persecutoribus, nullibi stabilem & permanentem locum possideret, sed (sicut olim Patriarchæ in tentoriis, & populus Israëliticus in eremo sub pellibus) patriam cælestem anhelans, vitam in terris vagam ac dubiam, tanquam hospes & peregrina transigeret, voces hæ appositissimæ, παροικεῖν & κατοικεῖν, graphice depingunt, & nobis ob oculos ponunt. Longum esset per singulos Patres ire, & loca ex illis cumulare, quibus humanæ vitæ, quam παροικίαν vocant, τὸ ὀλιγοχρόνιον, & ecclesiæ instabilem sortem promiscue his vocibus denotant; sufficiat unus *Justinus*, qui de Christianis sui temporis, epistola ad *Diognetum* plane aurea, sic loquitur: πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρὶς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη κ. τ. λ. IVN.

Ibid. Negari minime debet παροικεῖν idem sæpissime esse ac παρεπιδημεῖν & proinde versionem doctiss. *Junii* recte esse institutam; præsertim cum is nascentis ecclesiæ status, ut

a eas hic uncis inclusas vides.

sub

ſub impp. ethnicis & ut plurimum perſecutoribus nullibi ſtabilem & permanentem poſſideret locum, ſed patriam cæleſtem anhelans, vitam in terris vagam & dubiam, tanquam hoſpes & peregrina transigeret. Πατρίδας ἔχουσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη, ut ait *Juſtinus* ad *Diognetum*. Interea tamen advertere licebit παροίκους non modo inquilinos & hoſpites, ſed in vicinia habitantes cives & indigenas a probatiſſimis auctoribus paſſim dici; & non tantum continentia ædificia, ſed pomœrium & univerſam quaqua patet ſuburbicariam regionem, &, ut *Theophili* Anteceſſoris verbis utar, πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν πόλιν ἀγροὺς urbibus accenſeri; quodque ad rem præſentem inprimis ſpectat, in manifeſto eſt minores eccleſias familiam atque nomen a matricibus ducere. Unde epiſtola D. *Pauli*, quæ ad Corinthios inſcribitur, omnibus totius Achaiæ eccleſiis, teſte ipſo Apoſtolo, mittebatur; nimirum, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ 2 Cor. I. 1. inſuper collecta Hieroſolyma mittenda 1 Cor. XVI. 1. & 2 Cor. VIII. 10. ad totam Achaiam pertinuit, quod conſtare poterit ex Rom. XV. 26. 2 Cor. IX. 2. Qui demum Corinthios irrigaſſe 1 Cor. III. 6. totam Achaiam perluſtraſſe fertur Act. XVIII. 27. Pari ratione cum Smyrnenſis eccleſia, apud *Euſebium* Lib. IV. c. 14. epiſtolam ſuam inſcribit ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις & ibidem *Dionyſius* τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας, *Philippus* τῆς Γορτυναίων παροικίας, epiſcopi perhibentur, ut ubique regiones omnes iſtis matricibus eccleſiis & eidem epiſcopali curæ ſubjectæ intelligendæ veniant. Priſcis ſiquidem temporibus idem fere erat *parœcia* quod nunc *diœceſis* diceretur. Sic can. 18. concil. Ancyrani: εἴ τινες Ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις εἰσιέναι, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. Fruſtra itaque ſunt ii, qui ex plurium presbyterorum hac in epiſtola ad Chriſtianos Κόρινθον παροικοῦντας mentione rem hierarchicam concidiſſe autumant & presbyteranæ ἰσοτιμίας imaginem & typum exhiberi gloriantur. FELLUS.

P. 2. Ἐφ' ὑμῶν ἰδίους.] Alludit fortaſſe ad locum Pauli, 1. Theſſ. III. 12. Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Legendum autem arbitror, ἐφ' ὑμᾶς ἰδίως. JVNIVS.

Διὰ γενομένας συμφορὰς] Ex hiſce verbis colligit *Junius*, *veriſimile eſſe hanc epiſtolam fuiſſe conſcriptam a Clemente* in exilio conſtituto; ſed puto bonæ fidei rem non

eſſe, ſi quis alieno nomine litteras mitteret, quo tempore conſtaret eum peregre verſari, nec convenire eos poſſe, quorum verbis ſe ſcribere profitetur. Præterea ſolennis illa legatio, quæ in calce epiſtolæ recenſetur, argumento erit, hæc ab inſula aut metallo minime fuiſſe transmiſſa. Et quidem ſi Anonymo auctori, qui de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte *Petri* & *Pauli* ſcripſit & in Bibliotheca Arundeliana habetur, fides ſit habenda, ſaltem in illa perſecutione quæ B. *Petrum* martyrio donavit, præteriebatur *Clemens* noſter & natalium privilegio inviolatus permanſit. ait enim ille: *οἱ ϛρατιῶται παραχρῆμα πάντας συλλαϐόμενοι* (Chriſtianos) *ἐπὶ τὸν καταδίκων ἄγυσι τόπον, καὶ τῦ μὲν Κλήμεντος ὡς συγγενῦς Καίσαρος φείδονται· Ηρωδίονα δὲ καὶ Ολυμπᾶν σὺν ἅμα πλήθει τῇ τῦ ξίφυς ὑπάγυσι τομῇ. Πέτρον δὲ τὸν μέγαν τῦ Κυρίυ Απόϛολον ἀντιϛρόφως τῷ ϛαυρῷ προσπηγνύυσιν.* ubi obiter notare eſt pleroſque, qui *Clementis* vitam ſcripſere, ſuccedentium Pontificum majeſtatem ob oculos habentes eum imperatoria familia ortum ſomniaſſe, & quæ de *Fabio Clemente* Conſule, atque *Flaviæ Domitillæ* viro, retulerat Dio Lib. 67. ad noſtri decora congeſſiſſe. FELLUS.

P.2. *διὰ γενομένας συμφορὰς*] Cum vix comodum ſenſum admittant hæc verba, omnino recipienda videtur lectio, quam ex cod. Alexandr. ita formavit *ὁ πάνυ Pearſonus*, in vind. Ignat. p.2. Cap. 3. *Δι' αἰφνιδίυς καὶ ἐπ' ἀλλήλυς γενομένας ἡμῖν συμφορὰς κὴ παρεμπτώσεις*; ut hinc poſt ſalutationem & votum a *διὰ* incipiat epiſtola. Calamitates autem & *συμφοραὶ* iſtæ ad *Neronis*, non, ut multis viris doctis viſum, ad *Domitiani* pertinent perſecutionem, ut perſpicue oſtendit Cl. *Dodwellus* in Diſſert. 2. adjecta operibus Poſth. *Pearſoni* p. 219. ſq. unde patet, epiſtolam hanc jam *Neronis* temporibus, martyrio ſublatis B. Apoſtolis *Petro Pauloque*, ſcriptam fuiſſe: hos enim *Clemens* infra c. 5. ceu non ita pridem martyrii corona honeſtatos, in exemplum Corinthiis proponit: *ἔλθωμεν ἐπὶ τὺς ἔγγιϛα γενομένυς ἀθλητὰς, λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα κ. τ. λ.* hinc etiam cultus Judaici in templo Hieroſolymitano adhuc obſervati mentio cap. 41. melius etiam intelligitur, quomodo ad finem epiſtolæ *Fortunatus* inter nuncios ad Corinthios miſſos referri potuerit, qui jam tempore *Pauli* una cum *Stephana* & *Achaico* a Corinthiis ad *Paulum* ablegatus fuerat 1 Cor. XVI. 17. 18. quis enim facile ſibi perſuadeat, eumdem virum poſt tantum temporis intervallum, quantum inter exarationem primæ epiſtolæ *Pauli* ad Corinthios, & finem ſeculi aut initium

tium sequentis interjectum est, potuisse aut voluisse denuo in ista ætate tam longum iter suscipere? J. L. F.

P. 2. [Δυσο]ίζομεν,] Ad supplendam hanc lacunam, vocem νομίζομεν, nec incommodo sensu primum substituimus, sed cum diligentius postea & oculis accuratioribus exemplar intueremur, & vestigium minutissimum τῦ ο ante ι cerneremus, δυσοίζομεν, licet rarius occurrat, reponere non dubitavimus. δυσοίζειν autem Hesychio est, φοβεῖσθαι καὶ ὑποπτεύειν. IVN. Ibid. Guietius opinatur ab οἴω, οἴομαι, οἴζω οἴζομαι deduci. FELLUS.

[Νομ]ίζομεν] Hanc vocem primo substituit *Junius*, postea cum non sat commode lacunam explere videretur, vocem δυσοίζομεν, plane inusitatam & confictam. *Clericus* corrigens textum, nec satis lacunæ consulens, mavult legere δοκίσομεν. Quid si [γνωρ]ίζομεν legamus, ut sensus hic sit: tardius equidem animum appulimus ad quæsita vestra; sed hujus moræ caussas γνωρίζομεν *significamus*, fuisse repentinas & crebras calamitates, quæ nobis contigere? quatuor enim istis literis γνωρ accurate lacuna expletur, & vestigium aliquod τῦ ο ante ι, quod sibi visus est videre *Junius*, in ρ etiam deprehendi potest. Immo verti potest, tardius *agnoscimus* nos animum advertisse ad - - ut hanc significationem τῦ γνωρίζω, non quidem Hellenistis usitatam, at Græcis frequentatam primo loco ponit & plurimis exemplis probat *Stephanus* in *Thes. L. G.* vel solus *Herodianus* exempla suggerit. J. L. F.

Επιστροφὴν πεποιηκέναι] Επιστρέφεσθαι & ἐπιστροφὴν ποιεῖν est, curare, animadvertere, & animum adhibere vel adjicere. Præter exempla, quæ *Stephanus* affert, adde si placet e Rhodiaco *Dionis Chrysostomi* locum insignem, non tantum, ut vim vocis & proprietatem discas, sed turpe lucrum caveas; quod animi & rationis oculos occæcat, nec justum ab injusto, aut honestum a turpi discernere patitur. Αλλ' ἔστι αὐτὸ τῦτο ἡ μοχθηρία, τῦ κέρδυς ἕνεκα καὶ χρείας μηδενὸς αἰσχρῦ μηδὲ ἀδίκυ πράγματος ἐπιστρέφεσθαι, μηδὲ φροντίζειν ποῖον τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ μόνον εἰ λυσιτελές. IVN.

Αγαπητοί.] Vox hæc sede sua & loco turbata est & jungenda procul dubio voci * præcedentis paginæ ἀδελφοί, quod a nobis in versione nostra factum est, ut tricæ implicati eloquii suo ordini & juncturæ redderentur, (ut loquitur *Hieronymus* de phrasi Paulina) & verborum fila plano magis & expedito stamine decurrerent. Disponere autem apte & figurare varie non nisi ῥητόρων παισὶ concessum est. *Clemens* noster nullos colores aut lumina oratio-

* edit. IVN.

nis affectat, phrasis ejus simplex rudis & plane ἀῤῥητόρευτος est, sed postea fusius de ejus stylo & scribendi genere. IVN.

P. 3. Σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.] Forte πρὸτρέπετε vel ἐπετρέφετε aut ἐξετρέφετε potius, quod idem est cum ἀνετρέφετε, i. e. a teneris instituebatis & imbuebatis. IDEM.

Οἰκουργεῖν] Pro οἰκουργεῖν legendum monuit οἰκουρεῖν Dominus *Boisius* canonicus Eliensis, vir emendatus & gravis & in hoc literarum genere, quod ipsius eruditissimæ notæ in *Chrysostomum* testantur, longe versatissimus, cujus industria in hoc opere non leviter nos adjutos esse profitemur. Cum enim in apographum nostrum casu incidisset, in quo præter lacunas suppletas, nullæ tum emendationes nostræ, sed exemplar πρωτότυπον fide optima etiam cum omnibus rugis & nævis expressum, quos nos postea emaculandos, & per otium abstergendos proposueramus, temperare sibi non potuit, quin varia observaret: pro quibus ut illi, licet de facie adhuc ignoto, gratias agimus maximas, ita alios latere nolumus, per quos vel minimum profecimus. Verum huic loco αὐτουργεῖν convenientius esse arbitramur, siquidem addit auctor, τὰ κατὰ τὸν οἶκον. In muliere enim ἀνδρεία, qualem Salomon postremo Proverbiorum describit, non tantum requiritur, ut domi se contineat, & raro in publicum prodeat; quam Apostolus ad Titum II. 5. οἰκουρὸν ἀγαθὴν vocat, & *Clemens* Alexandrinus 2. Strom. elegantissime exprimit, ἡ τις φυλαττομένη τὰς πολλὰς τῆς οἰκίας ἐξόδους, ἀποκλείει ὡς οἷόν τε αὐτὴν τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, προυργιαίτερόν τι θεμένη τῆς ἀκαίρου φλυαρίας τὴν οἰκουρίαν: verum etiam ut sedula sit instar apis oportet, nec ἄεργον τὴν χεῖρα ἔχειν, sed τῷ ἀνδρὶ ἐνεργεῖν εἰς ἀγαθὰ πάντα τὸν βίον,, ut est apud regum Sapientissimum ibidem. Unde idem *Clemens* in Pædagogo Lib. 3. ἡ δὲ αὐτουργία ταῖς γυναιξὶ μάλιστα τὸ γνήσιον ἐπιφέρει κάλλος· γυμνάζουσα τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ σφᾶς αὐτὰς δι' αὐτῶν κοσμοῦσα· οὐ τὸν ὑπ' ἄλλων πεπονημένον προσφέρουσα κόσμον ἄκοσμον, καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἑταιρικόν· ἀλλὰ τὸν ἑκάστης σώφρονος γυναικὸς διὰ τῶν χειρῶν αὐτῆς, ὁπότε χρῄζοι μάλιστα, ἀρχόμενον καὶ ἐξυφαινόμενον. & supra ejusdem libri cap. 10. τῆς γυναικείας αὐτουργίας varias species enumerat, ταλασιουργίαν scil. ἱστουργίαν κ. τ. λ. ad quem te remittimus. Ibid.

Ibid.] Non satis Christianæ matrifamilias οἰκουρεῖν *domum curare*, nisi fortis illius matrisfamilias ad instar, quam Salomon *Prov. ult.* describit, manum operi admo-

veat.

veat. Recte *Junius* cum temperantia administrare, rectius fortasse decore, aut cum matronali gravitate administrare diceretur. FELL.

P. 4. Πάντες ἐταπεινοφρονεῖτε.] Ad locum 1 Petri. V. 5. respexisse hic *Clementem* nostrum arbitror: πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. unde infra pag.*39. ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, & passim in hac epistola Corinthios, ut humilitate se ornent, & humilitatem cum concordia induant, hortatur, quæ ceterarum virtutum merito a *Basilio* θησαυροφυλάκιον vocatur, & a *Chrysostomo* μήτηρ, καὶ ῥίζα, καὶ τροφὸς, καὶ ὑπόθεσις, καὶ σύνδεσμος τῶν ἀγαθῶν. IVN.

Μᾶλλον διδόντες] alludit ad locum Act. XX. 35. Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. De quo loco *Josephus* scriptor Christianus (quem ex Codice MS. Cantabrigiensi descriptum habemus) in Υπομνηστικῷ suo, quæstione 121. sic habet: Τίνες εἰσιν αἱ ὑπὸ τῶν Αποστόλων μαρτυρίαι παραγινόμεναι, ὧν τὰς γραφὰς οὐκ ἔχομεν; Ματθαῖος φησὶ ἐπὶ τῇ οἰκήσει τοῦ Ιωσὴφ ἀπὸ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἀνόδου εἰς τὴν Ναζαρὲθ μετὰ τοῦ κυρίου· ἐλθὼν δὲ ᾤκησε τὴν Ναζαρὲθ, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, ὅτι Ναζαραῖος κληθήσεται. Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους φησὶ· διὸ λέγει, ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστὸς. καὶ πάλιν γέγραπται, ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ δεύτερος εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. καὶ τοῖς ἐν Μιλήτῳ πρεσβυτέροις διαλεγόμενός φησι· Μνημονεύετε, ὅτι μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. His adde, si placet, locum *Chrysostomi*, quem nos ex catena græca in Acta & epistolas canonicas eruimus, quæ in Bibliotheca Novi Collegii hujus Academiæ servatur, & longe alia est ab ea, quæ sub *Oecumenii* nomine in lucem prodiit. Καὶ ποῦ εἶπεν; ἴσως ἀγράφως παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι, ἢ ἐξ ὧν ἄν τις συλλογίσαιτο δῆλον· καὶ γὰρ ἔδειξε τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς τοὺς κινδύνους, τὴν συμπάθειαν τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους, τὴν διδασκαλίαν τὴν μετὰ παῤῥησίας, τὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν ἀκτημοσύνην· τοῦτο δὲ καὶ ἀκτημοσύνης μεῖζον· εἰ γὰρ ἐκεῖ πώλησόν σου, φησι, ὑπάρχοντα, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὅταν πρὸς τὸ μηδὲν λαμβάνειν, καὶ ἑτέρους τρέφῃ, τί τούτου ἴσον; εἰς βαθμὸς, ῥίψαι τὰ αὐτοῦ, δεύτερος, ἑαυτῷ ἐπαρκεῖν, τρίτος, καὶ ἑτέροις, τέταρτος, τὸ καὶ κηρύττοντα ἐξουσίαν ἔχοντα λαμβάνειν, μὴ λαμβάνειν· ὥστε πολὺ τῶν ἀκτημόνων οὗτος βελτίων ἦν. Ibid.

Ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι] Forte doctrinam salutis ex sacris scripturis haustam intelligit, ut *Basilius* ad *Meletium* epist. 56. ὠφέλιμα διδάγματα, ἢ ἐφόδια πρός τε τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα. Sic *Cyrillus* Hieros. catech. 5. vult catechumenos suos fidem in cordibus insculptam habere,

* hujus edit. pag. 46.

καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως μνημονεῦσαι, i. e. verba ipsa symboli mente & memoria tenere, καὶ ἐφόδιον ἔχειν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς. Vel potius τὰ βιωτικὰ ad victum & vestitum necessaria τῶν ἐφοδίων nomine intelligenda sunt, ut Paulus 1 Timoth. VI. 8. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, & Hebr. XIII. 5. Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος· ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. IVNIVS.

P. 4. Προσέχοντες τοὺς λόγους.] Totus hic locus corruptus & sic forte restituendus: προσέχοντες τοῖς λόγοις (licet προσέχειν cum quarto casu hoc sensu interdum junctum reperiatur, ut Isaiæ cap. primo bis: προσέχετε νόμον Θεοῦ, & κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχοντες) αὐτοῦ ἐπιμελῶς, οἱ ἐνεστερνισμένοι ἦσαν τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ μαθήματα αὐτῶν, (i. e. documenta vel magisteria, ut *Cypriani* verbo utar) ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Ibid.

κ) τὰ παθήματα αὐτοῦ] Hoc αὐτοῦ non potest ad aliud referri, quam ad præcedens Θεοῦ· ut adeo clare hic divina Christi natura indicetur: eodem modo, quo S. *Ignatius* ad Rom. cap. 6. scripsit: ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου· aut Paulus Act. XX. 28. Deo ἴδιον αἷμα tribuit secundum vulgarem lectionem. conf. hæc vindicantem *Grabium* in annot. ad *Bulli* Def. Fid. Nic. p. 60. J. L. F.

Ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος.] Sic 1 Pet II. 17. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε. Sub lege olim, non tantum qui eisdem parentibus erant prognati, sed qui ejusdem tribus, qui eorumdem sacrorum, & ejusdem verbi participes erant, fratres vocabantur, ut *Barnabas* [*Imo Clemens Alex. ipse*] apud *Clementem* Alex. 2. Strom. ὁ νόμος ἀπαγορεύει ἀδελφῷ δανείζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ὁμόφυλος ᾖ ὁμογνώμων τε καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου κεκοινωνηκώς. Sic in primitiva ecclesia, cum Christiani animo animaque inter se miscerentur, & omnia præter uxores indiscreta haberent, ut loquitur *Tertullianus*, Fratres propter hanc πρὸς ἀλλήλους φιλοστοργίαν καὶ ἀγάπην dicebantur & habebantur, præcipue vere quia unum patrem Deum, (ut idem *Tertullianus* in apologetico) agnoscerent, unum Spiritum sanctitatis haberent, & de ejusdem ignorantiæ utero ad unam veritatis lucem expiravissent. Sic *Chrys.* hom. 25. in epist. ad Heb. exponens v. 11. c. V. primæ ad Cor. Ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων, πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα· τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν Θεὸν, ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφὸς, ὁ δὲ πιστὸς κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν· εἴ τις, φησὶν, ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος· οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος Παῦλος. Hinc apud

apud *Cyprianum*, fratrum & fraternitatis frequentiſſima mentio, & toties in epiſtolarum fine, illud repetitum: *Fraternitatem univerſam meo nomine ſalutate & fraternitatem, quæ vobiſcum eſt, multum a me ſalutate.* O tempora vere aurea, & mores Chriſto ac ſacroſancto ejus nomine dignisſimos! cum unanimitas in eccleſia floreret, & populus omnis Chriſtianus in ſolidam corporis unitatem arctisſimæ concordiæ glutino copularetur. Longe aliter in his noviſſimis diebus, & mundi ſenio (quod deflere facilius eſt, quam corrigere) cum jurgiis & contentionibus in religione, quam vinculum pacis eſſe oporteret, Chriſti tunica inconſutilis & individua, in varias partes ſcinditur, & corpus ejus myſticum disſidio compaginis ſeparatur, (ut loquitur *Cyprianus*) ac divulſis laceratione viſceribus in fruſta diſcerpitur. Fraternitas omnis hodie extincta eſt, unanimitas primæva non tantum diminuta, de quo *Cyprianus* ſuis temporibus queritur, ſed e medio penitus ſublata esſe videtur. *Deus meliora piis.* IVN.

P. 5. Επὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας] Sic Proverb. VII. 3. ἐπίγραψον ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου, hoc eſt, ἐπι τοῦ στήθους: verum ego *Clementem* noſtrum reſpexiſſe potius arbitror ad tabulas lapideas, in quibus digito Dei leges inſculpebantur & ad locum Apoſtoli 2 Corinth. III. 3. οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ᾽ ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. & Jerem. XXXI. 33. quem locum *Paulus* ad Hebræos bis laudat: διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν γράψω αὐτούς. Sic *Cyrillus* Alex. ut eſt in catena in Pſalmos collectore *Niceta*, quam nos MS. habemus ad vers 11. Pſal. ριη: ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου· τουτέστιν ἐν τῷ ταμείῳ τῆς ψυχῆς ἀνεξάλειπτον ἐνεκόλαψα τὴν μνήμην τῶν ἐντολῶν σου, ὅπως ἀεὶ ταύτας ὁρῶν καὶ μνημονεύων μὴ ἁμάρτω σοι. ubi rationem reddit, cur Domini præcepta in intimis cordium noſtrorum penetralibus recondi debeant, & ſimilitudine elegantiſſima a theſauris & pretioſis κειμηλίοις petita, illuſtrat. Sic *Cyrillus* Hieroſ. Catech. 5. de fidei dogmate. ἐν ὀλίγοις τοῖς στίχοις τὸ πᾶν δόγμα τῆς πίστεως περιλαμβάνομεν, ὅπερ καὶ ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς λέξεως μνημονεῦσαι ὑμᾶς βούλομαι, καὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς μετὰ πάσης σπουδῆς ἀπαγγεῖλαι, οὐκ εἰς χάρτας ἀπογραφομένους, ἀλλ᾽ ἐν καρδίᾳ τῇ μνήμῃ στηλογραφῆντας φυλαττομένους ἐν τῷ μελετᾶν. & paullo infra: βλέπετε οὖν, ἀδελφοὶ, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς νῦν παραλαμβάνετε καὶ ἀπογράψασθε αὐτὰς εἰς τὸ πλάτος τῆς καρδίας ὑμῶν. ubi ex comparatione ſuperiorum ἐπὶ τὰς πλάκας reponi debere, ad oram libri noſtri ante aliquot annos obſervavimus, atque ita hoc loco apud *Clementem* legendum eſſe non dubium eſt. Ibid.

Πᾶσα

P. 5. Πᾶσα δόξα] Huc usque laudantur Corinthii & illorum pii, sancti & religiosi mores ipsis ob oculos ponuntur, ut vituperium propter vitia, in quæ degenerarunt acrius illorum animos pungeret. ἱκανὸν μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ ἡ κατηγορία πλῆξαι (ut *Chrysostomus* in 2. versu XI. cap. primæ ad Corinthios) ὅταν δὲ πρὸς παράθεσιν ἑτέρων κατωρθοκότων καὶ ἐγκωμιαζομένων γίνηται, μεῖζον ἔχει κέντρον. Transitio autem paullo abruptior est, & majoris evidentiæ caussa, quædam addi posse videntur, ut, Ἀλλὰ νῦν ἐξ οἵων, vel tale aliquid. Sed *Photius* criticorum pater in μυριοβίβλῳ hoc multis ante nos seculis deprehendit, qui in hac genuina, & altera etiam epistola, quæ falso sub *Clementis* nomine ferebatur νοήματα quædam caussatur ἐῤῥιμμένα πως καὶ ὐ συνεχῆ τὴν ἀκολυθίαν φυλάττοντα: quare nos nihil mutamus, aut addimus, sed ut excusatior fiat *Clemens* noster, præter ea quæ supra in epistola ad lectorem, de Apostolicorum virorum stylo breviter tetigimus, καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ; placet hic quædam de phrasi & charactere illorum temporum subtexere, postea, licet sæpius occasio offeratur, altum silentium promittimus. In ecclesiæ infantia, veterum Patrum docendi & scribendi ratio plana, simplex & brevis fuit, non ad delectationem aurium, sed animarum salutem comparata; quippe qui fidem non in εὑρεσιλογίᾳ, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει τῶν θείων γραφῶν ponerent, ut loquitur *Cyrillus* Hieros. catechesi quarta: & auditores haberent, qui νηπιωδεστέρων καὶ γαλακτώδυς εἰσαγωγῆς indigerent. Hinc *Methodius* apud *Epiphanium:* τὸ μὲν ὐν παλαιὸν βραχὺ παντελῶς τὸ περὶ ἐξήγησιν ἦν, φιλοτιμυμένων μὴ τέρπειν, ἀλλὰ ὠφελεῖν τὺς παρόντας. Sic *Greg.* Nazianz. orat. 21. ἦν ὅτε ἤκμαζε τὰ ἡμέτερα, καὶ καλῶς εἶχεν, ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον, ὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς. Hinc *Hieronymus* de *Didymo: imperitus est sermone, & non scientia, Apostolicum virum ex ipso sermone exprimens, tam sensuum nomine, quam simplicitate verborum*; quod & ipse *Didymus* sub finem tractatus sui de Spiritu Sancto de se ipso fateri non erubescit. Immo & Apostoli ἄγροικοι, ἀμαθεῖς, ἀγράμματοι καὶ ἀσύνετοι habebantur, ut *Chrys.* homil. 3. in epist. priorem ad Corinthios: & in præfatione sua ad Romanos: ὐδὲν ἀμαθέστερον Πέτρυ, ὐδὲν ἰδιωτικώτερον Παύλυ· καὶ τῦτο αὐτὸς ὡμολόγει, καὶ ὐκ ᾐσχύνετο λέγων. Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' ὐ τῇ γνώσει. et in expositione Psalmi 46. ἰδιώτας, ἀσήμυς, ἀπόλιδας, μονοχίτωνας, ἀνυποδέτυς, γυμνὺς & ἰχθύων ἀφωνοτέρυς eosdem vocat. Sic *Gregorius* Nyssenus ad illud Psalmistæ: Ἐκ στόματος νηπίων, ut est in catena nostra in Psalmos: Ἄλλως

καὶ

καὶ τύπος ἦν τῶν ἀποςόλων· καὶ γὰρ ἦτοι ἰδιῶται σφόδρα ὄντες καὶ τῶν ἰχθύων αὐτῶν ἀφωνότεροι τὴν οἰκυμένην ἅπασαν ἐσαγήνευσαν. Sic *Theodoretus* de curandis græcorum affectibus sermone 8. de Apostolorum scriptis. Τὰ γὰρ δὴ τύτων ξυγγράμματα ἁπλᾶ γε ὄντα, καὶ τῆς ἑλληνικῆς γεγυμνωμένα λαμπρότητος καὶ κομψείας, καὶ μὴν δὴ καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγα, πᾶσιν ἀνθρώποις ἐςὶν ἀξιέραςα. Sic *Basilius* ad *Libanium*. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, ὦ θαυμάσιε, Μωσῇ καὶ Ἠλίᾳ καὶ τοῖς ὕτω μακαρίοις ἀνδράσι σύνεσμεν, ἐκ τῆς βαρβάρυ φωνῆς διαλεγομένοις ἡμῖν τὰ ἑαυτῶν, τὰ παρ' ἐκείνων φθεγγόμεθα, νῦν μὲν ἀληθῆ, λέξιν δὲ ἀμαθῆ. Sic *Hieronymus* in 3. cap. Ephes. *Nos quotiescumque solæcismos, aut tale quid annotamus, non Apostolum pulsamus, ut malevoli criminantur, sed magis Apostoli assertores sumus, quod Hebræus ex Hebræis, absque rhetorici nitore sermonis & verborum compositione, & eloquii venustate, nunquam ad fidem Christi totum mundum transducere * voluisset, nisi evangelizasset eum non in sapientia verbi, sed in virtute Dei.* Et ibidem paullo infra: *Iste igitur, qui solæcismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere, sententiamque concludere, audacter sibi vendicat sapientiam.* vide ejusdem epistolam ad *Algasiam*, ubi sensus involutos, eloquium implicatum, & artis grammaticæ imperitiam in *Paulo* notat, & dictum illud, *etsi imperitus sermone, non tamen scientia*, non de humilitate, sed de conscientiæ veritate, ab ipso prolatum esse affirmat. Sed hæc hactenus & fortasse plura, quam par erat. IVN.

P. 5. Πλατυσμός] ut *Cyrillus* in catena nostra in Psalmos interpretatur, est πραγμάτων † εὐθυμία καὶ εὐρυχωρία. Corinthus enim illis temporibus, ut *Chrysost.* in argumento prioris ad Corinth. epistolæ auctor est, urbs magna fuit, καὶ πολυάνθρωπος, πλύτῳ καὶ σοφίας ἕνεκεν θαυμαςὴ, καὶ τῆς ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον· τὰ γὰρ ἀθηναίων καὶ λακεδαιμονίων ἀθλίως διέκειτο λοιπὸν, τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπεσύσης. Ibid.

Τὸ γεγραμμένον] Semel in gratiam juniorum observandum, 1. Clementem ut & reliquos Patres ad exemplum Apostolorum plerumque 70. græcam versionem sequi, ubi etiam parum accurate fontes Hebraicos exprimunt, modo summa rei conveniat; non quod crederent, corruptos esse fontes, sed quod usitatam & receptam versionem sequi mallent, quam infirmioribus illi assuetis scandalum præbere. 2. conjungere nonnunquam plura testimonia, tametsi ex diversis petita locis, quasi eodem perscripta essent lo-

* forte *valuisset.* † ἴσ. εὐθηνία

co,

co, nonnunquam etiam paullulum immutare & ad rem ſuam accommodare. videat, cui hæc ſunt ignota, quæ ad hunc & ſeq. loc. in recentioribus notis obſervavit Cl. *Clericus*. I. L. F.

P. 5. Απεγαλάκλισαν] Reponendum ἀπελάκτιστιν, quamvis notiſſimum ſit, infantes uberibus abſtractos, protervos, importunos, querulosque & prorſus implacabiles eſſe. Hoc autem in loco ſemel obſervetur, *Clementem* in laudandis ſacris ſcripturis Apoſtolos imitatum, qui ſubinde ſenſa magis, quam verba reddebant; nec id quidem diſtincte & ſeorſim, ſed permiſtim & quaſi per ſpicilegium decerptis ſuffragiis: nec adeo ab Hebræis fontibus, quam 70. Intt. profluente minus fortaſſe limpido, ſed magis accommodo omnibusque expoſito hauſiſſe. FELL.

P. 6. Διὰ τῦτο] Vertimus *hanc ob cauſam procul abſunt juſtitia & pax, quod unusquisque* cet. *Junius*: *hinc eſt, quod juſtitia procul exulante & pace, unusquisque* cet. recedimus aliquanto a verſione viri doctiſſimi, ut mens auctoris expreſſius patere poſſit, qui utiliſſimum hoc effatum contra ſeculi politicos reddit; peſſum ire morum curam pacemque civilem contemta prius pietate. Ibid.

Καθῆκον τῷ χρισῷ] Legendum forte Χριστιανῷ· eſt autem καθῆκον idem quod πρέπον ut *Clem.* Alex. Pædag. lib. 1. ubi ex Stoicorum ſchola καθῆκον definit eſſe τὸ κατορθέμενον κατὰ τὴν τῦ λόγυ ὑπακοήν. IVN.

Ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἀνειληφότας] Fortaſſe dicit ἀνειληφότας reſpectu habito ad ſeditionem D. *Pauli* tempore natam; de quo ſub epiſtolæ finem data opera diſſerit, ut ſenſus ſit, illos ad iniquam & impiam æmulationem denuo reverſos. vide 1. Corin. XI. Ratio inſuper habenda particulæ καὶ, quæ immediate ſequitur δι' ὃ καὶ θάνατος. FELLVS.

P. 8. Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ] De *Miriam* ex textu ſacro conſtat eam caſtris excluſam, de *Aarone* non item. Sed ſacræ litteræ, cum de pluribus loquuntur, ea generatim ſolent proferre, quæ parti tantum revera conveniunt. Sic de latronibus dictum *Matth.* XXVII. 44. utrumque Domino maledixiſſe, cum D. *Lucas* unum ſolum ea in noxa fuiſſe diſtincte pronunciet. Sic D *Lucas* & *Johannes* milites illudentes acetum Domino obtuliſſe ajunt: *D. Matthæus* unum ex iis id præſtitiſſe narrat. Ita D. *Paulus* Chriſtum poſt reſurrectionem ejus apparuiſſe refert τοῖς δώδεκα, cum tamen nec *Judas*, qui ſuſpendio vitam finierat, immo nec *Petrus*, nec *Thomas*, nec *Jacobus* tunc temporis interſuerint.

terfuerint. Simili ritu in epiſtola ad Hebræos de pluribus dicitur, quod clauſerunt ora leonum, & ſerra erant diſſecti, quorum tamen unum ad ſolum *Danielem*, alterum ad Eſaiam pertinet. FELLVS.

P. 33. Οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] Sentit *Iunius* orbes hosce esse insulas Britannicas, & quidem rectissime, si Poëtarum ratio sit habenda in re seria. *Seneca* enim appellat *orbem ultra oceanum*, *Manilius*, *novos, quos Pontus subduxerat orbes. Virgilius*, *penitus toto divisos orbe Britannos*, *Claudianus*, *alio quæsitos orbe & nostro deductos mundo.* Sed nec desunt Historici, qui istis succenturientur. *Iosephus* appellat ἑτέραν οἰκȣμένην· *L. Florus* de iis verba faciens ait, *Cæsarem respexisse oceanum, & quasi hic Romanus orbis non sufficeret, alterum cogitasse;* quem sensum iisdem ferme verbis expressit *Velleius* Paterculus. Imo nec aliter sensisse visus est *Urbanus* Papa Rom. qui *Anselmum* Cantuariensem Archiepiscopum *alterius orbis* Papam agnoscebat. At nihilominus cum omnibus retro seculis magna hominum animos tenuit anticipatio istius Americani orbis, qui nunc detegitur; & *Plato*, *Aristoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, *Seneca*, *Tertullianus* non obscure videntur eum adumbrasse: *Origenis* sententiæ potius accedo, qui Lib. 2. περὶ ἀρχῶν hæc verba enarrans, ad trans mare ἀντίχθονας, hoc est regiones Americanas retulit. Fatendum quidem est, eum misere hallucinatum, quando ea, quæ habentur 2 Pet. III. 13. in

hunc

hunc etiam ſenſum pertraheret; ſed ſi aliquando dormitaverit, nemo ipſi iure interdicat, ne denuo expergiſcatur; nec ſolemus comperta dicentibus fidem abrogare, eo quod alibi per errorem eandem luſiſſe deprehenſi ſunt. FELL.

P. 34 Ἀνέμων ςαθμοὶ] Etiam venti, utcunque inconſtantes legi ſubiiciuntur. Annua agnoſcunt flamina, & ſtatis temporibus, quaſi ex condicto redeunt, adeo non penitus *ubi vult ſpirat ventus.* FELL.

Ω ἡ δόξα κ. τ. λ. Non tantum in fine, ſed in initio & medio epiſtolarum ſuarum, Divus *Paulus* δοξολογίαν uſurpat, quem *Clemens* diſcipulus, ut in aliis, ſic in hoc etiam imitatur. Apud *Chryſoſtomum* homil. 55. in *Matthæum*, hymnus εὐχαριςήριος habetur, quo monachi ſui temporis in eremo, a cœna utebantur (quos propter vitæ ſanctimoniam, & cœleſtem in terris converſationem, ἀγγέλους vocat) in quo, cur poſt δοξολογίαν, hymnum rurſus inciperent & continuarent, rationem reddit, his verbis. Μὴ τοίνυν μηδὲ τούτοις ἐγκαλῶμεν τοῖς ἀγγέλοις ὡς ἀτάκτως ποιοῦσιν, ὅτι καταλύσαντες τὸν λόγον εἰς δοξολογίαν, πάλιν ἄρχονται τῶν ὕμνων τῶν ἱερῶν· ἀποςολικοῖς γὰρ ἕπονται νόμοις, ἀπὸ δοξολογίας ἀρχόμενοι, καὶ εἰς τοῦτο τελευτῶντες, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ταύτην προοιμιαζόμενοι πάλιν. Sic *Hieronymus* in præfatione in Pſalmos ad *Sophronium*, probat unum tantum eſſe Pſalmorum volumen, licet quinquies occurrat illud γένοιτο, γένοιτο, i. e. Amen, Amen; unde quidam in quinque libros dividere ſolent & ἄλλην πεντάτευχον faciunt, ut loquitur *Nicetas* in præfatione in catenam ſuam. *Si enim Amen*, inquit, *pro quo Aquila tranſtulit* πεπιςωμένως *in fine tantummodo librorum poneretur, & non interdum aut in exordio, aut in calce ſermonis ſive ſententiæ, nunquam Salvator in Evangelio loqueretur*, Amen, Amen dico vobis: *nec Pauli epiſtolæ in medio illud opere continerent. Moyſes quoque & Ieremias, & cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus ſuis* Amen *frequenter interſerunt.* IVN.

P. 35. Προσκόψωμεν.] Forte προσκρούσωμεν, qua voce *Chryſoſtomus* frequentiſſime utitur, ut homil. 20. in epiſt. ad Epheſ. οὐδὲν φοβερὸν τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἢ μόνον τὸ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ, & homil. 5. in Epiſt. ad Rom. τὸ γὰρ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ τοῦ κολασθῆναι χαλεπώτερον. & in Matth. homil. 31. τὸ γὰρ πάντων χαλεπώτερον παρῆκα νῦν ὅτι τῷ θεῷ προσκρούεις. & alibi paſſim: quibus vero προσκόψωμεν magis arridet, per me retineant licebit, cum ſciam apud *Petrum* ſcriptum eſſe, τῷ λόγῳ προσκόπτειν. Ibid.

P. 35. Ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη.] *Clemens* Alex. legit ἡγιάσθη: quid si ἐξεχύθη, sed nihil muto. IVN.

P. 36. Διὰ τῆς φωνῆς] *Clemens* Alex. legit σιγῆς, & quidem multo rectius: γυναιξὶ γὰρ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, ut author est *Sophocles*; modesto enim silentio in muliere nihil commendatius, præsertim in publicis cœtibus, & sacris conventibus, ut præcipit *Paulus*; unde *Cyrillus* Hieros. in Procatechesi, mulieres vult in templis exorcismorum tempore, legendo, orando & psallendo occupatas esse, sed sine omni murmure & strepitu, ita ut proxime assidentium vicinæ aures, labiorum loquelas non audiant. Eius verba ita se habent. καὶ ὁ σύλλογος πάλιν ὁ παρθενικὸς οὕτω συνειλέχθω, ἢ ψάλλων, ἢ ἀναγινώσκων, ἢ εὐχῇ (MS. Oxoniensis in Bibliotheca Bodleiana optimæ notæ legit ἡσυχῇ, & recte) ὥστε λαλεῖν μὲν τὰ χείλη, μὴ ἀκούειν δὲ τὰ ἀλλότρια ὦτα· γυναικὶ γὰρ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐπιτρέπω· καὶ ἡ ἔγγαμος ὁμοίως * μιμείσθω καὶ προσευχέσθω, καὶ τὰ χείλη κινείσθω, φωνὴ δὲ μὴ ἀκουέσθω κ. τ. λ. Ibid.

P. 38. Μὴ διψυχῶμεν] Duplex iste animus apud scriptores sacros pessime audire solet, ut sit ἀνὴρ δίψυχος *instabilis*, *varius*, *fluxæ*, imo *nullius fidei*, qui cor illud, quod Deo Opt. Max. in solidum debetur, inter ipsum & satanam, pietatem & lucri compendia voluptatumque illecebras partitur & dispescit. Ἰνδάλλεσθαι autem est φαντάζεσθαι spectra & phasmata captare; inde Ierem. L. 39. qui alibi δαιμόνια redduntur, ἰνδάλματα a 70. Intt. dici meruere; quo omnino significatu eadem vox occurrit Sap. XVII. 3. Qui ergo inani φιλαυτίᾳ sibimet ipsis placent, & seipsos, ut sine merito, ita etiam sine rivali depereunt, quosque B. *Iudas* ἐνυπνιαζομένους appellat, ii sunt a quorum labe & morbo S. *Clemens* cavere hortatur atque suadet. FELL.

Μηδὲ ἰνδαλλέσθω] Forte ἰνδοιάσθω literarum levi mutatione, vel potius ἰλιγγιάσθω, quod idem est, & a *Chrysostomo* sæpenumero usurpatur, ut homil. 25. in epist. ad Hebræos, de *Abrahamo* verba faciens, & eius fide, quæ non vacillaverat, licet Dei præcepta promissis plane contraria viderentur. εἶδες μάχην προσταγμάτων καὶ ἐπαγγελίας· ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις προσέταξε, καὶ οὐδὲ οὕτως ἰλιγγίασεν ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἠπατῆσθαι ἔφη. & paulo infra ibidem. ἐναντία ταῖς ὑποσχέσεσι προσετέτακτο ποιεῖν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐθορυβήθη, οὐδ' ἰλιγγίασεν, οὐδὲ ἠπατῆσθαι ἐνόμισεν. & homil. 19. in epist. ad Eph. ubi de providentia divina dubitandum non esse asse-

rit,

* ἴσ. ὑμνείσθω.

rit, licet rerum multarum causæ & rationes nos lateant, quod egregiis similitudinibus, a fabrorum, pictorum, apum, formicarum, aranearum, & hirundinum operibus illustrat. ἀλλ' ἄπελθε εἰς τεκτονεῖον, καὶ ἐκ ἐξετάζεις τὸν λόγον, καίτοιγε ἐδὲν οἶδας τῶν γινομένων ἐκεῖ, καὶ πολλὰ ἄπορα εἶναί σοι δοκεῖ, οἷον ὅταν τορεύῃ τὸ ξύλον, ὅταν μεταχηματίζῃ. μᾶλλον δὲ εἰς εὐπορωτέραν σε τέχνην ἂν ἀγάγω, οἷον τὴν τῶν ζωγράφων· καὶ ἐκεῖ ἰλιγγιάσεις· εἰπὲ γάρ μοι, ἐχὶ ἁπλῶς σοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ ποιεῖ; τί γὰρ αὐτῷ βέλονται αἱ γραμμαὶ, καὶ αἱ περιαγωγαὶ τῶν γραμμῶν; ἀλλ' ἂν ἐπιθῇ τὰ χρώματα, τότε σοι φανεῖται ἡ τέχνη καλὴ, καὶ ὅμως ἐδὲ ἔτως ἀκριβῶς ἐδὲν δυνήσῃ καταμαθεῖν κ. τ. λ. IVN.

P. 38. Μηδὲ ἰνδαλλέσθω] Neque vanas sibi fingat species & phantasmata anima nostra: rara vox ἰνδάλλω vel ἰνδάλλομαι, quæ auctore *Varino*, γίνεται ἐκ τῦ εἴδω, τὸ ὁμοιῶ· τραπέντος τῦ ι εἰς ν, ὡς ἐπὶ τῦ αἰεὶ αἰὲν, καὶ τετραμμένυ τῦ ε εἰς ι, ὡς ἐπὶ ἔχω ἴσχω ϰ̀ τῶν ὁμοίων. hinc ἰνδάλματα sunt φαντάσματα, ὀνείρατα, ἅπερ μὴ παρόντα ὑπονοεῖ τις, ὁμοιώματα, ἀπεικονίσματα: usurpatur non tantum de speciebus in oculos incurrentibus, sed & de iis, quas anima sibi in somno aut alias fingit. Idem dixit *Hesychius*: ἰνδάλλεται, ὁμοιῦται, φαίνεται, δοκεῖ, σοχάζεται, ἰσῦται, σοφίζεται. I. L. F.

P. 39. Ὅτι ταχὺ ἥξει] In Manuscripto unico, præmittitur huic testimonio ex Mal. III. 1. petito aliud ex Habak. II. 3. desumptum. ὅτι ταχὺ ἥξει ϰ̀ ἐ χρονιεῖ· quod tamen ab editionibus vulgo exulat. Deinde sequitur καὶ ἐξαίφνης ἥξει ὁ κύριος κ. τ. λ. Loca hæc vel per meram accommodationem huc trahuntur, vel perperam applicantur, cum perspicuum sit, de alia re verba facere illos Prophetas. Ibid.

P. 38. Ταλαίπωροί εἰσιν] De hoc loco, cum nusquam in scripturis exstet, nihil aliud responderi potest, quam quod supra de verbis *Moysis*: Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας, ex *Chrysostomo* a nobis allatum est. Videtur autem respexisse ad locum *Petri* epist. 2. cap. 3. Καὶ λέγοντες· Πῦ ἐςιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρυσίας αὐτῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα ἔτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. IVN.

P. 39. Ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάςασιν ἡμῖν δηλῦσιν] *Tertullianus* de resurrectione c. 12. locum hunc eleganter exprimit, nec dubium, quin in hoc & sequente capite, quod de Phœnice est, *Clementem* nostrum secutus sit. *Aspice nunc*, inquit, *ad ipsa quoque exempla divinæ potestatis; dies moritur in noctem, & tenebris usquequaque sepelitur; funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta, ubique iustitium est, quies rerum.*

 Ita

Ita lux amiſſa lugetur, & tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra & tota univerſo orbi reviviſcit, interficiens mortem ſuam noctem, reſcindens ſepulturam ſuam tenebras, hæres ſibimet exiſtens, donec & nox reviviſcat cum ſuo & illa ſuggeſtu, cet. Sic *Epiphanius* in Ancorato. Καὶ ἡ κτίσις πᾶσα διαῤῥήδην αὐτοὺς ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδος· δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν αἰνιττόμεθα τὸν τρόπον κοιμισμὸν αἰνιττομένης· ἀνατέλλει ἡ ἡμέρα ἡμᾶς διϋπνίζουσα, καὶ ἀναστάσεως ὑποδεικνῦσα τὸ σημεῖον. Locus hic corruptus videtur, quem nos ex coniectura ſic emendandum putamus: καὶ νεκρῶν ὑπνωττόμεθα τὸν τρόπον, κοιμήσεως θάνατον αἰνιττομένης κ. τ. λ. IVN.

P. 39 Ξηρὰ καὶ γυμνὰ] Sic *Proclus* apud *Epiphanium* γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς γῆν, καὶ τελεσφορούμενα ἀποδίδοται. Sic Apoſtolus 1 Corinth. XV. 37. οὐ τὸ σῶμα γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον. Ibid.

P. 40. Ὄρνεον γάρ ἐστι ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ] De Phœnice, ave πολυθρυλλήτῳ & reſurrectionis ſymbolo, multi multa, Patres græci & latini, hiſtorici & philoſophi, ſtricta & ſoluta oratione. *Maximus* autem contra *Severi* dogmata ad *Petrum* Illuſtrium, fabulam conatur oſtendere, quæ de ea narrantur, nullumque animal μοναδικὸν eſſe contendit, οὐδέ τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, (ut ille loquitur) μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως· ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ ἀρίδηλος χαρακτὴρ τοῦ εἶναι, καὶ ὅρος ἐστί. Ego, licet incerta ſint quædam, quæ de hoc alite feruntur, & fabuloſis aucta (ut *Tacitus* annalium lib. 6.) cæterum eſſe eiusmodi volucrem, quæ redivivo ſuæ carnis humore reparetur, & de ſuo ſurgat rogo, corporisque ſui hæres, & cineris ſui fœtus ſit, & quod in Ægypto etiam aliquando aſpiciatur, cum illo non ambigo, maloque cum *Clemente* noſtro, viro apoſtolico, *Tertulliano*, *Origene*, *Cyrillo* Hieros., *Euſebio*, *Nazianzeno*, *Epiphanio*, *Syneſio*, *Hieronymo*, *Ambroſio*, *Lactantio*, *Plinio*, *Seneca*, *Mela*, *Solino*, *Philoſtrato*, *Libanio* & aliis errare; quam *Maximum* & eius ſequacium opinionem ſequi, qui τὴν παντοκρατορικὴν τοῦ δημιουργοῦ δύναμιν rationis humanæ imbecillitate metiuntur, & ancillantis naturæ legibus, naturæ dominum circumſcribunt; *Maximo* autem *Origenem* oppono, qui lib. 4. contra *Celſum*, ſecundum naturam hoc fieri poſſe aſſerit, eius verba ita ſe habent. δύναται καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν, ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν κόσμῳ κατασκευῆς, φθάνον καὶ

ἐπὶ τὰ

ἐπὶ τὰ ὄρνεα; καὶ ζῶόν τι μονογενὲς ὑπέστησεν, ἵνα κἂν τοῦτο ποιήσῃ θαυμασθῆναι, οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό. Et plenissimo huic & firmissimo (ut *Tertulliani* verbis utar) resurrectionis specimini, ex *Methodio*, etiam novissimi diei non absimile in natura indicium & documentum addo; pyragnum, scilicet, plantam, quæ ardente Olympo in mediis flammis viret & floret, ac si iuxta aquarum decursus plantaretur, sed præstat ipsum audire, qui miraculi huius αὐτόπτης fuit. * Ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ** ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι· δι' ἥντινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλουμένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφομένου; κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἐπέρριψα, καθ' ὃν ἀνερεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐτεφρώθησαν. Τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο, ἵνα γινώσκωμεν ὅτι πάντων πυρὶ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα διατρίψαντα καὶ δικαιοσύνῃ, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι πυρὶ ἐπιβήσονται. (Legendum forsan divisim πῦρ ἄγνος. Sic certe H. St. & eius gener *Casaubonus*. Quibus favere videtur *Vitruvius* lib. III. c. 3. Sic autem ille: *In Thessalia fons est profluens, ex quo fonte pecus nullum gustat, ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo colore.* Ut enim *Vitruvius* vocem *fons* bis iterat, sic potuit *Methodius* vocem πῦρ repetere. COLOM.) Verum solertibus naturæ mystis, abditas harum rerum caussas curiosius indagandas relinquo, & cum *Cyrillo* Alexandrino, de ceto, qui *Ionam* Dei jussu devoravit, verba faciente, locum hunc concludo. Φαμὲν οὖν ὅτι παράδοξον ἀληθῶς, καὶ λόγου, καὶ συνηθείας ἐπέκεινα νοοῖτ' ἂν εἰκότως τὸ συμβεβηκός. ἀλλ' εἰ θεὸς λέγοιτο κατορθοῦν, τίς ὁ ἀπιστήσων ἔτι; παναλκὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ τὰς τῶν ὄντων φύσεις μεταπλάττων εὐκόλως, πρὸς ὅπερ ἂν ἕλοιτο, καὶ τοῖς ἀῤῥήτοις αὐτοῦ νεύμασι τὸ ἀντεξάγον οὐδέν. τὸ γὰρ φθείρεσθαι πεφυκὸς κρεῖττον ἂν γένοιτο καὶ φθορᾶς αὐτοῦ ἐθέλοντος, καὶ τὸ πεπηγὸς, καὶ ἀκράδαντον, καὶ τοῖς τῆς φθορᾶς δυσάντητον νόμοις, πάθοι ἂν εὐκόλως φθοράν· φύσις γὰρ, οἶμαι, τοῖς οὖσι τὸ τῷ κτίσαντι δοκοῦν. Sed dum hæc scribimus, longe funestissimum nuntium huc allatum est, de cæde incomparabilis herois, & regis bellicosissimi, GVSTAVI vere augusti, phœnicis huius seculi; cuius egregia facinora æternus an-

* Phot. bibl. pag. 923. edit. Schot. ** ἴσ. ἐπὶ πηγῇ.

nalium honor celebrabit: nos ſubitam heu nimis & immaturam orbi chriſtiano eius mortem (ſi vera ſunt, quæ triſti fama percrebreſcunt) ſimilitudine a Phœnice ſumta, & verbis *Libanii*, in necem ſtrenui bellatoris, ſed longe disſimilis Principis, non inepte deflere posſumus; ſi tantam, & tam calamitoſam tanti ducis iacturam, verba ulla ſatis exprimere valent. Ωχετο γεύσας μὲν ἀγαθῶν τὴν οἰκεμένην, κορέσαι δὲ ἐκ ἀρκέσας· ἀλλὰ πεπόνθαμεν οἷον εἰ τῷ φοίνικι τῷ ὄρνιθι πάρεστι, διὰ πάσης μὲν τῆς γῆς ἐκτεῖναι τὴν πτῆσιν, στῆναι δὲ μηδαμȣ̃ μήτε ἀγρῶν, μήτε ἄστεων· ἀμυδρὰ γὰρ ἔτως ἂν γέγονε τοῖς ἀνθρώποις ἡ τȣ̃ ὄρνιθος ὄψις. καὶ νῦν ἣν ἔτος ἀπέδωκεν εὐδαιμονίαν, ὥσπερ ὑπόπτερος διέδραμεν: niſi Deus O. M. eccleſiæ ſuæ miſertus ex eius favillis, novum & redivivum alium Phœnicem laboranti ſuo populo ſuscitaverit; quod ut faciat, votis asſiduis & ardentibus flagitare non ceſſabimus. γένοιτο· γένοιτο. IVN.

P. 40. Ορνεον γάρ ἐστι] *Photius* in Bibliotheca, pro irritabili criticorum indole, vitio vertit auctori noſtro, quod de Phœnice hic verba fecerit. Meminisſe tamen potuit, in ſacris litteris ſaltem ex mente 70. Intt. *Hieronymi*, atque aliorum interpretum animalia recenſeri, non magis a naturalis hiſtoriæ & philoſophiæ peritis agnita, quam asſyria hæc volucris, *quæ proprii corporis hæres & cinerum fœtus redivivo carnis ſuæ humore reparari, & de funebri rogo reſurgere perhibetur*: ibi etenim שעירים, תנים, לילית, אקו, פרס, ליש, איים, τραγέλαφοι, *gryphes*, μυρμηκολέοντες, *ſauni*, *Satyri*, *ſirenes*, *lamiæ*, redduntur. Imo vero disquiſitionem aliquam meretur, an non de phœnice expresſa habeatur mentio in ſacra ſcriptura; nimirum libro Jobi, c. XXIX. 18. ubi dicit: עם קני אגוע וכחול ארבה ימים *exſpirabo in nido meo, & ſicut phœnix multiplicabo dies.* Vetuſtisſimi, apud Hebræos, auctores, lib. *Zohar*, *Thalmud* in Tract. Sanhedrin, *Bereſchith Rabbah*, lib. *Jalkut*, R. *Salomo Jarchi*, in comment ad hunc locum ſane ſunt in ea ſententia. Quin & in *Masſora* ſpecialiter notatur; quod hæc vox חול aliud ſignificet quam vulgo, de qua *Hieronymus* in ep. ad *Præſidium.* Et vero ex nota quadam Masſorethica quæ adſcripta legitur in quibusdam Bibliis MSS. qua præſcribitur bis reperiri, idque in duabus ſignificationibus, ſequitur apud Jobum phœnicem ſignificare, cum Gen. XXII. 17. arenam ſignificet. Porro dicit R. *David Kimchi*, ſe invenisſe vocem חול cum *Schurek*, ut phœnicem ſignificet, in libro correcto Hieroſolymitano. Revera 70. ſeniores ita reddunt has voces,

ἡ ἡλικία

ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, ubi φοῖνιξ homonymum est & *palmam* non minus quam *phœnicem* effert. Sed quandoquidem חול palmam nunquam denotare cognoscitur, cogitandum venit, utrum incredibile prorsus sit τὸ στέλεχος hic in eo significatu apud eos positum, quo *stirps* & *stemma* in omnibus fere dialectis passim usurpantur. Quod si fiat, ipsi 70. Intt. omnino phœnicem agnovere. At vero si mantissæ loco adiiciatur auctores laudatissimos, qua sacros, qua profanos, nimirum, *Herodotum*, *Tacitum*, *Dionem*, *Plutarchum*, *Plinium*, *Senecam*, *Melam*, *Solinum*, *Philostratum*, *Libanium*, *Tertullianum*, *Origenem*, *Cyrillum Hierosol.* *Eusebium*, *Nazianzenum*, *Epiphanium*, *Synesium*, *Hieronymum*, *Ambrosium*, *Lactantium*, *Bedam*, *cet.* ut taceam poëtarum gentem, & sequioris ævi scriptores prætercam, eadem fuisse in sententia; minime mirum videri debet (utcunque *Bochartus* aliter senserit) doctissimum *Iunium* apud se statuisse tantis auspiciis errare, præsertim in re, ubi sine noxa peccatur, quam contrariæ sententiæ fautoribus accedendo vel recte sentire. Certe cum *Corn. Tacitus*, cui adstipulantur reliqui istius seculi historici, diserte dicat, *Paulo Fabio* & *Lucio Vitellio Coss. post longum sæculorum ambitum*, *avem phœnicem in Ægyptum venisse*, & *præbuisse materiam doctissimis indigenarum* & *græcorum*, *multa super eo miraculo disserendi;* minime putandum est, eum merum mendacium, & puram fabulam effutiisse; præsertim quando satis constat, quantum olim malus dæmon miserorum hominum superstitioni & ignorantiæ insultabat, quantumque e re eius erat ea tempestate, cum evangelii splendor terrarum orbem vitalibus radiis salutare inciperet, notabili aliquo commento se ipsum venditare; & quidem, qui se pro *aëris principe* per avium ministeria, & universum scientiæ auguralis apparatum gesserat, quique celeberrima illa Jovis Dodonæi apud Græcos, atque Hammonis apud Aegyptios oracula, solenni avium τερατεία dedicaverat; qua de re inter alios consuli potest *Herodotus* in Euterpe: non absurde fecisse videbitur, si nutantia sua sacra stabilire conaretur, revocato eo ostento Heliopoli, quod animos hominum pridem imbuerat; promtissimamque fidem sibi spondere poterat. Nimirum quod post longa quædam intervalla, avis formæ prorsus insolitæ a colore saltem, si non & veteri nomenclatura phœnix dicenda sese ostentaret; *quæ sublato*, ut verbis *Taciti* utar, *myrrhæ pondere, tentatoque per longum iter*, *ubi par oneri*, *par meatui sit*,

 sarcinam

ſarcinam ſuam ad ſolis aram perſerret, *atque adoleret*; & officio illo plane mirabili, non minus quam munere honorem altaribus adderet. Oſtentum certe illud, quod *Tarquinio* Priſco animum dedit, ut apud Romanos imperium capesſeret, ut alia a *Livio* memorata præteream, multum ex hoc ei trahere videtur, nec non ei facem præferre. Sed ſi hæc minus ſatisfaciant, dici poterit, phœnicis hiſtoriam apud omnes pro conceſſa habitam, & proinde argumento *ad homines* ducto rectisſime inſervire; nihil enim refert, quibus armis hoſtem confodiamus; nec minus feliciter ab admisſo errore redarguetur error, quam a veritate in medium producta veritati fides & auctoramentum accedunt. Nec aliter videtur B. *Paulus*, cum in hoc ipſo negotio, apud hosce arbitros (Corinthios intelligo) verſaretur, allegasſe in cauſſam ſuam morem pariter cum phœnicis hac hiſtoria improbabilem *baptiſmum pro mortuis*, ut exinde reſurrectionem comprobaret. FELL.

P. 40. Ὄρνεον γάρ ἐστιν] Ita ſimpliciter phœnicem ὄρνεον aut ὄρνιθα a Græcis appellari, *Bochartus* monſtravit: qui porro exiſtimat, nomen, quod Thalmudici Tract. Sanhedr. c. II. ☧. 108. huic avi imponunt אורשינה, cuiusque vera ratio interpretes, (qui tamen non ignorarunt, intelligi חול phœnicem, monente R. *Salomone*) fugit, ex græca hac voce esſe derivandam, & pro אורשינה legendum tranſpoſitis literis ש & נ אורנישה ὄρνις. Verum cum vox iſta in Aruch per duplex ו ſcripta legitur אוורשנה, vix huic etymologiæ locus eſt. Et ſatius eſt ex lingua Perſica, unde quamplurimarum vocum Thalmudicarum ratio petenda eſt, eius etymon derivare: apud hos אבראז vel אוורז & אפראז permutatis inter ſe pro ſolenni Perſarum more literis eiusdem ſoni, ו, ב & פ, *aromata* ſignificat, unde אבראזדאן, *pyxis*, *in qua ſervantur aromata*: facere enim credita Phœnix ſibi σηκὸν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων: hinc Phœnici nomen; quemadmodum aliam avem apud Arabas κιννάμωμον Græci vocarunt a cinnamomo, διὰ τὸ ἀρώματα φέρειν καὶ τὰς νεοττίας ἐκ τούτου ποιεῖσθαι, ut loquitur *Antigonus* Caryſtius, idemque docet *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. L. IX. 13. Imo nonnullis veterum avis hæc κιννάμωμος, utut abſurde, pro ipſa phœnice venit: *Avienus* interpretans Dionyſii avem κιννάμωμον, *ales amica Deo magnum congesſit amomum*. quod utraque ex cinnamomo nidum extrueret. I. L. F.

Ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ] Hic eſt πολυθρύλλητος ille locus de ave phœnice, argumento reſurrectionis, quo non

modo

modo hic *Clemens*, sed & seqentium ætatum Patres, *Tertullianus*, *Cyrillus* Hierosol. *Ambrosius*, *Auctor incertus* sub nomine *Epiphanii*, aliique tanquam re explorata, & ἀποδείξει resurrectionis manifesta usi sunt: hinc subortum nonnullis eruditis dubium, annon epistola hæc integra viro Apostolico *Clementi* plane sit abiudicanda, aliis hanc de ave ista pericopen tantum, ceu a falsaria manu intrusam, repudiantibus. Neutri, ut arbitror, recte. Facile equidem largior, ad fabulas relegandam universam historiolam de ave ista μοναδικῆ, utut multis se magnisque Gentilium, Iudæorum & Christianorum tueatur auctoritatibus, ipseque *Iulius C. Scaliger* in *Exerc.* phœnicem haud esse penitus fabulosum ex commentariis navigationum affirmet. Decepti fuere boni isti viri partim ridiculis παρερμηνείαις S. Scripturæ; partim futilibus rumoribus, partim confusione huius historiæ cum aliis, ut rem admitterent, nemini bene exploratam & naturæ rationibus adversam. Nec illud etiam solidum videtur, usum esse *Clementem* argumento duntaxat ad hominem, utcunque de historiola hac aliter sentiret: ita enim in hac & sequenti sectione de ea loquitur, ut pateat, ipsum de veritate eius ne minimum quidem animo fovisse dubium. Verum quid inde? si scriptor esset θεόπνευστος & canonicus, gravis hæc esset obiectio: nunc vero cum sit summæ quidem pietatis & fidei, nec tamen paris cum Apostolis auctoritatis, vulgi erroribus abripi potuisse quid obstat? cum inter ipsos Gentiles Scriptores reperiantur * viri gravissimi, qui sibi hac in re imponi passi fuerint; & paullo ante tempora *Clementis Paullo Fabio*, *Lucio Vitellio Coss. rumor sparsus fuerit, post longum seculorum ambitum avem phœnicem in Aegyptum venisse, præbuisseque materiem doctissimis indigenarum & Græcorum multa super eo miraculo disserendi*, *ut loquitur Tacit. Annal. VI.* 28. nempe miraculum hoc ubivis fere tunc temporis creditum Gentiles ad sacra sua pagana confirmanda adhibuere: *Clemens* aptius ad fidem resurrectioni afferendam accommodavit: si erravit, erravit cum multis & magnis viris; nec unquam se in aliis, nedum in physica ab omni hallucinatione immunem professus est. I. L. F.

P. 40. Πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν] *Boisius* legendum monuit,

* vid. Plin. l. X. c. 3. Tacit. Annal. 6. Dio l. 57. aliique; qui quidem dubitarunt, an, qui tempore Claudii apparuisse dicebatur Phœnix, verus esset: historiam autem de phœnice in genere videntur omnino admisisse.

monuit, πρὸς ἀπόλυσιν καὶ καιρὸν τῦ ἀποθανεῖν· Quod *Epiphanius* ſic exprimit. ἐπὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτῦ τελευτῆς ἐνςάντα, & *Ambroſius*, *quæ cum finem vitæ ſibi adesſe adverterit*, & *Tacitus*, *confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet ſuis in terris ſtruere nidum*, *cet.* IVN.

P. 43. ὡς θέλει, ἐποίησεν πάντα] in MS. extat vox futuri temporis ποιήσει : *quemadmodum*, *&* *quando vult*, *faciet omnia.* quod ſine cauſſa in editionibus mutatum, & melius cum ſeq. κ͵ ὐδὲν μὴ παρέλθῃ convenit. I. L. F.

P. 44. Ἐὰν καταςρώσω εἰς τὰς ἀβύσσυς] Sic Iob. XVII. 12. ἐν δὲ γνόφῳ ἔςρωταί μυ ἡ ςρωμνή. verbum autem καταςρωννύειν hoc loco, proxime accedit ad fontem hebraicum. IVN.

P. 45. ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν] Verba hæc ſunt *Clementis*, non ῥήσεις ſcripturæ; formata tamen ex locis ſcripturæ, ut Num. 18. & ad ſcopum accommodata. τῷ ἀπαρχῇ reſpondet תרומה & τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ſunt קדשי הקדשים, quæ coniunctim leguntur 2 Paral. XXXI. 14. δῦναι τὰς ἀπαρχὰς κ͵ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. ſenſus eſt: Deus ſibi ex reliquis hominibus ſeparavit nos, & fecit ἐκλογῆς μέρος, ut ex area decerpitur ἡ ἀπαρχὴ Deo ſacra, quæ ſit ἅγια ἁγίων. I. L. F.

P. 46. ἔργοις δικαιύμενοι κ͵ ὐ λόγοις] Fruſtra B. Apoſtolis *Paulo* & *Iacobo* pugna in doctrina de iuſtificatione obiicitur; cum videamus eandem ἐναντιοφάνειαν in uno eodemque homine, qui iisdem vixit temporibus. Clare hic *Clemens* iuſtificationem ex operibus urget : & tamen idem mox ſequente ſect. 32. omnem operibus noſtris, ſapientiæ, pietati vim iuſtificandi detrahit, ſolique fidei , per quam πάντας τὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ θεὸς ἐδικαίωσε, eam tribuit: nempe non ad noſtrarum ſcholarum formulas & ſubtilitates orationem tum compoſuere ſancti viri. Planum eſt , cum adimit *Clemens* operibus iuſtificandi vim , opera intelligi propria induſtria , viribus propriis, ad ductum ſapientiæ humanæ abſque gratia Evangelica edita : ὐ δι' ἑαυτῶν δικαιύμεθα , ὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας , ἢ συνέσεως , ἢ εὐσεβείας , ἢ ἔργων , ὧν κ. τ. λ. rurſus, cum operibus iuſtificationem attribuit, intelliguntur opera, ex fide, ex gratia Evangelica edita, per quæ omnis gloriatio & meritum excluduntur, ita ut hæc opera vel in ipſa fide includantur , vel ab ea ſaltem nullo modo ſeparari queant. Idem docet mox ſeq. ſect. exemplo Abrahami. τίνος χάριν εὐλογήθη, *cuius rei gratia Pater noſter Abraham accepit benedictionem*, (in qua & iuſtificatio continetur) ὐχὶ δικαιοσύνην κ͵ ἀλήθειαν

ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; vide *Rev. Bulli* Harm. Apost. Diss. II. cap. 12. §. 27. I. L. F.

P. 46. Ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ] Forte ἐκ Θεοῦ. IVN.

Διδόσθω ὑπ' ἄλλων] Sic Proverb. XXVII. 2. Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. *In proprias enim laudes odiosa est iactatio*, ut *Cyprianus* ad *Donatum* loquitur, & ut *Plinius* epist. 8. Lib. I. eleganter: *quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat, recensente vanescit.* Et *Clemens* noster infra. ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου μαρτυρεῖσθαι. Ibid.

P. 47. Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσεως γινώσκων τὸ μέλλον, ἡδέως ἐγίνετο θυσία] Displicet hoc dictum nonnullis, eo quod de eo ne γρῦ quidem in libris sacris; immo aperte pugnare videatur cum eo, quod Gen. XXII. 7. de Isaaco legimus, ignorante, se victimam futurum. Quidquid tamen dicitur, sententia *Clementis* probabilitate neutiquam destituitur: ignoravit equidem Isaacus, fore se victimam, dum in via essent, nec aperte parens tum integrum animi sui consilium ei patefecerat, reservans hoc in tempus executionis. Utut vero parens adhuc ex præparatione hoc filio potius divinandum reliquit, quam explicuit, cum tamen ad ipsum oblationis locum ventum est, cum manus filio iniecit, vinctumque pedes manusque ipsum aræ imposuit; quis dubitare queat, quin universam tum rei seriem ipsi graviter exposuerit, ipsumque ad voluntatem numinis promte peragendam exhortatus fuerit? saltem iam Isaacus rem amplius ignorare non potuit: & quum ne minimam quidem obiecisse remoram, aut vel suspirium aut querelam emisisse legatur, haud inepte concluditur, promto paratoque animo μετὰ πεποιθήσεως καὶ ἡδέως voluntati Dei se subiecisse, fatumque obiisse. Ita sane rem intellexit *Fl. Josephus*, qui in Antiq. Lib. I. cap. 14. longam & sapientem patri orationem, filio responsionem sese dignam ex re ipsa attribuit, affirmatque Isaacum τοὺς λόγους patris excepisse πρὸς ἡδονὴν (quemadmodum *Clemens* hic ἡδέως) atque ita alacriter ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν σφαγήν. Eodem vel haud absimili modo alii antiqui Hebræi rem cepere: ut in *Tanchuma*, & *Rabbot* ad hanc *Paraſcham* legere est, nisi quod paullo citius hoc Isaaco innotuisse volunt; in Tanchuma res ita concipitur: cum vidisset Isaacus ligna ignemque parata esse, deesse autem victimam, subito metu correptum fuisse, והרגיש *sensisseque rem, quæ futura esset* בדבר במה שעתיד להיות & ideo quæsivisse, ubi est

pecus

pecus ad holocaustum ? respondisse patrem : *quandoquidem rem dixisti* י״י בחר בך indico tibi, *Deum te elegisse:* regessisse filium : *si me ad hoc elegit*, הרי נפשי נתונה לו *ecce anima mea ei tradita sit*, vel, *est* : *sed cædes mea dolorem mihi afferet : hoc non obstante ivisse ambos una* בוראי זה *confidenter unum ut mactaret*, *alterum ut mactaretur.* לשחט וזה להשחט conatur quidem sententiam hanc, quam nescio quare recentioribus tribuit, *Abarbenel* alio torquere : sed ineptit magister ille, dum contendit, Isaacum intentionem patris de se mactando ignorasse, voluisseque Abrahamum duntaxat לעשותו סימן ודוגמת עולה בעקדו אותו *facere ipsum signum & exemplum holocausti in ligando ipsum*, aut, ut postea loquitur פועל דמיוני *actionem imaginariam* i. e. scenam meram fuisse : voluisse Abrahamum fucum facere Isaaco, quasi non serio in animo haberet Isaacum mactare, metuentem scilicet, ne vel Isaacus alias voluntati parentis sese opponeret, vel fuga sibi consuleret : tum demum sensisse Isaacum rem serio agi, cum ligatis manibus pedibusque iam aræ impositus, non amplius malum a se amoliri quiverit. Quis credat, hanc iocosam explicationem huius historiæ præferendam esse sobriæ & gravi expositioni *Clementis* ? Nec quidquam a verisimilitudine remotum continetur in illis *Clementis* verbis γινώσκων τὸ μέλλον : quidni enim Isaacus, qui ignorare non potuit, se esse *filium promissionis* & hæredem gratiæ Gen. XVII. 21. promissionibus Dei bona spe fretus, sese fidenter providentiæ voluntatique numinis committere potuit ? immo quid obstat, quin eodem modo ratiocinari potuerit, quemadmodum parens eius, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δυνατὸς ὁ Θεός. Heb. XI. 19. I. L. F.

P. 47. Τὸ δωδεκασκῆπτρον] Hoc est τὸ δωδεκάφυλον, σκῆπτρον enim pro φυλῆ sumitur, ut 1 Reg. XI. 31. Καὶ δώσω σοι δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα ἔσονται αὐτῷ. Sic etiam *Clemens* noster pagina sequente, τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα. IVN.

Ἐξ αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα) Plane de Christo eodem modo, quo Paulus Rom. 9. loquitur. Illa restrictio τὸ κατὰ σάρκα soli Christo, non sacerdotibus & Levitis, non Regibus & Principibus tributa, indicat, præter hanc naturam, quam a Iacobo traxit, habuisse aliam excellentiorem : hoc enim nisi esset, quid opus fuisset, Christi & Christi solius nomini adiungere τὸ κατὰ σάρκα, cum & reliqui carnem a Patribus traxerint ? sed & in seq. sect. 36. non modo ipsum appellat ad exemplum Pauli ἀπαύγασμα

σμα τῆς μεγαλωσύνης τῦ Θεῦ, sed & ipsum tanquam υἱὸν τῦ Θεῦ longissime anteponit omnibus angelis, qui nonnisi λειτεργοὶ, ministri Dei sint. Nempe ὁ Θεὸς ἡμῶν Ιησῦς ὁ χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεῦ ἐκ σπέρματος μὲν Δαβιδ, πνεύματος δὲ ἁγίυ, ut loquitur *Ignatius* ad Ephes. cap. 18, I. L. F.

P. 51. Τῇ συνειδήσει.] Forte καὶ τῇ συνειδήσει, vel potius συνδέσει· sic etiam supra μετ' ἐλέυς καὶ συνειδήσεως, forte συνδέσεως legendum est. IVN.

Non opus est correctione, ut συνείδησις mutetur in σύνδεσιν, utut phrasis sit asperiuscula. συνείδησις enim, aut τὸ συνειδὸς, nonnunquam pro συνειδήσει ἀγαθῇ, mente sibi bene conscia & officium ex norma faciente sumitur: ita supra dixit *Clemens* sect. 2. σώζεσθαι μετ' ἐλέυς καὶ συνειδήσεως: ita *Chrysostomus*. Hom. 53. in Matt. τὸ συνειδὸς πολλῆς πληροῖ τῆς εὐφροσύνης, καὶ τοσαύτην ἔνδον ἐντίθησι τὴν ἡδονὴν, ὅσην ὐδεὶς παραςῆσαι δυνήσεται λόγος. hoc postea vocat συνειδὸς ἀγαθὸν. ὐδὲν γὰρ ἥδιον συνειδότος ἀγαθῦ. sive autem τῇ συνειδήσει ad actum congregationis, sive ad precationem referamus perinde est, cum ad utrumque proba conscientia requiratur. I. L. F.

P. 52. καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν] Est oppositio inter ea bona, quæ in hac vita ex Dei gratia consequimur, & ea, quæ in altera vita exspectamus: illa, *vita in immortalitate*, *splendor in iustitia*, *veritas in libertate cet.* iam hic animo καὶ διανοίᾳ percipiuntur, futurorum vero τῶν ἑτοιμαζομένων magnitudinem & pulchritudinem solus Deus perfecte cognoscit. Similis ῥῆσις illi dicto *Johann. nunc filii Dei sumus*, *& nondum manifestatum est*, *quid futuri simus: scimus autem*, *quod cet.* 1 Joh. III. 2. Ibid.

P. 53. Ταῦτα οἱ πράσσοντες] Hæc αὐτολεξεὶ fere apud *Paulum* ad Romanos capite primo & versu ultimo. IVN.

P. 54. Τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν] Non est quod reprehendat *Photius in Bibliot. Cod.* 126. locum istum, ac si nimis tenuiter & exiliter de Christi dignitate sentiat *Clemens*, Pontificem Præsidemque nostrum illum duntaxat appellans. ὅτι ἀρχιερέα καὶ προςάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ιησῦν χριςὸν ἐξονομάζων, ὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτῦ φωνάς: quamvis frigide addat. ὐ μὴν ὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν ὐδαμῇ ἐν τύτοις βλασφημεῖ. *non tamen ullibi eum in epistolis aperte blasphemat.* quasi non satis clare variis in locis divinitatem eius indicasset: quasi non hoc ipso in capite, præferendo illum omnibus angelis, augendoque dignitatem nominis *Filii*, ei soli convenientis, abunde dignitati

gnitati eius consuluisset; ne dicam, scopum *Clementis* in hoc loco flagitare, ut Christum hic potius tanquam Mediatorem, quam Deum supremum repræsentet. I. L. F.

P. 55. Ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς] Forte ἀναθεωρεῖ vel ἀναθεωρεῖ, i. e. diligenter & attente contemplatur: vel potius integer locus sic legendus est, διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν, ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, ubi phrasi Paulina ad Rom. I. 21. διάνοιαν nostram ἀσύνετον & ἐσκοτισμένην vocat. IVN.

Ibid.] Quando verba D. *Pauli* perpendo Philip. IV. 10. ἐχάρην ἐν κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ubi certo certius est vocem ἀναθάλλω poni per metaphoram pariter duram & insolentem, nihil facile mutaverim, præsertim cum Psalm. XXVIII. 10. habeatur ἀναθάλλει ἡ ψυχή μου, pro יעלץ לבי, quod *Aquila* vertit ἐγαυριάσατο, & *Symmachus* ἱλαρύνθη, & ipsi 70. Ps. XVI. 9. εὐφράνθη ἡ καρδία μου. Periodum igitur ita reddi posse existimo: *Intellectus noster insipiens & obtenebratus revivilscit, aut exultat in admirabili eius luce.* FELL.

Ὡς ὢν ἀπαύγασμα] Hæc ex epistola ad Hebræos & capite primo eisdem fere verbis deprompta sunt, unde, & ex aliis locis ὁμοιότης τοῦ χαρακτῆρος τῆς φράσεως, καὶ τῶν νοημάτων, ut loquitur *Eusebius*, inter hanc *Clementis*, & epistolam ad Hebræos facile liquet. IVN.

P. 56. Ἡγουμένοις ἡμῶν] Legerem αὐτῶν; plus enim SS. ecclesiæ Patres a bello abhorrebant, quam ut Tribunos militares, duces suos appellare sustinerent. Eo autem fidentius coniecturam interpono, quia vox ἡμῶν per lacunam in exemplari desiderata, ex coniectura, quæ omnibus ex æquo patet, primitus a *Iunio* restituebatur. FELL.

Πῶς εὐεκτικῶς] Quam strenue, alacriter, impigre? mavult quidem *Iunius* ut εὐείκτως legatur; sed minime necesse est quicquam mutare, etenim a *Platone* de Legg. εὐεκτικοὶ ad militiam requiruntur; quinimo integri ætate viribus ubique gentium in milites adscripti, qui בחורים παῖδες, νεανίαι, *pubes* passim dicti: ideoque vigente disciplina, Pancratiastarum more, ad εὐεξίαν, sive ἀκρότητα τῆς ὑγιείας exercebantur, unde B. *Paulus* 2 Timoth. II. 4. mandat. κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης. Ibid.

P. 57. Σώζεσθαι ὅλον] adde ex Manuscripto τὸ σῶμα, ut plenior fiat lectio: quamvis impressi codices eam omittant. Ita etiam mox sect. seq. loquitur. σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα. I. L. F.

P. 58. Ἑτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν] *Cyprianus* ad *Donatum* de gratiæ divinæ efficacia eleganter, *Dei est, inquam, Dei omne quod possumus, inde vivimus, inde pollemus, cet.* ubi ad verba Divi *Pauli* Act. XVII. 28. alludere videtur. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμεν. Iun.

P. 60. Κατὰ καιροὺς τεταγμένους] Turbant sine magna caussa, qui hic quid mutatum volunt, aut ad Christianos hæc immediate referunt. Ex fine huius sectionis, τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ patet, universum hunc sermonem ad Iudæos spectare: primo universe Christianis Iudaicæ λειτουργίας ordinem, postea specialius sect. seq. ob oculos ponit commendatque *Clemens*, intersertis ad Corinthios admonitionibus. Cæterum hic & seq. sect. locus est, ex quo viri docti haud inepte collegere, scriptam esse epistolam hancce, stante adhuc templo Hierosolymitano, peractisque etiamnum in illo sacris functionibus: cum de istis tanquam adhuc durantibus in præsenti loquatur tempore. οὐ πανταχοῦ προσφέρονται θυσίαι - - - - οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον κ. τ. λ. non ignoro, quomodo per figuram quandam grammaticam, adductis quibusdam exemplis, conentur istud eludere viri quidam docti, qui ad *Domitiani* aut *Traiani* imperium ætatem huius epistolæ referre malunt. Verum, nisi fallor, neutiquam sunt similia ab illis allata exempla huic tam simplici & historicæ *Clementis* ῥήσει. I. L. F.

P. 61. Προσφορὰς] Satis constat δῶρα, προσφορὰς, quodque eodem redit, ὀσμὴν εὐωδίας, voces esse in Novo Testam. receptas; an vero per metaphoram & blandiora tropi tormenta usurpentur, aut absolute ex usu communi & recepta ecclesiæ praxi admissæ fuerint, altius repetendum. Et quidem si canones ii, qui Apostolorum nomen præferunt, illos, aut saltem *Clementem* hunc nostrum (quod a quibusdam dici solet) auctorem haberent, nullus superesset dubitationi locus. Canon enim tertius sic ait: εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, κ. τ. λ. Sed quandoquidem de eorum canonum fide dubitatur, observari debet, quod primis temporibus, non solum singulis diebus dominicis, in Christianorum conventu ex D. *Pauli* mandato, pauperum gratia collectam pecuniam fuisse institutam; sed etiam ἀπαρχὰς quædam doni seu oblationis nomine sacræ mensæ fuisse allata.

 Hinc

Hinc sæpius, in hac ipsa epistola τῆς προσφορᾶς mentio, ubi etiam episcopi describuntur hoc charactere & elogio, quod sint προσενεγκόντες τὰ δῶρα. In quem sensum Θεοφόρος *Ignatius*, nequidquam reclamante plagioso SS. Patrum orbilio *Dallæo*, ait ad Smyrnenses, non licere absque episcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν. Nec aliter *Iustinus* Martyr cum elementa ad eucharistiam adhibita, tum ad eulogias absentibus mittendas destinata Apol. II. disertis verbis προσφορὰς appellat. Sed apertissime omnium *Irenæus* Lib. IV. cap. 39. rem totam exequitur, *Dominus*, inquit, *Discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati*, quod sæpius ingerit c. 33. & 34. ut alibi passim. Quibus succinit B. *Cyprianus* de *opere & eleemosyna*, quem fere descripsit *August*. Serm. 13. de temp. Atque hanc ipsam ob caussam, *oblationum* vox tam frequenter apud antiquissimos ecclesiæ Patres occurrit, præsertim ubi de eucharistiæ mysteriis agitur, ut & *Missali Romano*, imo vero & in ecclesiæ nostræ Anglicanæ solenni officio etiamnum retineatur. Nimirum ut sacratissima eucharistiæ mysteria τὰ εἰρηνικὰ sive pacifica omnino videri possent, par erat, ut qui sacris operaretur *munera* sua Deo *offerret*, cumque eadem participaret, sacræ admotus mensæ numinis conviva fieret, possetque, ut D. *Pauli* verbis utar, θυσιαστηρίου μετέχειν. Porro animadverti debet eam fuisse primitus non modo eucharistiæ, sed & oblationum religionem, ut ab illa detineri ἀφορισμοῦ sive excommunicationis gradus haberetur; & proinde apud sacros Canones, præsertim Ancyranos, κοινωνία χωρὶς προσφορᾶς, tanquam districtioris censuræ, & segregationis nota solebat irrogari, utcumque hoc minus observatum a viris doctissimis. Quinimo in gravissimam inexpiabilis delicti pœnam cedebat, si cui post mortem animadversio illa prorogaretur; nec in veniæ indultæ fidem oblationes defuncti nomine, quasi postliminio reciperentur; adeo Deo & sacris elargiri, non iactura, sed privilegium & lucrum, nascente ecclesia habebantur. FELL.

P.60. Ὡρισμένοις καιροῖς] *Omnibus tempus determinatum est, & opportunitas omni negotio sub cælo*, inquit vir sapiens Eccles. III. 1. Serio dolendum, si paratas sibi habeant vices levissima vitæ munia; sola pietas, in cuius obsequium vita ipsa concessa fuit, temporis limitibus excluderetur. Revera septimum diem humano generi a condito mundo maximis, i. e. suis auspiciis sanctum voluit

luit

luit Deus. Unde postquam in eiusdem παλιγγενεσίᾳ novam renati orbis epocham instituisset, paribus eam privilegiis donavit, & τῆς κυριακῆς sacrosancta facta est religio. Quin etiam quandoquidem Salvator noster pietatem discipulorum suorum *Mosis* sequacium κατορθώματα superare voluit, apud quos, ultra sabbathi solennia, secunda & quinta sabbathi habebantur sacræ, ne, ut ait *Maimonides, thephiliah oubirchath Chohanim* C. XII. n. 1. *trium dierum spatio ab auditione cessaretur* (unde fluxit mos ieiunandi δὶς τοῦ Σαββάτου, cuius mentio Luc. XVIII. 12.) par erat, ut iisdem saltem intervallis, apud Christianam religionem professos, sacra redirent munia, quod utique factum; nimirum stationum diebus ad quartam & sextam promotis, quod passim ex *Tertulliano* discimus, & etiam a *Clemente* Alex. qui eos τετράδα καὶ παρασκευὴν, sive Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης appellitat, licet diu sit, ex quo Romana ecclesia ab antiquissima hac praxi desciverit. In minutioribus temporis intervallis, consimilis omnino ratio; eas enim, quæ in ecclesia Iudaica receptæ fuerant, vices non a Domino nostro tantum, sed insuper ab Apostolis agnitas videmus. Proinde Act. III. 1. τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, solennioris officii causa, D. *Petrum* & *Iohannem* in templum perduxisse verbis disertis dictum est. In Synagoga, licet lege nulla de precibus caveretur, singulis diebus tres recurrebant earum vices: נמצאו התפלות בכל יום שלוש ערבית ושחרית ומנחה, *Maimonides* Iad de prec. & benedict. Sacerdot. C. I. 4. quas etiam christianæ ecclesiæ moribus receptas, *Tertullianus* in lib. de ieiuniis, *Cyprianus* de oratione, nec non *Hieronymus* ad *Lætam* & *Demetriad.* nescire nos vetant. Addi his non iniuria poterit tam egregium horarum sacrarum usum fuisse, ad promovendas pietatis rationes, ut *Iulianus* apostata, postquam pro comperto habuisset fidem christianam vi & iniuriis non posse superari, atque imitatione demoliendam statuisset, gentilismo suo intromittendas curarit ὡρῶν τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν τεταγμένας εὐχὰς; teste *Sozomeno* Lib. IX. c. 15. quod etiam *Apollonium* Tyanæum fecisse discimus a *Philostrato* vitæ eius Lib. IV. c. 8. Apud Turcas eumdem invaluisse morem nemo est, qui nesciat. FELL.

P. 61. Λαϊκὸς ἄνθρωπος] Nulla tam addicta, tam misera servitus est, quam δουλεύοντος τῇ ὑποθέσει. Alias viri doctissimi *Salmasius* & *Seldenus*, ut alios minorum gentium criticos prætercam, *Calvini* aut *Erasti* placitis addictos, nunquam tam graviter in arte, quam profitebantur, lapsi

lapsi essent, ut dicere sustinerent, *olim presbyteros fuisse laicos*, & *laici vocem, quatenus clero contradistinguitur, serius in ecclesia obtinuisse. Ignatii* loca non affero, siquidem novatores, quando eius auctoritate premuntur, breviter se expediunt dicendo ψευδεπίγραφον eum, aut interpolatum. FELL.

P. 61. Ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος] Vox *hominis laici* in oppositione ad hominem ecclesiasticum seu clericum forsitan hic prima vice occurrit: refertur autem in isto loco ad Iudæos, non Christianos, significatque illos, qui in ecclesia Iudaica nec summo Pontificatu, nec sacerdotio, nec ullo alio munere sacro perfungebantur: quemadmodum in V. T. frequenter עם aut עם הקהל opponitur τοῖς כהנים ut Lev. XVI. 33. Transiit postea usus huius vocis a Iudaica in christianam ecclesiam, unde toties apud secundi & tertii sæculi Patres *Clementem* Alex. *Origenem*, *Tertull.* & *Cyprianum* occurrit. Rem ipsam i. e. distinctionem inter ordinem clericorum & laicorum tempore iam apostolico obtinuisse, scripta Apostolorum abunde docent: an iam istis nominibus eo tempore fuerit expressa, in disceptatione versatur, negantibus *Salmasio*, *Rigaltio* aliisque, affirmantibus plerumque Anglis Theologis, urgentibusque locum illum *Clem.* Alexandrini in libello, *quis dives salvetur*, sect. 42. de Iohanne Evangelista, qui ab exilio Ephesum reversus, vicinas ecclesias, constitutis episcopis, ordinavit, καὶ κλῆρον, ἕνα τέ τινα κληρώσων ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων: quamvis fortassis *Clemens* ad usum sui temporis respiciens, iis verbis apostolicum factum expresserit, quibus eo ævo uti solebant. I. L. F.

P. 62. Μωμοσκοπηθὲν] Sacerdotes non tantum Iudæorum, sed Gentium etiam hostias probare solebant & victimarum præcordia diligenter inspicere & examinare, antequam litarent, quod οἱ ἔξωθεν δοκιμάζειν, & ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα, vocant, scriptores autem sacri μωμοσκοπεῖν. Unde *Philo* Iudæus περὶ γεωργίας. Ἄτοπον γὰρ ἱερείων μὲν πρόνοιαν ἔχειν, ὡς ὁλόκληροι τὰ σώματα καὶ παντελεῖς ἔσονται, τῶν τε καταθυομένων ζώων ὡς οὐδὲν οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται λώβῃ· καὶ τινας δεῖ καὶ ὅσους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ ἔργον, οὓς ἔνιοι μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἄμωμα καὶ ἀσινῆ προσάγηται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα κ. τ. λ. ubi nominis rationem observare licet, & quod infrequenter ante ipsum, & a quibusdam tantum usurparetur. Utut est, libro de sacrificiis, & initio tractatus de sacrificantibus, ostendit summam curam adhibitam fuisse in deligendis his μωμοσκόποις ἀριστίνδην, qui accurato examine sacrificia singula, & partes singulas

gulas ſcrutarentur ἀπὸ ποδῶν ἄκρων, ὅσα τε ἐμφανῆ καὶ ὅσα ἐπὶ γαστρὶ, καὶ μηροῖς ἂν κέκρυπται, ne quid vitii, corruptelæ, aut labis lateret. Sic *Clemens* Alex. Lib. 4. Strom. ἦσαν δὲ κἂν ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ οἱ τῶν ἱερείων μωμοσκόποι. Et *Chrys.* hom. 20. in epiſt. ad Romanos, de prævia examinatione noſtra corporis & animi, antequam ad ſacram ſynaxin accedere præſumamus, ſic ſcribit. Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον· εἰ γὰρ οἱ τὰς παλαιὰς ἀναφέροντες θυσίας ἐκελεύοντο πάντα περισκοπεῖν, καὶ οὔτε ὠτότμητον, οὔτε κολοβόκερκον, οὔτε ψωραγριῶντα, οὔτε λειχῆνα ἔχοντα ἐπετρέποντο ἀναφέρειν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐ πρόβατα ἄλογα, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντας, πλείονα ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ καὶ πάντοθεν εἶναι καθαρούς, κ. τ. λ. Et homil. 17. in epiſt. ad Hebr. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τοὺς ἁγίους καλῶν, καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν ἅπαντας, ὥστε μὴ προσελθεῖν τινα ἀπαράσκευον, κ. τ. λ. Dominus *Dunæus* in annotationibus ſuis pro μωμοσκοπῶν hoc loco μιμνήσκων reponendum putat, ego vero μωμοσκοπῶν retinere malim; cum *Chryſoſtomus*, ſolennem illam vocem in participatione τῶν φρικτῶν μυστηρίων in primitiva eccleſia uſurpari ſolitam reſpiciat. Ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε πάντες & Ἀπέλθετε οἱ μὴ δυνάμενοι δεηθῆναι. Vide eiusdem homil. 3. in epiſt. ad Ephes. & diligenter perpende. IVN.

P. 62. Μωμοσκοπηθὲν] Vox hæc μωμοσκοπέω & μωμοσκόπος Helleniſtis & Gentilibus frequentata, ſignificat accuratam inſpectionem victimarum, præcipue macularum & vitiorum victimam deturpantium. Græci ſane Romanique id in oblationibus operam dedere, ut hoſtiæ integræ omnisque vitii expertes esſent, quod docet *Porphyrius in de abſtin. Lib.* II. 23, aliique: & de Romanis *Servius*, ad illud *Virgilii*, *mactant lectas de more bidentes.* Iudæos præcipue hæc cura occupavit, ut nonniſi ſelectisſima omnisque labis expertia animalia Deo offerrent, ipſo præcipiente Lev. XXII. 21. & ſeq. כל אשר בו מום לא תקריבו *Nullum, in quo ſit* μῶμος, *vitium, offertote:* enarrat ibidem varias ſpecies vitiorum in animalibus, quibus illa ad ſacrificia inepta reddebantur. His dein complures alias per analogiam & paritatem rationis adiecit magiſtrorum diligentia, ita ut *Maimonides* in *Iad Haſaca* Tract. *Isſure Misbeach* c. 2. numeret in univerſum 73. מומים *vitia* ſacrificiorum, quorum 50. פוסלים באדם ובבהמה *& hominem & pecus profanum faciunt:* reliqua 23 vitia illic ordine enarrata, *propria ſunt pe-* מיוחדין בבהמה ואינם ראויין להיות באדם *cudibus, nec ſolent in hominibus conſpici.* Alias ſubtilitates

 Iudæo-

Iudæorum circa hanc *μωμοσκοπίαν* ibidem & ſeq. cap. legere eſt: nec tamen aut ibidem aut alibi invenire eſt, quod hic tradit *Clemens*, curam hanc accuratisſimæ inſpectionis & perſpectionis victimarum integritatis ſummo præcipue Pontifici & reliquis incubuisſe ſacerdotibus. Sed ſive iam ipſi per ſe hac opera defuncti fuerint, ſive alios ad hoc curandum delegaverint, dubitari nequit, quin ſummo ſtudio & quaſi ſub eorum oculis peractum fuerit hoc negotium: ea de cauſſa præter alias opus fuit continua fere præſentia ſummi Sacerdotis in templo, id certe inter præcipuas functiones hujus ponit *Maimonides* Tract. *Kele hamicdaſch* c. 5. תפארתו וכבודו שיהיה יושב במקדש כל היום ולא יצא אלא בביתו בלבד בלילה או שעה או שעתים ביום ויהיה ביתו בירושלים ואינו זז משם *Ad gloriam & honorem ſummi Pontificis pertinet, ut conſideat in ſanctuario per totum diem, nec egrediatur, niſi domum tantum noctu, aut per horam, aut bihorium interdiu: ſitque eius domus Hieroſolymæ, nec inde moveatur* Si cui hæc nondum ad ſcrupulum hunc tollendum ſatis idonea videantur, quid obſtat, quominus mutata vulgari interpunctione, ipſum dubii fundamentum removeamus? ut τὸ διὰ τῦ ἀρχιερέως κτλ. non ad vocabulum remotius μωμοσκοπηθὲν, ſed ad propinquius προσφερόμενον referamus, hoc ſenſu: non in quolibet loco, ſed Hieroſolymis duntaxat, nec in quavis huius civitatis parte, ſed in atrio tantum ſacrificia a ſummo & reliquis ſacerdotibus offeruntur, poſtquam prius a μωμοσκόποις accurate fuerunt perquiſita. Non enim id præcipue agit B. *Clemens*, ut doceat, quis peculiariter ſit μωμοσκόπος, ſed a quo & quo in loco ſacrificia oporteat offerri. Unde etiam patet, quam infirmum ſit fundamentum Cl. *Edoardi Bernardi*, hanc totam pericopen ceu falſam & ineptam eo nomine effurcillantis. I. L. F.

P. 62. Καθίςανον τὰς ἀπαρχάς;] Primogeniti olim, natalium iure ſibi ſacerdotium vindicabant. Primitivæ autem eccleſiæ uſus id maxime poſcebat, & plurimi intererat, ut converſus quilibet non confirmaret modo, ſed & faceret fratres. Huic mori digitum intentat *Epiphanius* hæres LXXV. & ex Actorum libro & D. *Pauli* epiſtolis conſtat eccleſias tunc temporis fuisſe, quæ civitatis totius nomine cenſerentur, κατ' οἶκον conſtitutas. Epiſcopos vero Spiritus Sancti monitis huic curæ admotos fuisſe diſcimus ex Act. I. 24 XXIII. 2. 1 Tim. IV. 14. quod & *Euſebius* ex *Clem* Alexandrino de B. *Iohanne* refert, dum illum narrat Epiſcopos in eccleſiis Aſiæ ordinasſe τὺς ὑπὸ τῦ πνεύματος σημαινομένυς· cuius rei

rei veſtigia etiamnum comparent, ſiquidem nunc ad ſacerdotium nemo admittitur, niſi qui prius profeſſus fuerit ſe Spiritus Sancti inſtinctu vocatum ad munus iſtud ſuſcipiendum, & ita, poſt preces ſolenniter pro eiusdem largitione factas, demum hac formula ordinatur: *accipito Spiritum Sanctum.* FELL.

P. 63. Καταςήσω κ. τ. λ.] In hebr. שמתי פקדתך שלום ונגשיך צדקה quod Intt. vertunt. δώσω τὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ καὶ τὺς ἐπισκόπυς σου ἐν δικαιοσύνῃ. Obſervari poteſt פקדה, quod alibi ſæpe ἐπισκοπὴ redditur, (ſed procurationem & officium omne ſignificat) hic efferri per διακόνυς, & שלום quod per εἰρήνην explicari ſolet, (ſed bona quæcunque denotat) hic πίστιν, nec id quidem incommode verti, inſuper transponi epiſcoporum, diaconorumque mentionem, ut ordo utriusque muneris rectius conſtaret, hæc autem ſatis opportune a *S. Clemente* referri ad eccleſiæ Chriſtianæ præfectos, non facile diffitebitur, quisquis locum Iſaiæ inſpexerit, atque totum hoc caput ad Meſſiæ tempora pertinere, Iudæis ipſis calculum apponentibus, meminerit. Ibid.

Quidquid Illuſtr. *Fellus* aliique viri docti hic laborent, fatendum, humani quid paſſum, atque imbecilli prorſus argumento uſum *Clementem* in allegatione iſta. Non ita legitur in hodiernis exemplaribus græcæ verſionis, cuius tamen hebræo fonti vicinior lectio iſtius loci iam *Irenæi* obtinuit tempore Lib. IV. 44. nec hebræa verba ſine violentia eo trahi queunt: ut enim פקודה ſatis commode ἐπισκοπὴν, & per figuram epiſcopos notare poſſit, quis concedet, נוגשים recte per *Diaconos* verti, indeque firmo ratiocinio concludet, multis retro ſeculis, quod hic affirmat *Clemens*, ordinem epiſcoporum & diaconorum iam a Deo conſtitutum & perſcriptum fuiſſe? ne alias ab hebræo aberrationes in hoc loco reddendo attingam. Vel ergo auctoritas cuiusdam interpretis viro optimo impoſuit, vel vitioſo innixus eſt codice græco, vel memoria fefellit. Quotquot fuere interpretes vetuſti, Græcus, Syrus, Chaldæus, Arabs, Latinus, ignorant penitus hos diaconos. I. L. F.

P. 64. Εσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις] In rebus geſtis narrandis ſemper licere creditum eſt circumſtantias adhibere, quæ narrationis filo rectius texendo videntur conducere; licet minime reperiantur in iis ſcriptis, e quibus hiſtoria ipſa primitus petebatur. Hoc iure utebatur B. *Stephanus* Act. VII. B. *Paulus* 2 Tim. III. 8. & ad Hebr. XII. 21. ut & alii paſſim. *Iosephus* cum negotium hoc narrat ait virgas facile cognitas τῶν τότε ἀνδρῶν κατασημηναμένων αὐτὰς, οἵπερ ἐκόμιζον. FELL.

P. 65. Ὅτι ἔρις ἔσται] Luculenta præsensio rerum apud nos gestarum, quæque propheticam apostolici ævi & viri spiritum profitetur. Olim schismata & hæreses subinde orta, præ fastigii istius desiderio & ambitu, nunc idem ipsum contemtus & odium præstant. FELL.

Ἐπινομὴν δεδώκασιν] *Boisius* ἐπιλογὴν legit, ego malim ἀπονομὴν i. e. ἀπομερισμὸν cum *Hesychio*, & cum *Suida* ἀπόμοιραν. Descriptæ autem ministeriorum & officiorum vices hac voce exprimuntur, quæ apud *Dionysium* Areopagitam, λήξεις & ἀπονεμήσεις, *Budæo* teste, vocantur; atque hoc sensu vox, *census*, apud *Tertullianum* forte accipienda est, de præscript. adversus hæreticos cap. 32. *Hoc enim modo ecclesiæ apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum ecclesia habens Polycarpum ab Iohanne conlocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant; cet.* Ubi census suos deferre est ordinem episcoporum suorum ad originem recensere, ut ipse Lib. 4. adversus *Marcionem* cap. 5. loquitur (ubi etiam vox hæc, census legitur, prout libro primo contra eundem & cap. 21. bis) *Ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Iohannem stabit auctorem: sic & cæterarum generositas recognoscitur;* alibi libros censuales vocat; verum de re dubia satis. IVN.

Hæc μονήρης λέξις negotium fecit viris undequaque doctissimis. Eruditiss. *Iunius*, *præscriptas officiorum vices;* clariss. *Salmasius*, *præceptum;* Reverendiss. *Usserius*, *ordinem præscriptum*, Illustriss. *Marca*, *formam*; optimus *Hammondus*, *seriem* aut *modum successionis*, *catalogum*, *distributionem*, aut *ordinationem* esse censent, & satis constabit contextus ratio, quocunque ex istis modis interpretemur. Sed quandoquidem certissimum est vocem νομὴν eodem omnino esse in significatu cum verbo νέμω, atque etiam ἐπινέμω; & apud *Herodianum* ita passim coniungi, quemadmodum hic apud *Clementem* nostrum, cum verbo δίδωμι, simplicissimam iudico *Hammondi* versionem, atque eidem accedendum. FELL.

Κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασι] Insignis locus ad probandam divinam S. Ministerii institutionem & dignitatem, inprimis si conferantur, quæ c. 42. 43. præmiserat. Perspicue enim hic docetur, & Deum hunc ordinem per Christum & Apostolos instituisse, & voluisse, ut continua serie in locum defunctorum (quomodocunque

docunque illud ἐπινομὴν δεδώκασι explicetur) alii viri probati succederent. Lux etiam infertur loco illi Matt. XXVIII. 20. ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος intelligiturque, quomodo Christus cum Apostolis fuerit ad finem mundi, nempe per ipsorum in officio Ministerii successores. Mox etiam formam constituendi Ministros tempore jam apostolico receptam indicat *Clemens:* nimirum hos constituebant Apostoli aut qui ipsis in officio successerant, ita tamen ut plebis non essent nullæ partes, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης. I. L. F.

P. 66 Κατασταθέντας κ. τ. λ.] Locus si quis alius, apprime utilis ad intelligendum, quæ fuerint partes cleri & plebis, in episcoporum ordinatione. Κατάστασις ad apostolos & episcopos, συνευδόκησις ad plebem spectabat. Rem optime illustrat B. *Cyprianus*, ep. 68. *Diligenter de traditione divina & apostolica observatione servandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui Præpositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciæ proximi quique conveniant, & episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscuiusque actum de eius conversatione perspexit; quod & apud vos factum videmus, in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum, qui in præsentia convenerunt, quique de eo ad vos literas fecerant, iudicio episcopatus ei deferretur & manus ei in locum Basilidis imponeretur.* Ita in substituendo successore in locum *Iudæ* proditoris, cum Apostoli duos constituissent; fideles ex eorum mandato inquirunt, & ἐπισκοπῇ quadam episcopum designant, ἐπισκέπτοντες ἄνδρας μεμαρτυρημένους· Cuius rei, cum obiter mentionem fecisset, hanc caussam assignat D. *Cyprianus*, modo laudatus: *hoc tam diligenter & caute convocata tota plebe gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.* Ita & *Timotheus* a B. *Paulo* ordinabatur, siquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν, Act. XVI. Verba *Origenis* hac ipsa in re legisse minime pœnitebit, ex Homil. 6. in Levit. ubi ait, *requiri in ordinando Sacerdote præsentiam populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille qui eligitur ad sacerdotium, & hoc, adstante populo, ne qua postmodum retractatio cuipiam, ne quis scrupulus resideret.* Iste autem est plebis assensus,

quem *Theodoritus* in caussa *Petri* successoris *Athanasii* Lib. IV. c. 18. describit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλου τὴν ἡδονήν. FELLUS, *qui cum hisce confert ritus ecclesiæ Anglicanæ in electione presbyterorum & episcoporum, quæ, cum nihil ad Clementem facerent, omisimus.*

P. 66. Τῆς ἐπισκοπῆς] Hanc vocem *Iunius* errore gravi construxerat cum δῶρα, cum hoc debeat construi cum προσενεγκόντας. Ibid.

P. 68. Εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ] *Boisius* legendum putat, ἐξήρθησαν vel ἐξηγριώθησαν, vel ἐξηρίσθησαν; quid si ἐξέκαυσαν, ut in initio, εἰς τοσοῦτο ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, licet literarum affinitas huic lectioni non adeo faveat, vel ἐξέρριψαν, scil. ἑαυτοὺς, phrasi græcis & latinis scriptoribus non inusitata. IVN.

Επαφροι ἐγένοντο] *Boisius* legit ἐλαφροὶ vel ἀνέπαφοι. Ego malim ἐλαφριζόμενοι legere, cum *Philone* Iudæo, qui hanc vocem cum ἐπικουφίζεσθαι eandem facit & sæpius coniungit. Sic περὶ φυτουργίας. Τότε δὲ ὑπὸ τῆς σωτηρίου παιδείας ἐπικουφιζομένην καὶ ἐπελαφριζομένην οὐδὲν ἴσχυσε βλάψαι. Et de mundo. Τῆς γεώδους καὶ βάρος ἐχούσης οὐσίας ἐπελαφρισθείσης, καὶ τὸν ἄνω τόπον ἀντιλαβούσης. *Synesius* de insomniis voce simplici in eadem significatione utitur. Τῆς τε ἀρίστης ἕξεως ἐν ψυχαῖς ἐλαφριζούσης αὐτὸν καὶ ἐναπομοργνυμένης κηλῖδα τῆς χείρονος. Non sum nescius tamen *Chrysost.* homil. 44. in Genesin, ubi comparationem inter tres pueros in caminum ignis coniectos & *Iosephum* eiusque continentiam, & castitatem instituit, voce ἀνεπάφου uti, quam lectionem non improbo. Eius verba ita se habent. Οὐχ οὕτω θαυμαστὸν εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ τῇ βαβυλωνίᾳ ἐκείνῃ, τοῦ πυρὸς ἀνωτέρους γενέσθαι, καὶ μηδὲν πλέον τὰ σώματα αὐτῶν παθεῖν· ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τὸν δίκαιον τοῦτον εἰς τὴν κάμινον ταύτην, τὴν τῆς βαβυλωνίας χαλεπωτέραν ἐμπεπτωκότα, τὴν ἀσέλγειαν λέγω τῆς αἰγυπτίας, ἀνέπαφον διαμεῖναι, καὶ καθαρὸν τῆς σωφροσύνης τὸ ἔνδυμα διατηρήσαντα, οὕτως ἐξελθεῖν. IVN.

Fortasse hæc vox non prorsus absurde retineri poterit, ut sensus sit, eos qui per patientiam Deum honorarunt, ab ipso exaltatos, niveoque candore nitentes, apud eum in æterna memoria esse. Επαφρον dicitur apud *Galenum*, & alios, quod spuma obductum renidet & albescit; στολὰς autem λευκὰς esse gloriæ cœlestis habitum abunde novimus, adeoque is festivæ omnis lætitiæ color; ut a B. *Iuda* qui *in pudendis gloriantur*, & laudi ducunt, ab ipso describi meruerint, ut sint ἐπαφρίζοντες τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας. FELL.

P. 69. Γέ-

P. 69. Γέγραπται γὰρ, κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις] Nullibi hoc testimonium expressis verbis legitur: videtur perturbatio hic aliqua in codicem Alex. incidisse, & verba hæc non esse scripturæ S. sed ipsius *Clementis*. Ex altero forte *Clemente* Alexandrino lectio ita ordinari posset, γέγραπται γὰρ, μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· κολλᾶσθαι οὖν τοῖς ἁγίοις, προσήκει, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις, εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ. Ita unicum duntaxat scripturæ testimonium, nempe Psal. 18. allegaretur, & κολλᾶσθαι οὖν τοῖς ἁγίοις κτλ. verba essent *Clementis* Rom. nihil tamen definio, maloque hæc κριτικὴν ῥῖνα habentibus ulterius excutienda relinquere. I. L F.

Post μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, omnino ex sept. interpr. addendum. καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ· quod in editionibus omissum, ex Alexandrino codice revocari debet: hiulca alias esset oratio *Clementis*, nec vis ratiocinii eius intelligeretur. Quid enim hoc esset, εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, nisi iam nomen ἐκλεκτῶν in testimonio allegato præcessisset? Id.

ἢ οὐχὶ ἕνα θεὸν ἔχομεν, καὶ ἕνα] Ita distingue, ut duas complectatur hæc ῥῆσις sententias, quarum una caussas salutis efficientes, nempe tres personas S. Triados, altera effectum commune, nempe vocationem in Christo exprimat, hoc modo: *Nonne habemus unum Deum, & unum Christum, & unum Spiritum gratiæ, in nos effusum? nonne una nobis est in Christo vocatio?* conf. 1. Cor. 12. Simile dictum *Clementi* nostro tribuit *Basilius de Spir. Sancto* c. 29. ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερος (Διονυσίου) ζῇ, φησίν, ὁ θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Id.

P. 70. Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου] Εὐαγγέλιον hoc loco late sumitur, & Apostolorum scripta comprehendit, ut apud *Nyssenum*, qui contra *Apollinarem* locum ex epistola *Iohannis* laudans, scribit. καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον, ὅλον τότε τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι. Sic legis nomine non tantum πεντάτευχος *Moysis*, sed Prophetarum etiam interpretationes, & reliqui veteris Testamenti libri intelliguntur. Unde Iohannis cap. X. 34. locus Psalmistæ. Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε scriptus esse dicitur ἐν τῷ νόμῳ & cap. XV. eiusdem Evangelii vers. 25. ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, quæ verba sunt Psalmistæ Ps. XXXIV. 19. ἐν τῷ νόμῳ scripta esse dicuntur, & ad Corinth. 1. XIV. 21. locus *Esaiæ* ab Apostolo ἐν νόμῳ scriptus esse dicitur. Ignorantia huius latioris acceptionis in errorem quosdam induxit, qui *Moysis* tantum quinque

que libros a 70. Senioribus in linguam græcam verſos esſe opinantur, quia apud quosdam Patres inveniatur, ex Hebraico fonte illos τὸν νόμον tranſtulisſe, ac ſi legis nomine libri Moſis tantum intelligendi esſent, ſed de verſione τῶν ό alias fortasſe commodior disſerendi occaſio dabitur. IVN.

P. 70. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγ.] Cum *Clemens* hic epiſtolam priorem ad Corinthios a *Paulo* ſcriptam intelligat, in qua de disſidiis Corinthiorum vel *Paulum*, vel *Cepham*, vel *Apollo* amplexantibus agit, clarum eſt, hanc, quam hodie habemus, primam ad Corinthios *Pauli* Epiſtolam, primam omnium ad illos ſcriptarum fuisſe, & per conſequens hanc nullam aliam a *Paulo* ad illos exaratam præcesſisſe, quod multi interpretes ex 1 Cor. V. 9. *ſcripſi vobis in epiſtola*, perperam colligunt. *Clemens* enim, qui iisdem clarus temporibus, hæc ignorare non potuit, *Paulum* ait πρῶτον & quidem *in initio evangelii*, nempe ad Corinthios delati, hanc miſisſe epiſtolam. I. L. F.

P. 71. ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν] Nequaquam ſolide ex hoc epitheto ἀρχαίας inferunt viri docti, tempore demum *Domitiani* aut *Traiani* ſcriptam fuisſe hanc epiſtolam, cum tempore *Neronis* antiqua nequiverit appellari eccleſia. Ut enim taceam, quod recte obſervavit *Colomeſius*, antiquam vocari ſenſu comparativo reſpectu aliarum recentiorum eccleſiarum, haud negligenda eſt egregia obſervatio Cl. *Dodwelli*, eccleſiam hanc vocari ἀρχαίαν i. e. primordialem potius, quam antiquam; quippe quæ in prima Evangelii ἀρχῇ fuerit ad fidem Domini converſa: eodem modo quo *Mnaſonem* legimus ſuperſtitibus adhuc Apoſtolis vocatum ἀρχαῖον μαθητὴν Act. XXI. 16. Nempe honoratiores fuere illæ eccleſiæ, quæ conditæ ante alias, inprimis quæ in ipſa ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου fidem recepere. Converſionem autem Corinthiorum iam legimus contigisſe Act. 19. vid. hæc pluribus proſequentem virum eruditum in *Disſert. 2. ad opera poſth. Pearſoni* p. 222. Id.

P. 73. Ζητεῖν τὸ κοινωφελές.] *Chryſ.* ad illud *Pauli* 1 Corinth. X. 33. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσι, dicit publicum eccleſiæ bonum quærere, & aliorum ſalutem privato commodo anteponere, canonem esſe Chriſtianiſmi perfectisſimum. Τοῦτο κανὼν χριστιανισμοῦ τοῦ τελειοτάτου, τοῦτο ὅρος ἠκριβωμένος, αὕτη ἡ κορυφὴ ἡ ἀνωτάτω, τὸ τὰ κοινῇ συμφέροντα ζητεῖν. IVN.

Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς.] Hoc loco Paulum imitatur ad Corinthios 1. 13. ubi caritatis & mutuæ dilectionis elegantisſima deſcriptio eſt, & *Ephraëm* Syrus tractatu περὶ ἀρετῶν

καὶ

καὶ κακιῶν utriusque vestigiis insistit, cuius verba cum græce non exstent, placet hic subiungere. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ὁ ἔχων ἀγάπην Θεοῦ, ὅτι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ περιφέρει, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, ὁ ἔχων ἀγάπην πάντων σὺν θεῷ περιγίνεται, ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐδένα βδελύσσεταί ποτε, οὐ μικρὸν, οὐ μέγαν, οὐκ ἔνδοξον, οὐκ ἄδοξον, οὐ πένητα, οὐ πλούσιον, ἀλλ' ἁπάντων περίψημα γίνεται, πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐκ ἐπαίρεται κατά τινος, οὐ φυσιοῦται, οὐδενὸς καταλαλεῖ, ἀλλὰ τοὺς καταλαλοῦντας ἀποστρέφεται· ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν δόλῳ οὐ πορεύεται, οὐχ ὑποσκελίζει τὸν ἀδελφὸν, ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐ φθονεῖ, οὐ ζηλοῖ, οὐ βασκαίνει, οὐ χαίρει ἐπὶ πτώσει ἑτέρων, οὐ διασύρει τὸν πταίοντα, ἀλλὰ συλλυπεῖται καὶ συναντιλαμβάνεται, οὐ παρορᾷ τὸν ἀδελφὸν ἐν ἀνάγκῃ, ἀλλὰ συνεπαμύνει καὶ συναποθνήσκει· ὁ ἔχων ἀγάπην, τὸ θέλημα ποιεῖ τοῦ Θεοῦ καὶ μαθητὴς τῆς ἀληθείας ὑπάρχει. Αὐτὸς γὰρ ὁ καλὸς δεσπότης ἡμῶν εἶπεν, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοῦ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐδέποτε ἑαυτὸν περιποιεῖται, οὐ λέγει ἑαυτοῦ ἴδιον οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχει κοινὰ τοῖς πᾶσι προτίθησιν· ὁ ἔχων ἀγάπην, ἀλλότριον οὐδένα λογίζεται, ἀλλὰ πάντας ἰδιοποιεῖται· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐ παροξύνεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἐξάπτεται εἰς ὀργὴν, οὐ χαίρει ἐπὶ ἀδικίᾳ, ἐπὶ ψεύδει οὐκ ἐνδελεχίζει, ἐχθρὸν οὐδένα ἡγεῖται, εἰ μὴ μόνον τὸν διάβολον. ὁ ἔχων ἀγάπην, πάντα ὑπομένει, χρηστεύεται, μακροθυμεῖ. Μακάριος οὖν, ὁ τὴν ἀγάπην κεκτημένος, καὶ μετὰ ταύτης ἀποδημήσας πρὸς Θεὸν, ὅτι αὐτὸς τὸ ἴδιον ἐπιγινώσκων, προσδέξεται αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ· ὁμοδίαιτος γὰρ ἀγγέλων ἔσται, καὶ σὺν Χριστῷ βασιλεύσει ὁ τῆς ἀγάπης ἐργάτης. Δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ὁ Θεὸς λόγος ἐπὶ τὴν γῆν παρεγένετο, δι' αὐτῆς καὶ ὁ παράδεισος ἠνέῳκται ἡμῖν, καὶ ἄνοδος εἰς οὐρανὸν ἐπεδείχθη πᾶσιν· ἐχθροὶ ὑπάρχοντες τῷ Θεῷ δι' αὐτῆς κατηλλάγημεν· εἰκότως οὖν εἴπωμεν, ὅτι ἀγάπη ὁ Θεός ἐστιν, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. IVN.

P. 74. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἀπὸ Ἀδὰμ] Insigne testimonium apostolicæ ecclesiæ de felicitate, quam post mortem consequuti sunt sancti veteris temporis, idque κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν, *per Christi gratiam*, ut habet noster codex: quamvis ratio ex libro apocrypho petita non sit admodum firma; nempe verba ex illo libro desumta commode mentem Christianorum eius temporis reddebant. I. L. F.

P. 75. Εἰς τὸ ἀφεθῆναι ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἁμαρτίας] Animadverte hic, *Clementem* eandem plane vim caritati ad remissionem peccatorum seu iustificationem consequendam tribuere, quam tribuit fidei Apostolus *Paulus*, cuius tamen mentem ignorare aut ab ea deflectere non potuit *Clemens:*

Clemens: immo eadem plane utitur forma loquendi: ὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ κ. τ. λ. qua *Paulus* ad Rom. IV. 9. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος κ.τ.λ. tandemque idem Davidis teſtimonium adhibet ad confirmationem huius doctrinæ de caritatis efficacia ad iuſtificationem, ex quo fidei vim ſine operibus docuerat Paulus Rom. IV. 6. 7. 8. ut longe clariſſimum ſit, nunquam ſanctos hos viros tam ſubtilem notionem fidei animo concepiſſe, quæ ſanctitatem charitatemque ab ea removeret Patet etiam, quomodo intelligendum, quod c. 32. inculcarat. I. L. F.

P. 79. Εἰ δι' ἐμὲ στάσις] *Epiphanius* lib. I. adverſus Carpocraſios, ubi mentionem *Clementis* noſtri facit, ad hunc locum reſpicit, ſcribens, λέγει γὰρ μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ. κ. τ. λ. ubi εὐσταθείτω legendum puto, pro quo *Clemens* noſter εἰρηνευέτω habet. Quantum fraternitatem univerſam dilexerit, τὸ κοινωφελὲς quæſiverit, & paci eccleſiæ vir hic ſanctus ſtuduerit; & quam abominanda ipſi fuerint ſchiſmata, quæ Chriſti τὸν ἄῤῥαφον καὶ ἄῤῥηκτον χιτῶνα σχίζουσι, ex hoc loco facile apparet: nullum enim gravius peccatum admitti poteſt, quam unionem eccleſiæ ſcindere, auctore *Cypriano* qui libro de unitate eccleſiæ, inexpiabilem diſcordiæ maculam martyrii ſanguine ablui, & paſſione purgari negat; quod *Chryſoſtomus* homil. II. ad Epheſios, ſuppreſſo nomine audax, ſed verum eſſe dictum pronunciat. Eius verba ita ſe habent. Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο. τί δὴ τοῦτό ἐστιν; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλεῖφειν τὴν ἁμαρτίαν ἔφησεν, κ. τ. λ. qui paulo infra eadem homilia, ſe pacis ſtudio omnia poſtponere, immo & epiſcopatum ipſum abdicare, paratum eſſe profitetur, modo unitas eccleſiæ conſervetur. Εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ περ ἂν βούλοισθε· μόνον ἐκκλησία ἔστω μία. in quo *Clementem* noſtrum, ὑπογραμμὸν ſibi propoſuiſſe, & locum hunc, ad quem alludit, præ oculis habuiſſe veriſimile eſt. IVN.

Locum hunc citat *Epiphanius* Hæres. XXVII. & etiam exemplo & moribus *Clementis* noſtri deſcriptum ait; qui eccleſiæ Romanæ Cathedræ a D. *Petro* admotus, ſe eo munere abdicavit, quamdiu *Linus* & *Cletus* in vivis eſſent. Ex qua duplici ſucceſſione fortaſſis, ſi non potius ex eccleſiis, a B. *Petro* & *Paulo* Iudæorum Gentiumque Apoſtolis, ſeorſim aliquando habitis, fieri poteſt, ut adeo parum inter ſcriptores conveniat, utrum

Clemens

Clemens immediate succesſerit *Petro*, an quarto ſaltem loco. Licet non ſim neſcius aliam quoque cauſam a pluribus redditam; quod ſcilicet nemo illi Romæ ſuccedere liquido poteſt dici, de quo multum dubitatur an ipſe Romæ umquam fuerit. Obiter monendum apud *Epiphanium* in loco ſupra memorato reponi commode poſſe pro ἐνςαθῆτω, εὐςαθείτω, quanquam veterem lectionem retinet doctis. *Petavius.* Sed hoc ipſum, quod hic loci ſuadet *B. Clemens* de ſe profitetur & ſpondet *S. Chryſoſtomus*, qui ait Homil. XI. ad Epheſios. εἰ μὲν ἐν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπλεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ περ ἂν βέλοισθε, μόνον ἐκκλησία ἔςω μία. Et *Gregorius* Nazianzenus re ipſa præſtitit, qui ut ſeditioni obviam iret, poſtquam ad Conſtantinopolitanam ſedem admotus eſſet, protenus τὴν προεδρίαν παρῃτήσατο. *Socrat.* Hiſt. V. c. 7. FELL.

P. 80 Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι] Quales *Codrus*, *Lycurgus*, *Genuſius Cippus*, *M. Curtius* & *Scipio Africanus*, qui ingratam urbem relicturus, per quem ſtetit, ut ingrata eſſe poſſet, *Clementis* noſtri fere verbis ei valedixit, dicens: *Exeo, ſi plus quam tibi expedit crevi.* Quin & *Oedipus* λοιμικοῦ τινος ἐνςάντος καιροῦ χρησμοδοτηθεὶς (auctoris noſtri verba affero) a Poëta inducitur in eundem morem verba faciens:

Quicunque feſſi corpore & morbo graves
Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo,
Relevate colla, mitior cœli ſtatus
Poſt terga ſequitur. Ibid.

Ἐπιςάμεθα] Huius rei exempla dabit *B. Paulus* Ep. ad Rom. C. XVI. 3. *Priſcam* & *Aquilam*, qui *pro anima eius ſuas cervices ſuppoſuerunt.* Et ad Philip. II. 30. *Epaphroditum* animæ ſuæ parabolanum, παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. Sequentium temporum heroas, qui hac laude claruerunt referre mora eſſet. Gentis tamen noſtræ Protomartyr S. *Albanus* a nobis præteriri minime debet, *qui ſub Diocletiano pro clerico hoſpite, qui perſecutionem fugientem ſuſceperat, ſeipſum tradens, poſt verbera, aliaque acerbiora tormenta capite plexus eſt;* quemadmodum *Baronius* ad an. 103. ex Beda noſtrate hiſtoriam narrat. Hoc autem in loco obſervari poterit, durante primævæ caritatis impetu tantam fuiſſe *Parabolanorum* ſegetem, quibus id negotii dabatur, ut propriæ ſalutis diſpendio alienam procurarent; inque tam magna hominum collegia excreviſſe, ut eorum numerum

numerum imperatorum reſcriptis neceſſe eſſet coërceri, quemadmodum videre eſt cod. Theod. Lib. 16. Tit. 2. de Ep. Eccles. & Clericis Leg. 42. FELL.

P. 84. Ἐκ τῆς ἐλπίδος.] Forte κιγκλίδος, vel ἐπαυλίδος potius, *Baſil.* in Pſalm. 28. homil. 1. μία ἐστὶν αὐλὴ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία· ἦν αὐλὴ πρότερον, ἡ τῶν ἰουδαίων συναγωγὴ, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς χριστὸν ἁμαρτίαν ἐγένετο ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. IVN.

Deſideratur hic in exemplari antiquo folium integrum, quod quatuor impreſſi codicis folia (*) conſtituit. Si unius tantum aut alterius vocis defectus fuiſſet, & paucarum literarum lacuna, medicinam qualemcunque huic loco male affecto, non minus quam aliis afferre conati fuiſſemus, ſi minus priſtinæ ſanitati & integritati reddere, licuiſſet: ſed πάθος eſt ἀνίατον, & vulnus maius quam ut ullo coniecturæ emplaſtro tegi poſſit; exſpectandus eſt ex Ægypto vel Græcia novus *Æſculapius*, qui *Clementi* noſtro ποδαγρῶντι ſubveniat. Quæ in reliquo corpore medicam manum prorſus refugere non videbantur, pro facultatis noſtræ modulo, ſarcire & καταρτίζειν conati ſumus; quam bene, penes doctos, & artis criticæ myſtas, judicium eſto. Paſſim autem in membranis, ex quibus epiſtola hæc deſcripta eſt, obſervare licet ν finale additum eſſe tertiis perſonis verborum, deſinentibus in ε & in ι licet ſequentis dictionis litera initialis ſit conſona, contra receptum & communem ſcribendi uſum, quod ſummæ antiquitatis non leve argumentum eſt, cum in antiquis marmoribus, & MSS. omnibus codicibus, qui grandioribus literis exarati ſunt, eadem ſcribendi forma reperiatur.

Sed manum de tabula, præter enim operas typographicas, quæ deſinente iam opere plus ſolito feſtinant, & notas has abrumpunt, muneris noſtri cura, & familiæ privata negotia domum revocant, nec ſine diſpendio diutius abeſſe ſinunt. Si ῥακώματα hæc noſtra, *Benigne lector*, purpuræ Clementinæ aſſuta, non indigne te ferre, (cum ſcias, ut loquitur *Libanius*, ad *Evagoram* epiſtola nondum edita, ὅτι καὶ ῥάκια, καὶ τὴν καλλίστην ἐσθῆτα πολλάκις ἐν δέχεται κιβώτιον) & primitias has ſubita manu collectas, quas nunc in ara benevolentiæ tuæ colloco, palato tuo non ingratas eſſe, nec omnino diſplicere intellexero: poſtea ſi Deus vitam cum valetudine indulſerit, largioribus manipulis ſinum implebo, & uberiorem meſſem adolebo. Interea his fruere, & ornatiſſimo humaniſſimoque Viro, Domino Doctori *Duppa*, celeberrimæ Academiæ Oxonienſis

Vicecan-

(*) Edit. *P. Iunii.*

Vicecancellario dignisſimo, gratias mecum agito; qui dum opus hoc urgeo, humanitate me ſingulari & benevolentia complexus eſt, qui theſauros Academiæ recluſit, qui typos Savilianos πρόφρονι θυμῷ communicavit, qui lentas typographorum moras authoritate ſua caſtigavit, & aucto operariorum numero, editionem hanc multum promovit. Errata quæ a nobis vel typographis, commiſſa ſunt, humaniter condona, feſtinationi da veniam; & quales alios tibi fieri velis, talem te nobis præbe. Vale, & humanum eſſe errare memineris. IVN.

P. 85. Ἀσεβείας πληθυνθήσονται] Poſt hæc verba in codice Alexandrino folium integrum maioris formæ deeſt: quæ lacuna nullo ingenio aut arte expleri poteſt. Inde tamen hoc conſequimur commodi, ut intelligamus, futiles eſſe illorum rationes, qui γνησιότητι huius epiſtolæ eo nomine dicam ſcribunt, quod nonnulla teſtimonia a Patribus allegata in hac epiſtola non occurrant. Deſiderantur, aiunt, in hac epiſtola, quæ *Auct. Quæſt. & Reſp. ad Orthodoxos* Qu. 74. *Baſilius* in Tract. de Spiritu Sancto, c. 29. aliique ex hac epiſtola allegarunt. At vero, ne dicam, quædam teſtimonia revera in hac epiſtola extare, quæ negant illi hic comparere, ut quod *Hieronymus* in comm. ad Ephes. *de mundis aliis trans Oceanum, & inenarrabili vinculo caritatis* citat: ut taceam, ſæpe Patres teſtimonia ex ſcriptis aliis *Clementis*, ſive genuinis, ſive eidem affictis allegare; unde ſciunt iſti, quæ ex hac epiſtola citantur, non in hoc loco, in quo tam magnus eſt hiatus, olim extitiſſe? Certe ῥῆσις illa *Baſilii* ζῇ ὁ Θεὸς κ. τ. λ. quam ſupra exhibuimus, peropportune illi loco convenit, & accommodari poteſt in epiſtola ad finem decurrente. Quæ *auctor Quæſt. & Reſp.* de Sybilla tanquam ex hac epiſtola petita refert, inepte, quæcunque demum ſit huius in *auct. Qu. & Reſp.* erroris cauſſa, in vero *Clemente* quæruntur; cum abunde conſtet, ſatis longo poſt obitum *Clementis* intervallo ſpuria illa oracula Sybillina compoſita fuiſſe: unde ſi hoc teſtimonium Sybillæ in altera ad Corinthios epiſtola olim lectum fuit, quod ſuſpicantur nonnulli viri eruditi, dubium vix ſupereſt, quin illa ad ſpurias ſit releganda. I. L. F.

P. 86. Κλαύδιον, Ἔφηβον, καὶ Οὐαλέριον, Βίτωνα σὺν Φορτουνάτῳ] Hæc ſic vulgo in editionibus interſtincta exhibentur, unde quinque faciunt legatos. perperam: illud καὶ inter Ἔφηβον & Οὐαλέριον interiectum oſtendit, tres duntaxat fuiſſe, ſuis prænominibus aut cognominibus inſignitos, nempe *Claudium Ephebum & Valerium Bitonem*, cum Fortunato,

nato, qui postremus idem cum eo, cuius mentionem facit Paulus 1 Cor. XVI. 17. fuisse videtur. vid. *Dodwell.* in Diss. ad Posth. *Pearsoni* p. 221. Eodem errore, quo vulgo in Epist. *Ignatii* ad *Smyrn.* cap. X. ex duobus *Philone* & *Rheo Agathopode* tres faciunt interpretes, *Philonem*, *Rheum*, & *Agathopoda*: cuius contrarium patet ex eiusdem epist. ad *Philadelph.* cap. XI. περὶ δὲ Φίλωνος ---- ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι. I. L. F.

IN EPISTOLAM II. B. CLEMENTIS NOTVLÆ I. L. F.

MUltæ & magnæ sunt virorum eruditorum disceptationes de hac epistola, an sit epistola, an potius fragmentum homiliæ? utrum vere auctorem habeat B. *Clementem*? quo primum tempore sit in lucem edita? Paris cum priore non esse auctoritatis apud omnes fere in confesso est; parum magnifice de ea sentit *Eusebius*. ὁ μὲν ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν· minus adhuc *Hieronymus*, notam illam esse & a veteribus reprobatam quasi ex *Eusebio* affirmans. Cum tamen & sat vetusta sit; piasque & utiles contineat admonitiones, hanc opellam sumsimus, ut ex editione Cl. *H. Wottoni*, quæ demum in manus nostras venit, cum iam hæc opuscula prælum exercerent, textum ad fidem MS. Alexandrini paulo emendatiorem exhiberemus, adiunctis pauculis annotationibus loca quædam illustrantibus.

P. 89. Καὶ οἱ ἀκούοντες] Aliquid hic deesse videtur: melius fluit oratio inserta vocula ἡμεῖς, hoc modo. καὶ ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες, ὥσπερ μικρῶν.

Ὀφείλομεν ὅσια] i. e. *quanta vero debemus ei subsidia ad sanctimoniam*? vel potius ex Hellenistica hoc exponendum est: *quantas vero ei debemus gratias*, aut *beneficia*? ut enim vox ὅσιος apud 70. frequenter respondet hebr. חסיד. ita τὰ ὅσια exprimit החסדים Esa. LV. 3. in celebri illo loco חסדי דוד הנאמנים, quem græci & post illos *Paulus* Act. XIII. 34. reddit τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Eædem voces חסדי דוד occurrunt. 2 Chron. VI. 42. ubi græci habent τὰ ἐλέη Δαυίδ, ut adeo τὰ ὅσια illis sint promiscue τὰ ἐλέη.

P. 93. Ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτοὺς] Legendum aut ἑαυτοὺς, quod positum esset pro ἀλλήλους, *amando nos ipsos mutuo*: aut αὐτόν, *ipsum* Deum. P. 93. ἐν τῇ

P. 93. ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις] In MS. vox ἀγαθοῖς non legitur: ad fidem eius lege: ἐν τ[οὐ]τοις aut τ[οιὀ]τοις ἔργοις, in *istis* aut *talibus operibus*, quæ proxime nominaverat.

P. 96. καταπλέυσι πολλοὶ] Multæ hic occurrunt voces ex Agonistica græcorum petita: nec tamen mutatum vellem cum *Wottono* vocabulum καταπλέυσι in καταπαλαίυσι, ut & mox καταπλεύσωμεν in καταπαλαίσωμεν· vix enim Grammatica admittit syntaxin καταπαλαίειν εἰς ἀγῶνας pro *luctari in certaminibus*. Et significatio navigationis ad situm Corinthi attendentibus non modo commoda, sed & elegans videbitur. Corinthus enim mediam quasi Isthmi Corinthiaci, hinc sinu Corinthiaco, illinc Saronico clausi occupat partem, ubi ludi Isthmici ingenti concursu celebrabantur & propter portuum Corinthiacorum commoditatem navibus adibantur. Immo ex locis etiam remotioribus magna multitudo per mare Ionium & Ægæum ad Isthmica certamina spectanda confluebat. Ad istos autem Isthmicos agonas hic alludi satis videtur manifestum.

P. 97. Κἂν ἐγγὺς τῦ ςεφάνυ γενώμεθα] Corona hic supremum apicem cælestis gloriæ denotat, ad quem non perveniunt, nisi qui extremis viribus heroice certaverint. Alii qui tantum conatum non adhibent, sincero tamen animo cæleste brabeum quærunt, non quidem cælesti felicitate excidunt, sed inferiorem eius gradum obtinent.


Μὴ τηρησάντων τὴν σφραγῖδα] Per sigillum intelligit Baptismum. conf. cap. VII. ἡμεῖς ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον κτλ. nihil vulgatius apud veteres, quam ita appellari baptismum: vide exempla quamplurima in *Thesauro Suiceri*, voce σφραγὶς. Ideo autem Baptismum ita nominabant, quia Dominus illo quasi nota impressa, sibi baptizatos vindicat, εἰς συντήρησιν καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν, ut loquitur *Gregorius* Nazianzenus Orat. 40.

P. 100. ὐκ ἔςιν εὑρεῖν ἄνθρωπον] Corruptus & perplexus locus, quem varii diversimode restituere conati sunt. Cl. *Wottonus* pro ἄνθρωπον iudicat legendum ἂν θεὸν quia vox per sigla in MS. exarata ANON addita aut demta transversa Linea in O æque legi potest ἂν θεὸν, quam ἄνθρωπον; universamque sententiam inserta vocula αὐτοῖς ita format: διὰ ταύτην γὰρ αἰτίαν ὐκ ἔςιν αὐτοῖς εὑρεῖν ἂν θεὸν οἵτινες παράγυσι φόβυς ἀνθρωπίνυς, *propter hanc enim caussam illi Deum invenire nequeunt, qui humanis timoribus ducuntur*.

P. 103. Επερωτηθεὶς γὰρ ὁ κύριος ὑπό τινος] Hanc imperfectam historiolam in Anglica metaphrasi omisit Rev. *Wakius*, ne, ut ait in prolegomenis, abruptum faceret

finem, forte etiam, quia parum digna *Clemente*, quem auctorem huius facit epiſtolæ, ei videbatur. Petita eſt ex libro apocrypho, ut multa alia in hac epiſtola: ex *Clemente* Alexandrino *Strom.* l. III. patet extitiſſe in *Evangelio*, quod dicebatur *ſecundum Ægyptios*, ubi etiam indicatur, quærentem hæc ex Servatore fuiſſe *Salomen* fœminam, totaque ῥῆσις perfectius proponitur. vid. *Grabium* in Spic. Patr. Sæc. I. p. 35.

FINIS.



INDEX EORVM

Quæ tomo isto continentur.

PRAEFATIO.

CORRIGENDA.

Pag. 1		*vers.* 1	*pro* ΚΛΗΕΜΕΝΤΟΣ	*lege* ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
4		*vers. ult.*	*pro* testante	*lege* notante
6	*col.* a	*vers.* 21	*post* quam	*adde* etiam
8		*vers.* 32	*pro* 50	*lege* 51
20		*vers.* 31	*pro* II. 10	*lege* 2 Cor. X.
25	*col.* a.	*vers.* 1	*pro* ἀπέϛραπταί	*lege* ἀπέϛραπται
27	*col.* a	*vers.* 28	*pro* Ἀβραάαμ	*lege* Ἀβραάμ
28	*col.* a	*vers.* 26	*adscribe in margine*	Exod. III. 11.
29	*col.* a	*vers.* 1	*pro* δὲ	*lege* δέ
		11	*pro* Θεὸν,	*lege* Θεόν
		32	*pro* ἐλέει,	*lege* ἐλαίει
39	*col.* a	*vers.* 18	dele b	& præpone τῷ ἐπέρχεται *vers.* 19
53		*vers.* 34	*pro* 36	*lege* 32
56		*vers. ult.*	*pro* XC.	*lege* CX
63		*vers. ult.*	*pro* XL.	*lege* LX
65	*col.* a	*vers.* 18	*pro* ὕϛτω	*lege* ὕτϛω
68		*vers.* 31	*pro* ἐξήρυσαν	*lege* ἐξήρθησαν
76	*col.* a	*vers.* 1	*pro* Ὅσα	*lege* Ὅσοι
83	*col.* a	*vers.* 22	*pro* ὥπερ	*lege* ὥσπερ
88		*vers.* b	*pro* ΔΕΥΥΕΡΑ	*lege* ΔΕΥΤΕΡΑ
93	*col.* a	*vers.* 17	*pro* ἡμῶν	*lege* ὑμῶν
95		*vers.* 32	*pro* Matth. VI.	*lege* XVI

IN TOMO POSTERIORE EMENDANDA.

IN TESTIMONIIS ex Euseb. l. 5. c. 8.

			pro Εἴτι	*lege* Ἔτι

ex Hieronymo de Vir. Ill.

			pro c. 16	*lege* 26
Pag. 3		*vers. ult.*	*pro* 55	*lege* 36

Reliqua errata ipse B. L. facile emendare poteris. Vale.

S. IGNATII

EPISTOLAE GENUINAE.

EJUSDEM

MARTYRII ACTA.

S. POLYCARPI

EPISTOLA AD PHILIPPENSES

ET DE ILLIUS MARTYRIO

EPISTOLA ECCLESIAE SMYRNENSIS.

OMNIA GRAECE, CUM DUPLICI VERSIONE LATINA, NOVA ET VETERI,

VT ET

ANNOTATIONIBUS ET SCHOLIIS

THOMAE SMITHI,


NOTISQUE IN S. IGNATII EPISTOLAS COLLECTIS EX SCHEDIS

JOHANNIS PEARSONI.

BASILEAE,

APUD JOH. CONRADI à MECHEL VIDUAM.

M D CC XLI.



THOMAE SMITHI
PRAEFATIO.

ERUDITO ET CANDIDO
LECTORI.



Uo melius de hac nova *Epistolarum S. Ignatii*, *Actorum Martyrii ejusdem sanctissimi viri*, *Epistolæ S. Polycarpi ad Philippenses*, & *Epistolæ Ecclesiæ Smyrnensis de Martyrio S. Polycarpi* editione edocearis, & ad illarum lectionem paratior instructiorque accedas; tum maximi Viri, D. Joannis Pearsoni, pridem Episcopi Cestriensis, cujus Annotationes in *Epistolas S. Ignatii* edo, tum mei quoque ipsius caussa, pauca in antecessum hoc prologo quasi galeato prælibare necessarium, & plane muneris esse mei duco. An vero honesto huic proposito aliqua ex parte bene & recte satisfecerim, penes te, erudite Lector, argumentis æqua lance libratis, pro sagacitate tua cum candore temperata arbitrandi jus esto.

Quod ad Annotationes D. Pearsoni (id enim primo loco tractari debet, quum sit secuturi operis fundamentum) attinet, æquum vi-

detur, ut noris, unde acceperim, & quibus rationibus fuerim inductus, ut jam tandem opera mea publica luce donarentur.

Dum anno nonagesimo secundo superioris seculi Cantabrigiæ, quo in isthoc difficili tempore confugeram, aliquantisper commorarer, donec tempestas ista desævierit, subinde conveni veterem Amicum, doctissimum Virum, D. Joannem Allenum, splendidissimi Collegii sanctæ & individuæ Trinitatis Socium, qui eidem reverendissimo Præsuli a sacris domesticis fuerat, interque varia colloquiorum argumenta, de schedis Pearsonianis post ipsius mortem in Museo repertis, multos interposui sermones: an & quales essent, & apud quem reservarentur ejusmodi ceteræ reliquiæ quantivis pretii, post edita ejusdem *posthuma opera Chronologica*, pro ingenti, qua erga τὸν μακαρίτην a prima juventa, quamprimum bonarum literarum amore & sensu affici incepissem, ferebar, reverentia explorandi avidissimus. Quum vero mihi compertissimum esset, tum ex [a] *Vindiciis Ignatianis*, tum plenius & rotundius ex ipsius ore, summum Virum apud se firmissima mente constituisse, si vita, si valetudo, si vel modica a publicis Ecclesiæ negotiis feriatio ex divina benignitate permitteret, se novam harum Epistolarum editionem, cum amplis Annotationibus, quibus Græcus textus simul emendaretur & illustraretur, adornandam, aggressurum esse; præcipue quæsivi, an quippiam tale Opusculum suis numeris absolutum, vel saltem quomodolibet affectum, superesset, nec-

[a] Part. II. Cap. 15. p. 203.

ne:

ne: ille ſtatim regerit, D. Pearſonum de hac re ſerio & ſumma cum ſollicitudine cogitaſſe, & horas ſubceſivas, longe antequam vires animi & corporis ex fatali iſta ægritudine, quæ illum fere per quadriennium ante mortem occuparat, minuerentur, crebro impendiſſe, ſuaſque obſervationes in *Adverſaria* pro re nata congerere conſueviſſe, animo tamen ea omnia ad novum ſtrictumque examen revocandi; ultra addens, illa ipſa *Adverſaria* penes ſe eſſe; quæ mox prolata, una cum duobus exemplaribus *S. Ignatii* editionis Voſſianæ, rogatu meo mihi in manus tradidit; ut omni cura in iis corrigendis adhibita, ſi id cum Eccleſiæ Anglicanæ, ſacri ordinis Epiſcopalis ab ipſis Apoſtolis inſtituti retinentiſſimæ, & Reip. literariæ commodo fieri aut poſſe aut debere judicarem, ederentur.

Hoc theſauro ditatus, urbe repetita ad hanc ingentem *obſervationum*, quæ confuſim & ſæpenumero abſque aliqua connexione ſparſæ erant, ſtruem evolvendam me contuli; & inde ea omnia accurate, quantum iſta confuſio, perplexi characteres, numeri involuti, interpoſitæque lituræ permiſerint, exſcripſi, eodem nimirum, quo in manuſcripto codice occurrunt, modo, ut de iis maturiori judicio certius & melius ſtatuerem. Sed non longe poſt D. Alleno ex morbi, qui omnem Medicorum opem & peritiam eluſit, violentia e vivis ſublato, cujus conſiliis, imo & arbitrio me dirigendum volebam, incertior jam redditus, an in hoc propoſito urgendo mihi procedendum eſſet, literis ad reverendum & clariſſimum virum D. Joannem Tha-

num, Sororis D. Pearſoni filium & Eccleſiæ Ceſtrienſis Præbendarium, ſcriptis, quum paullo ante didiciſſem, jus eaſdem ſchedas vendicandi ipſi competere, rogavi, ut illæ apud me uſque manerent, eo fine, ut tempore opportuno vulgarentur, quod admodum benevole conceſſit; mox ad me tranſmiſſis Avunculi ſui in *epigraphen Epiſtolæ S. Ignatii ad Smyrnæos* obſervationibus, quas propria manu nitide deſcriptas, unica lacuna relicta, de novo perpoliverat, & ſchedis V. C. D. Joannis Ledgardi, Collegii Univerſitatis apud Oxonienſes Socii, complectentibus variationes, quas rogatu D. Pearſoni Florentiæ olim ex collatione editionis Amſtelodamenſis cum originali codice, ex quo Vir præſtantiſſimus, Iſaacus Voſſius, genuinas has Epiſtolas orbi Chriſtiano primus Græce communicavit, collegerat, permittente Sereniſſimo Principe, magno Hetruriæ Duce, munificentiſſimo literatorum Patrono, quæ eſt hereditaria & pene propria laus & gloria familiæ Mediceæ, & præſente celeberrimo Viro, Antonio Magliabequio, magni Ducis Bibliothecario, cujus ſummam benignitatem & humanitatem ipſe cum reliquis omnibus, quotquot Urbem illam pulcherrimam ſtudiorum cauſa adeunt, expertus eſt, miriſque elogiis prædicavit.

Hoc novo auctoramento adjutus, ad intermiſſum opus revertor, Amicorum hortatibus non parum quoque ſtimulatus. Qua de cauſſa, poſtquam exeunte anno Chriſti MDCXCV. librorum MSS. *bibliothecæ Cottonianæ Catalogum* Oxonii e Theatro Sheldoniano excudendum curaviſſem,

mox

mox *specimen* novæ editionis *Epistolarum S. Ignatii*, uti etiam *Epistolæ S. Barnabæ*, cum Annotationibus magnorum Virorum, Pearsoni, Usserii Armachani, Vossii, & Cotelerii (penitus enim me latebat grandem illam *SS. Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt*, Collectionem tunc temporis prelis Amstelodamensibus subesse) prodire volui, ut virorum judicio & doctrina præpollentium sententiam explorarem: quod viris eruditis tum domi, tum extra patriam, quibuscum literarum commercium contraxeram, identidem communicavi. Omnes sane probum hoc de literis sacris & ecclesiasticis bene merendi institutum approbarunt, & epistolis, & coram, ut id ad felicem exitum citra ulteriorem moram perducere vellem, certatim institerunt. Unicum ex Amicis excipio, illum vero sacris infulis maxime venerabilem, qui potenter intercessit, caussatus, me de summi Viri fama posthuma non bene meriturum, si hasce *Annotationes*, quibus non ultimam manum imposuisset, in publicam lucem darem. Ne vero criminis istius censuram mihi tanta cum acritate impactam incurrere præceps viderer, negotium illud, quantum erat, protenus abjeci, aliis, & longe quidem diversi argumenti, studiis intentus; schedas Pearsonianas measque cuidam Amico, post mortem meam, si ipsi visum fuerit, publicandas relicturus. Per duodecim propemodum annos mentem meam contra omnes tum popularium tum exterorum efflagitationes, vota, & consilia obfirmavi, utpote nullis suasibus expugnandus. Sed illorum auctoritati tandem cedens, eas, pene tamen in-

vitus, typis exſcribi patior, ſpe quoque bona animatus, Lectores candidos operam hanc meam publicis ſacrarum literarum uſibus integerrima mente deſtinatam æqui bonique conſulere velle, nec mihi tanquam flagitioſum & inexpiabile crimen, multo minus D. Pearſono, cujus famam uſque ad omnem poſteritatem ſacram & intemeratam eſſe cupio, imputare, ſi quod forte minus recte dictum, aut perperam alicubi citatum, ſint reperturi, & etiam meminiſſe, quod impenſiſſime rogo, non paucas ex hiſce obſervationibus propere effuſas, potius quam attento ſtudio elaboratas fuiſſe: licet compertum habeam ex frequenti iſta, qua me dignatus eſt Vir maximus, converſatione, neminem, ſive inter loquendum, ſive inter ſcribendum, aut ſedatiori animo aut exactiori judicio, etiam in ipſo primo rerum conceptu, pollere.

Sed, ut quod res eſt dicam, dum haſce Annotationes ex confuſis ſchedis, olim juxta ipſius exemplar pari forma ac verborum ordine, ut dixi, exſcriptas in ſua loca digerere & prelo parare nuper cœpiſſem, non ſine gravi ærumna expertus ſum, quanti laboris eſſet, eaſdem ab invicem diſcernere, & tot diverſimode quaſi diſtracta & lacera membra in integrum corpus debitamque compagem reducere. Tam multæ nudæ citationes occurrebant, ut eas omnes ad examen revocare præ tædio & difficultate plane horrerem, illius cura & diligentia omnino fretus. Veruntamen quum, poſt duas treſve philyras typis excluſas, quaſdam aberrationes inibi, ſive ex feſtinatione, ſive ex labilitate memoriæ, quam

gran-

grandior ætas in valentiſſimis ſæpe inducere ſolet, admiſſas, præter exſpectatum reperiſſem; in reliquis explorandis novum laborem ſubire cogebar, eo factum graviorem, quod anguſtum meum Muſeum non omnes libros, quibus ille uſus fuerat, mihi ſuppeditaverit, nec eædem editiones, quarum paginas citat, quod de Joſepho, Luciano, & S. Epiphanio dicendum habeo, eſſent hic obtinendæ: de quibus tamen, paucis exceptis, pene ſecurus eſſe poſſis.

Quanto pulchrius, ornatius, & limatius ſurrexiſſet hoc opus, ſi, ſecundis curis ſuperadditis, inconditam iſtam materiam ſuas in partes ſapientiſſimus ille Architectus diſpoſuiſſet! Sed quum quam plurima profundæ eruditionis, ſubacti judicii, & miræ ſagacitatis indicia & documenta ubivis in hiſce Annotationibus, utut tumultuario congeſtis, compareant, quorum ope difficiliora quæque loca in *Epiſtolis S. Ignatii*, tum quoad verba, tum quoad ſenſum, explicantur, & novo lumine ex S. Theologiæ artisque Criticæ penetralibus reſeratis ſuperfuſo illuſtrantur, credo neminem hiſce ſtudiis paullo exercitatum adeo ſtupido, inepto, & effero fore ingenio, quin, invidia maliſque affectibus ſepoſitis, facile conceſſerit, non leve damnum ſacris literis acceſſurum fuiſſe, ſi perpetuis tenebris ſepultæ jacuiſſent: & forte jacuiſſent, ne dicam, omnino periiſſent, niſi ipſe eruiſſem, &, imprudens licet, obſtricta fide hoc incœptum in me ſuſcepiſſem. Superatis hiſce ſalebris, ad amœniora pergo, in quibus, quid in elucidando Græco textu in hac editione præſtitum ſit, ſine

omni ambage & fuco, perſpicue & candide repræſentabo.

Quæ in editione Amſtelodamenſi præ feſtinatione omiſſa erant, & quæ perperam exſcripta, ex nova iſta collatione, quam, iſtud conſilium ſuggerente D. Voſſio, fieri procuravit D. Pearſonus, ſuis in locis inſerui & emendavi: additis ſubinde ad imum paginæ quibuſdam breviculis Scholiis & conjecturis, quæ in oculos facile incurrunt, quibus textus facilior intellectu reddi poſſit.

Contulit D. Pearſonus *veterem Latinam verſionem*, a D. Uſſerio Armachano primo publicatam, barbaram quidem, ſed ad verbum fideliter expreſſam exactamque, ex codice MS. in Archivis bibliothecæ Collegii Caio-Gonvillani Cantabrigiæ repoſito, & ante quadringentos annos aut circiter, ut ex characteribus & figuris literarum conjecturam facere libet, ſcripto, quem ego quoque ea qua potui accuratione contuli, correctis illius, cujus opera uſus eſt D. Uſſerius, aberrationibus. Vellem equidem codicem alterum ex bibliotheca Viri Reverendiſſimi, D. Montacutii, olim Epiſcopi Norvicenſis, quem ab illo mutuo acceperat Armachanus, conſuluiſſe: ſed ubi jam reperiendus ſit, ne inveſtigando quidem expiſcari poſſum. Veterem harum Epiſtolarum verſionem in bibliotheca Vaticana exſtare teſtatur [a] Turrianus libro primo *pro Canonibus Apoſtolorum*

a Pag. 8. Lutetiæ 1573. 8. *Ignatius in vetere interpretatione Latina manuſcripta Epiſtolæ ad Philadelphenſes, quæ in Vaticano eſt, non habet, quod in Græca Epiſtola nuper in publicum emiſſa legitur, de Paulo inter eos, qui uxorem habuerunt.*

ſtolorum

ſtolorum adverſus Magdeburgenſes Centuriatores, cap. ſecundo, quæ plane cum noſtra eadem eſſe mihi videtur. Sed Romam mittere, ut nova collatio inſtituatur, omnino ſuperfluum videbatur, nec operæ pretium. Alii, quibus volupe eſt, id curent.

Quum vero uterque codex, Græcus & Latinus, magnæ auctoritatis & uſus ſit; ſi qui, hiſce ſtudiis addicti, alterutrum, quo magis curioſitati ſatisfiat, inſpectis hiſce exemplaribus, quibus *Epiſtolarum S. Ignatii* redintegratio debetur, conſulere velint, ex ſubſequentibus indiciis, ubi ſine moleſta exploratione reperiri poſſint, conſtabit.

[a] Exſtat hic inſignis Græcus codex in bibliotheca Eccleſiæ S. Laurentii Florentiæ, pluteo LVII. ad finem codicis, cui titulus, *Incerti Auctoris Epiſtolæ*, in folio haud magno, minutiori charactere deſcripti, in quo libri ſequentes, quorum tituli in initio prænotati ſunt, continentur, *viz.*

Epiſtolæ aliquot S. Maximi aut S. Nili.

S. Maximi Epiſtola exhortatoria ad Georgium Expræfectum Africæ.

Ejuſdem expoſitio Pſalmi LIX.

S. Athanaſii epiſtola ad Rufinianum.

S. Baſilii M. Epiſtola.

S. Gregorii Nazianzeni Epiſtola.

S. Ignatii Martyris epiſtolæ IX. hoc ordine, quarum titulos (omiſſis iſtis ſuppoſititiis & falſo S. Ignatio adſcriptis, quæ in illo codice reperiuntur) hic integros Græce dabo:

[a] Ex ſchedis D. Ledgardi.

Τȣ̃

Τῦ ἁγίυ Ιγνατίυ ἐπιςολὴ Σμυρναίοις.
Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος πρὸς Πολύκαρπον Ιγνάτιος.
Πρὸς Εφεσίυς Ιγνάτιος.
Μαγνησιεῦσιν Ιγνάτιος.
Φιλαδελφεῦσιν Ιγνάτιος.
Τραλλιανοῖς Ιγνάτιος.

Inter genuinas has Epiſtolas S. Ignatii deeſt illa *ad Romanos*, cujus omiſſionis vera ratio eſſe videtur, quod in *Actis Martyrii ejuſdem* ſemper ſolita fuerit interponi, tanquam pars eorundem neceſſaria, & ad hiſtoriam iſtam illuſtrandam appoſitiſſima.

D. Voſſius, quem hac ex parte ſequendum duxi, omnino ſuperfluum putavit nomen S. Ignatii ſingularum Epiſtolarum capiti ſuperaddere. Credo autem nudos hoſce titulos, qui præfiguntur, uti & quandoque eorundem in fine repetitiones, ſoli Librario adſcribi debere, ut Lectorum commodo in iis facilius conſulendis proſpiceretur.

Titulus ille *Epiſtolæ ad S. Polycarpum* præfixus, qui totus, ut hic excuditur, in eadem linea epigraphen præcedente occurrit, videtur in duas partes dividi debere, quarum prior ad *Epiſtolam ad Smyrnæos* ſpectat, Σμυρναίοις ἀπὸ Τρωάδος, ubi punctum apponendum erat; poſterior ad ſubſequentem, Πρὸς Πολύκαρπον, caſu accuſativo, ut in ſequente titulo, Πρὸς Εφεσίυς. Nam Librarius variat, nec ſibi conſtat. Vetus tamen hoc mendum videtur, quod retinet vetus Latinus Interpres, vel ſaltem Librarius, ex defectu interpunctionis debitæ ortum.

Reperi-

Reperitur vetus harum Epiſtolarum Latina verſio in bibliotheca Collegii Caienſis in 4. num. 37. [a] ut illic tum notatum reperi, cum hoc titulo, quem integrum exſcripſi:

Liber Epiſtolarum S. Ambroſii, Epiſcopi & Doctoris ſummi, numero 81. & Epiſtolarum S. Dionyſii Martyris, numero undecim; & Epiſtolarum S. Ignatii Epiſcopi & Martyris, numero 17. & donatus communi Librariæ Sociorum Collegii Annunciationis B. Mariæ in Cantabrigia per Magiſtrum Walterum Crome, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, quondam Socium ejuſdem Collegii, anno Domini 1444. in feſto S. Hugonis.

Epiſtolæ S. Ignatii ibi hoc ordine occurrunt.

1. *Smyrnæis.*
2. *Smyrnæis à Troade Polycarpo.*
3. *Epheſiis.*
4. *Magneſiis.*
5. *Philadelphicis.*
6. *Tralleſiis Aſiæ.*
7. *Epiſtola Mariæ Proſelytæ Chaſſaobolorum ad Ignatium, Epiſcopum Antiochiæ.*
8. *Reſponſio Ignatii Mariæ Proſelytæ ſuper eadem Epiſtola.*
9. *Tharſenſibus.*
10. *Antiochenis.*
11. *Eroni, Diacono Eccleſiæ Antiochenorum.*
12. *Martyrium S. Ignatii, Epiſcopi Antiochiæ Syriæ.* Epiſt. XII. Sic enim ibi appellatur.
13. *Romanis.*

a Vide catalogum codicum MSS. hujus Collegii in præclariſſimo Catalogo librorum MSS. Angliæ & Hiberniæ, Oxonii An. M. DC. XC. VII. edito: in catalogis MSS. Univerſitatis Cantabrigienſis, pag. 109. b.

Poſt

Post has Epistolas, facta earum recensione, sequuntur hæc verba:

Scripsit beatus Ignatius Smyrnæis à Troade, Polycarpo a Troade, Ephesiis a Smyrna, Magnesiis a Smyrna, Philadelphicis a Troade, Trallesiis a Smyrna, Mariæ Proselytæ ab Antiochia, Tarsensibus a Philippensibus, Antiochenis a Philippensibus, Eroni Diacono a Philippensibus, Romanis a [a] *S.... Martyrium Ignatii cum Epistola ad Romanos, scripta ab ipso ad populum Romanorum.*

14. *Joanni Evangelistæ.*
15. *Joanni Evangelistæ.*
16. *S. Mariæ.*
17. *Ignatio Sancta Maria.*

De hoc codice rectissime hæc annotavit D. Pearsonus:

Ordo hic Latinarum idem est cum ordine Græcarum in codice Mediceo: licet Usserius eas ediderit eodem ordine, quo Græcæ interpolatæ editæ sunt. Unde non minima Epistolæ ad Polycarpum injuria facta.

Quum *Epistola ad Romanos* in Mediceo codice desideraretur, D. Vossius in ea redintegranda ope veteris Latinæ versionis utilem impendebat operam: idemque aggredi proposuit D. Pearsonus, confisus, se illam longe integriorem & exactiorem daturum esse. Sed ab hoc labore omnino supersedendum est, ex quo Epistolam illam in *Actis Martyrii S. Ignatii*, a conditoribus istorum *Actorum*, ut par est credere, insertam, cui ve-

[a] Smyrna.

tus

tus verſio Latina fere in omnibus reſpondet, in lucem ex codice MS. Colbertino Græce produxerit clariſſimus & doctiſſimus Vir, Theodoricus Ruinartus, ad calcem libri, qui inſcribitur, *Acta primorum Martyrum ſincera & ſelecta*, ab ipſo editi, Pariſiis M. DC. LXXX. IX.

Hanc, prout ibi exſtat, in hac noſtra editione ſcrupuloſe nimis exprimere placuit, & textum emendare pene nefas duximus, licet manifeſtis erroribus ex negligentia exſcriptoris affatim ſcateat, quos in Annotationibus corrigendos reſervavimus.

Poſt Annotationes D. Pearſoni addidi ejuſdem eruditiſſimam *de anno, quo S. Ignatius ab Imperatore Trajano Antiochiæ condemnatus, & glorioſo Martyrio Romæ conſummatus fuerit, diſſertationem;* in qua verum illius paſſionis tempus certis probationibus demonſtravit, ut de illo in futurum a nemine dubitari poſſit. Olim quidem cum D. Uſſerio ſentiebat, agonem hunc anno æræ vulgaris Chriſtianæ CVII. obtigiſſe: ſed tandem poſt longas Chronologicarum difficultatum evolutiones, calculis accuratiſſime ſubductis, Martyrium figit anno Chriſti CXVI. Qualis etiam eſt ſententia Reverendiſſimi Viri, D. Guilielmi Lloydii, tunc temporis Epiſcopi Aſaphenſis, in literis ad C. V. Antonium Pagi; qui eam in Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales Card. Baronii ad A. Ch. CVII. & Trajani X. cum inſigni elogio publicavit.

Poſt uberrimas Virorum præſtantiſſimorum, D. D. D. D. Voſſii, Uſſerii, Cotelerii & Pearſoni vindemias, quaſdam racemationes ab illis

relictas

relictas collegi: an vero sint cujuspiam bonæ frugis, aliorum judicium esto. Præter collationes Medicei codicis cum interpolatis Epistolis, & cum locis a Patribus antiquis, aliisque mediæ ætatis scriptoribus passim citatis, ut inde, ubi quippiam dubii suberat, quoquo modo lectionem eruere possem, præcipue satagebam sanctissimi Scriptoris mentem explorare, & sententias, quæ explicatione indigere viderentur, facili & dilucida paraphrasi illustrare, in usum nimirum Studiosorum S. Theologiæ, qui optima methodo, post sacras scripturas, legendis primævæ antiquitatis Patribus sedulam dant operam. Si scopum attigerim, non parum lætabor: sin minus, nova hac via aperta & quasi digito monstrata, aliis, qui hoc argumentum feliciori genio pertractaturi sint, præivisse abunde sufficiat.

In hac Sylloge proxime sequuntur *Græca Acta Martyrii S. Ignatii* ex eodem codice Colbertino ad literam fere expressa, ne quicquam in textu temere mutasse viderer: mendas autem, quæ in oculos insiliunt, in notis reservavi corrigendas. *Acta* hæc mihi videntur esse pura & genuina, nec a quoquam juste sollicitanda, si paucissima, præsertim ea de annis Trajani & nominibus Consulum, sub quibus hæc gesta fuisse dicuntur, quæ variationem a Librariis, veræ istorum temporum supputationis omnino ignaris, introductam passæ sint, excipiamus. Sed hisce litibus chronologicis in præsens non me immiscebo, quum de anno, quo glorioso hoc agone consummatus fuerat S. Ignatius, ex dissertatione D. Pearsoni certo constet: de aliis circumstantiis

juxta

juxta Faſtorum Conſularium normam explorandis forſan diſſerendi opportunior poſtea dabitur occaſio. Nihil autem hinc Actorum αὐθεντίᾳ aut veritati hiſtoricæ detrahi aut poteſt aut debet, de quibus quum in Præfatione fuſe egerim, ea cum nauſea & tædio Lectoris hic repetere nolo.

Epiſtolam S. Polycarpi ad Philippenſes, cui ille genuinarum *S. Ignatii Epiſtolarum ſyllogen* ſubjunxerat, primus Græce [a] Petrus Halloix S. J. ex apographo Turriani ad illum a doctiſſimo Viro, Jacobo Sirmondo, diligentiſſimo ac feliciſſimo Antiquitatum Eccleſiaſticarum inveſtigatore, tranſmiſſo edidit. Genuina certe Epiſtola eſt, & in maximo apud Chriſtianos primorum ſeculorum pretio & honore habita, in quorum ſolennibus conventibus legi ſolebat, & ex qua Euſebius dicit, inter alia, quædam teſtimonia ex priori S. Petri Epiſtola deſumpta eſſe, quod legenti abunde conſtabit: nec minus Sanctiſſimus Martyr *in Epiſtola S. Clementis Romani ad Corinthios* verſatus mihi videtur, cujus verba quoque ſæpenumero retinet. Unicum illud exemplar videtur in Chriſtiano orbe adhuc repertum, quo uſus eſt Turrianus, ex quo cetera apographa derivantur. Utinam vero illa Græce integra exſtitiſſet! Dolendum enim eſt, poſteriorem partem, quæ eundem Auctorem plane habet, ibi deeſſe: ſed interim verſione veteri Latina contenti eſſe debemus, donec perfectum exemplar cura Principum & Epiſcoporum ex Græ-

a *In illuſtrium Eccleſiæ Orientalium Scriptorum, qui ſanctitate juxta & eruditione primo Chriſti ſeculo floruerunt & Apoſtolis convixerunt, vitis & documentis. Duaci* M. DC. XXXIII. *Tom.* I. *p.* 525.

cia procurari poſſit. Illa autem antiqua verſio eſt mendoſiſſima, nec operæ pretium duxi in illa reſtituenda valde ſollicitum eſſe.

Denique parvam hanc Syllogen claudunt *Acta Martyrii S. Polycarpi*, quorum maximam partem conſervavit Euſebius in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. IV. cap. 15. Sed quæ integra D. Uſſerius Armachanus e Menologio Græco, MS. n. 238. fol. 14. b. in Archivis Baroccianis bibliothecæ Oxonienſis repoſito, ſub hoc titulo, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Φεβρουαρίων, edidit.

Aliud exemplar huic par & geminum quoque exſtat in bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi in Menologio Græco menſis Februarii, ut patet ex Petri Lambecii Commentariorum lib. VIII. p. 88. ubi initium hujus Martyrii, & finis, qui deſinit ſectione XIX. noſtræ editionis, occurrunt, poſitis ibi paucis, quæ in Sect. XVII. melius & rectius collocantur. Paucas inde Variationes in ima pagina appoſui, integra collatione iis, qui iſto codice poſtea uſuri ſint, relicta.

Latina verſio ex codicibus Cottoniano & Sariſberienſi a D. Uſſerio deſumpta eſt, potius *paraphraſis* appellanda, paſſim mendoſa, inepta, & corrupta, quam tamen ob antiquitatem, fructumque aliquem inde colligendum, retinendum volui. Supervacanei fuiſſet laboris aut eam cum originali Græco, aut cum verſionibus Latinis, a Bollando aliiſque publicatis, conferre conari. Compertiſſimum habeo, quemlibet exſcriptorem, (quod de Græcis quoque Librariis dicendum eſt) de ſuo explicationis cauſſa, prout animo lubebat,

bat,

bat, addere consuevisse. Has minutias sæpe sæpius neglexi, imo & contempsi, utpote quæ nullo modo ad elucidandum Græcum textum conducant. Quid vero, sive in *Epistola S. Polycarpi*, sive in *Actis Martyrii ejusdem*, emendandis & illustrandis fecerim, malim, ut quispiam a se, si hanc editionem cum præcedentibus conferre velit, quam nostro præconio, ediscat.

Quum spem non illætabilem mente concepissem, quam Viri clarissimi, quorum judicium ab omni suspicione, pariter ac probitas ab omni assentatione vacaverit, crebris suis hortatibus suasibusque, ne dicam prompta & inexspectata commendatione alebant, me in edendis *S. Ignatii Epistolis*, reliquisque, quæ sequuntur, de bonis literis, Ecclesia Anglicana, de Apostolica hierarchia, deque juvenibus Theologis, sese ad hæc sacra studia accingentibus, bene, aliquantulum saltem, forsan meriturum esse; facile in animum induxi meum, honestum hoc, post tot annos intermissum, imo & abjectum, hasce *Epistolas & Acta* edendi propositum resumere, &, si quoquo modo fieri posset, in publicam lucem dare.

Quod jam voti compos fiam, id maxime debetur reverendo & insignissimo Viro. D. Doctori Lancaster, celeberrimæ Academiæ Oxoniensis Vice-Cancellario; qui pro sacræ & politioris literaturæ amore, & pro eximia ista, qua erga nomen & memoriam Viri summi, D. Pearsoni, ferebatur, reverentia, veneranda hæc Antiquitatis Ecclesiasticæ monumenta e Theatro Sheldoniano edenda esse voluit & jussit: quod hic omni cum debito gratitudinis sensu, prout fas exigit,

 agnosco.

agnoſco. Quum vero per ingraveſcentem ætatem aliaque incommoda Oxonii, ubi magnam vitæ meæ partem in Collegio B. Mariæ Magdalenæ olim feliciter tranſegeram, dum typothetæ inſtarent operi, ferveretque prelum, moram facere neutiquam liceret, ad abſentis vices ſupplendas, hunc laborem perquam benevole in ſe ſuſceperunt, J. Hudſonus, S. T. P. bibliothecæ Bodleianæ Præfectus, vir ſane doctiſſimus, boniſque literis promovendis natus; & T. Hearnius, A.M. cujus induſtria, virtus, & eruditio ipſum longe meliori ſorte, imo & Præſulum Magnatumque favore & patrocinio perquam digniſſimum reddunt: quorum junctis operis conſiliiſque me in hac editione adornanda maxime adjutum eſſe, prout æquum eſt, profiteri geſtio. Sed non te diutius morabor.

Vale, Lector erudite & candide, & hiſce conatibus noſtris, quos in ſanctiſſimi Numinis gloriam, inque publicam Eccleſiæ & Reipublicæ literariæ utilitatem, quod hic repetere oportet, ſincera mente deſtinavi, fave, &, ſi tibi allubeſcant, fruere.

Weſtmonaſterii
21. *Octobris*
A. Ch. 1708.

T. S.

TESTI-

TESTIMONIA VETERUM
DE
S. IGNATII EPISTOLIS.

Eusebius Hist. Eccles. l. III. c. 36.



Παρὰ πλείστοις εἰσέτι νῦν διαβόητος Ἰγνάτιος, τῆς κατ᾽ Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. λόγος δ᾽ ἔχει τοῦτον ἀπὸ Συρίας εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν. καὶ δὴ τὴν δι᾽ Ἀσίας ἀνακομιδὴν μετ᾽ ἐπιμελεστάτης φρουρῶν φυλακῆς ποιούμενος, τὰς κατὰ πόλιν, αἷς ἐπεδήμει, παροικίας ταῖς διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ προτροπαῖς ἐπιῤῥωννὺς, ἐν πρώτοις μάλιστα προφυλάττεσθαι τὰς αἱρέσεις ἄρτι τότε πρῶτον ἀναφυείσας καὶ ἐπιπολαζούσας παρῄνει· προὔτρεπέ τε ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, ἣν ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ ἐγγράφως, ἤδη μαρτυρούμενος, διατυποῦσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο. οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται· καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην, ἧς ἄρχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστορεῖ. πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει· ᾗ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου, τῆς ποθουμένης αὐτὸν

ἀποςερήσαιεν ἐλπίδος· ἐξ ὧν καὶ βραχύτατα εἰς ἐπίδειξιν τῶν εἰρημένων παραθέσθαι ἄξιον· γράφει δὴ ἖ν κατὰ λέξιν· καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης πόλεως ταῖς καταλεχθείσαις ἐκκλησίαις διετυπώσατο. ἤδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγȣμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ ἀποςολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Αντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπȣδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων, ȣ̓κ οἶδ' ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τȣ̃ χριςȣ̃ διεξιών.

Οἶδε δὲ αὐτȣ̃ τὸ μαρτύριον καὶ ὁ Εἰρηναῖος, καὶ τῶν ἐπιςολῶν αὐτȣ̃ μνημονεύει, λέγων ȣ̓́τως· ὡς εἶπέ τις τῶν ἡμετέρων, διὰ τὴν πρὸς θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία, ὅτι σῖτός εἰμι τȣ̃ θεȣ̃, καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ. καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τȣ́των αὐτῶν μέμνηται ἐν τῇ φερομένῃ αὐτȣ̃ πρὸς Φιλιππησίȣς ἐπιςολῇ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασι· l. Nicephorum l. III. c. 19.

Lib. V. cap. 8.

Εἶτι καὶ Ιȣςίνȣ τȣ̃ μάρτυρος καὶ Ιγνατίȣ μνήμην πεποίηται, μαρτυρίαις αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν τȣ́τοις γραφέντων κεχρημένος. Nicephorus l. IV. c. 14. in locum Ignatii Clementem ſubſtituit.

Hiero-

Hieronymus, in libro de viris illuſtribus cap. 16.

Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, commovente perſecutionem Trajano, damnatus ad beſtias, Romam vinctus mittitur. cumque navigans, Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus auditor Johannis Epiſcopus erat; ſcripſit unam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes; quartam ad Romanos: & inde egrediens, ſcripſit ad Philadelpheos, & ad Smyrnæos, & proprie ad Polycarpum; commendans illi Antiochenſem eccleſiam, in qua & de Evangelio, quod nuper a me translatum eſt, ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium, dicens: *ego vero & poſt reſurrectionem in carne eum vidi, & credo, quia ſit. & quando venit ad Petrum, & ad eos, qui cum Petro erant, dixit eis: ecce palpate me & videte, quia non ſum dæmonium incorporale: & ſtatim tetigerunt eum & crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem & de epiſtola ejus, quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere: *de Syria uſque ad Romam pugno ad beſtias, in mari & in terra, nocte dieque, ligatus cum decem leopardis, hoc eſt militibus, qui me cuſtodiunt, quibus & cum benefeceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt; ſed non idcirco juſtificatus ſum. Utinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt præparatæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me; ne ſicut & aliorum Martyrum, non audeant corpus meum attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ut*

 devo-

devorer. Ignoſcite mihi, filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus; nihil de his quæ videntur, deſiderans, ut Jeſum Chriſtum inveniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorumque diviſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum ut Chriſto fruar. Cumque jam damnatus eſſet ad beſtias; ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: *frumentum Chriſti ſum; dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar.* Paſſus eſt anno undecimo Trajani.

Theodoritus, *dialogo primo.*

Ἐπιδείξω σοὶ τὸν πανεύφημον τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, &c. ἀκήκοας δὲ πάντως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον, ὃς διὰ τῆς τȣ͂ μεγάλȣ Πέτρου δεξιᾶς, τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας, τὸν τȣ͂ μαρτυρίȣ ϛέφανον ἀνεδήσατο. *Poſtea laudat loca, ad Smyrn.* 1. 5. 4. *ad Epheſ.* 18. 20. 7. *ad Trall.* 9. *& Dialogo* 2. *citat epiſtolæ ad Smyrnæos c.* 3. *& Dialogo* 3. *ejuſdem epiſtolæ c.* 7. *lege etiam Theodoriti Ep.* 89. *&* 145. *item Facundum Hermianenſem L. VIII. C. I.*

SS. IGNATI

SS. IGNATI ET POLYCARPI EPISTOLARUM *SUMMARIA.*

S. IGNATII EPISTOLAE AD SMYRNAEOS *SUMMARIA.*

C. I. *gaudere se significat, quod firmi persistant in fide Evangelii, cujus summa capita, quoad doctrinam de Jesu Christo, recitat.*

II. *vere, non in apparentia passum esse contra docetas asserit.*

III. *verum fuisse hominem etiam post resurrectionem: hocque discipulis demonstrasse.*

IV. *monet, ut caveant sibi ab istis hæreticis: nisi enim vere hæc a Domino essent peracta, nunquam se tantum laboris & periculi suscepturum fuisse.*

V. *periculum hujus erroris porro declarat, illosque hac ratione Christum abnegare.*

VI. *heterodoxos istos plane adversos esse sententiæ Dei.*

VII. *fugiendos ergo istos, & attendendum Prophetis Evangelioque.*

VIII. *respiciendum ad Presbyterium, præcipue autem ad Episcopum.*

IX. *honorem Episcopi porro urget: & gratias Smyrnæis agit pro officiis sibi præstitis.*

X. *et Philoni, Rheo ceterisque comitibus exhibitis.*

XI. *Ecclesiam Antiochenam pace frui : mittendum ergo a Smyrnæis legatum, qui illi hoc nomine gratuletur.*

XII. *a fratribus, qui sunt Troade, illis salutem dicit. Salutat Episcopum, Presbyteros, Diaconos,*

XIII. *et fratres cum familiis, virginesque.*

EPISTOLAE AD POLYCARPUM

SUMMARIA.

I. *laudat Deum propter firmam Polycarpi pietatem: & ad varias virtutes exhortatur.*

II. *præcipue illas, quæ bono Episcopo conveniunt.*

III. *ad patientiam & constantiam.*

IV. *officium erga viduas, servos & ancillas.*

V. *quid conjugibus, cælibibus, sponsis sit inculcandum.*

VI. *unitatem & respectum Episcopi aliaque officia commendat.*

VII. *theodromum sive legatum in Syriam mitti jubet, qui Antiochenæ Ecclesiæ pacem gratuletur.*

VIII. *vult ut Polycarpus vicinis Ecclesiis, idem ut faciant, scribat. salutationes.*

EPISTOLAE AD EPHESIOS

SUMMARIA.

I. *gratias agit, quod Onesimum Episcopum ad se miserint, quem, ut & Ephesios eximie laudat.*

II. *comites Onesimi Burrhum, Crocum,* &c. *nominat; ut subjiciantur Ephesii Episcopo & Presbyterio, monet.*

III. *excu-*

III. *excusat libertatem hujus admonitionis.*

IV. *unitatem commendat, ut Presbyterium Episcopo conjungatur, quemadmodum citharæ chordæ.*

V. *hujus unionis utilitas.*

VI. *idem porro urget, & Ephesios ob hanc subjectionem collaudat.*

VII. *hæreticos acriter insectatur, & verum magistrum Dominum Jesum illis ab utraque natura depingit.*

VIII. IX. *commendat Ephesios a cura salutis, & quod falsis doctoribus aures occluserint.*

X. *seduloque pro aliis orent: quomodoque erga extraneos se gerere debeant, docet.*

XI. XII. *Dei timorem inculcans, ut pro se orent, petit.*

XIII. XIV. *cultum publicum commendat: fidem & charitatem, ut in unum coeuntia acriter inculcat.*

XV. *exteriori professioni interior animi dispositio adjungenda.*

XVI. XVII. *Evangelium non est pravis doctrinis corrumpendum.*

XVIII. *crux Christi scandalum: ejus nativitas & Baptismus.*

XIX. *tria mysteria, quæ latuerunt Diabolum; virginitas Mariæ, ejus partus, & mors Domini. quomodo per astrum cœleste mundo revelatus sit.*

XX. XXI. *promittit se aliam ad illos exaraturum epistolam; speratque in unitate fidei, Eucharistiæ & regiminis episcopalis permansuros: ad memoriam sui & preces adhortatur, Deoque Ephesios commendat.*

EPISTOLAE AD MAGNESIOS SUMMARIA.

I. *occasio ad illos scribendi hanc epistolam.*

II. *adventus ipsorum Episcopi Damæ & Presbyterorum Bassi & Apollonii, itemque Diaconi Sotionis.*

III. *hortatur, ut honorem exhibeant Episcopo, quamvis juniori & novo.*

IV. *sic bonæ studeant conscientiæ.*

V. *transit vita, & aut numisma Dei, aut numisma mundi i. e. aut felicitas aut miseria eligenda.*

VI. *hinc ordo observandus, & unitati studendum.*

VII. *nihil sine Episcopo & Presbyteris agendum.*

VIII. IX. X. *Cavendum a falsis doctrinis, speciatim ab Ebionitarum, & judaizantium erroribus, ut soli Christo Magistro exemplo Prophetarum attendamus.* Pearson. Vind. Ignat. part. 2. C. 4.

XI. *hæc præmonendi, non exprobrandi caussa scripsit.*

XII. *modestiamque & humilitatem Magnesiorum eximie laudat.*

XIII. *ut pergant in fide in Christum & obedientia, hortatur.*

XIV. *et pro se atque Ecclesia Antiochena preces fundant.*

XV. *Salutationes.*

EPISTOLAE AD PHILADELPHENSES.

I. *post inscriptionem, Episcopum Philadelph. eximiis laudibus prosequitur.*

II. *ut ei adhæreant, rejectis falsis doctoribus, monet.*

III. IV. *unitati studeant, & una Eucharistia utantur.*

V. *amorem erga illos declarat, & preces illorum expetit; ipsos etiam Prophetas in Christum sperasse & ab eo salutem consequutos fuisse.*

VI. *nec tamen Judaismum admittendum esse, cujus doctores columnis sepulchralibus similes sint.*

VII. *quomodo, spiritu impellente, præsens illis unitatem & imitationem Christi inculcaverit.*

VIII. *nihil per contentionem faciendum: in Christo acquiescendum.*

IX. *hunc annunciavere Prophetæ, Evangelium exhibuit.*

X. *quum pacem consequuta sit Ecclesia Antiochena, par esse, ut misso legato eidem felicitatem hanc gratulentur.*

XI. *indicat, quinam fidelium sibi adsint, & gratias agit, quod benigne ab illis habiti fuerint. Salutatio.*

SUMMARIA EPIST. AD TRALLIANOS.

I. *laudat Trallianorum charitatem, quam misso Polybio Episcopo sibi declaraverint.*

II. *nihil sine Episcopo & Presbyterio agendum. Diaconorum munus.*

III. *his obediendum: commendatio hujus Episcopi.*

IV. ar-

IV. *ardor zeli Ignatii mansuetudine temperandus.*
V. *utut sublimis sit scientia rerum cœlestium in Ignatio, & jam vinctus sit, nondum ob hæc discipulus Christi est.*
VI. *ab hæreticis sibi caveant, monet, salutarem doctrinam Christi veneno inficientes.*
VII. *hoc fit, si humilitate ornati, unitati & ordini studeant.*
VIII. *præmunit illos contra insidias diaboli, fidem charitatemque inculcans.*
IX. *qua de caussa historiam Christi* κατ' ἐπιτομὴν *tradit.*
X. *contra docetas, quos non dubitat atheos & infideles appellare.*
XI. *hi fugiendi, ceu plantæ lethiferæ.*
XII. *repetit monitum de charitate & concordia, & preces ipsorum expostulat.*
XIII. *Salutationes & valedictio.*

SUMMARIA EPISTOLAE AD ROMANOS.

I. *desiderium videndi Romanos declarat, optatque Martyrium, ni Romani precibus suis moram ei afferant.*
II. *vehementer illos obtestatur, ne hanc ei gloriam invideant.*
III. *potius Deum rogent, ut sibi ad tantum certamen vires suppeditet.*
IV. *ferarum dentibus commoli cupit, ut purus Christi panis inveniatur.*
V. VI. *idem martyrii desiderium amplius & valde emphaticis verbis declarat.*

VII. VIII.

VII. VIII. *denuo Romanos obtestatur, ne ad Deum contendenti obstaculo sint.*

IX. *Ecclesiam Syriæ precibus ipsorum commendat, & Ecclesiarum, per quas transiit, studia in se laudat.*

X. *concludit, commendans nonnullos ipsorum benevolentiæ.*

EPISTOLAE S. POLYCARPI AD PHILIPP.

SUMMARIA.

I. *post salutationem laudat Philippenses propter benignitatem, illis qui persequutionem passi sunt, exhibitam, & propter fidem pietatemque.*

II. *hortatur, ut persistant, argumento a resurrectione Domini nostraque, & futuro judicio petito.*

III. *obsequentes mandatis Pauli Apostoli, cujus epistolam vehementer commendat, ædificantem in fide, spe & caritate.*

IV. *contra avaritiam: officia conjugum, mulierum, & viduarum.*

V. *Diaconorum, Juniorum, Virginum.*

VI. *Presbyterorum: communia officia.*

VII. *Antichristus: primogenitus Satanæ: falsi doctores vitandi: orandum.*

VIII. *patiendum pro Christo, ad ejus exemplum.*

IX. *et exemplum non tantum Ignatii, Zosimi, Rufi, sed Pauli reliquorumque Apostolorum.*

X. *varia*

X. *varia officia inculcat, speciatim constantiam.*

XI. *deplorat Valentis presbyteri delictum, & ab avaritia cavere, errantemque in viam revocare jubet.*

XII. *votum, & adhortatio ad precationem.*

XIII. *de epistolis Ignatii, quas Philippensibus mittit Polycarpus.*

XIV. *Crescentem & sororem ejus commendat.*





ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

SANCTI IGNATII EPISTOLÆ.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

AD SMYRNÆOS.


Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & dilecti Jesu Christi, misericordiam consecutæ in omni dono, repletæ fide & charitate, nullum non donum assecutæ, divinissimæ & sanctiferæ, quæ est Smyrnæ in Asia; in Spiritu immaculato & verbo Dei salutem plurimam.

I. Glo-

I.

GLorifico Jesum Christum Deum, qui tanta vos sapientia donavit. Cognovi enim vos perfectos in fide immota; ut affixos cruci Domini nostri JesuChristi, & carne & spiritu; & firmatos in charitate, in sanguine Christi; plene persuasos in Dominum nostrum: vere existentem de genere Davidis, secundum carnem; filium Dei secundum voluntatem & potentiam Dei: natum vere ex Virgine: baptizatum à Johanne, ut [a] *impleretur ab eo omnis justitia:* vere sub Pontio Pilato & Herode Tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne. Ex quo fructu nos sumus, per divine-beatam passionem ejus; ut elevet [b] signum

α'.

Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν, τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἑδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, [1] πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ, γεγενημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ [2] θεομακαρίου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον

1 Theodoret. Dialog. I. 2 MS. θεομακαρίτου. lege θεομακαρίστου. a S. Matth. III. 15. b Isa. V. 26. & XLIX. 22. juxta LXX. *Vexillum Crucis*, in fragmentis S. Polycarpi.

εἰς

εἰς τὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τὺς ἁγίυς ϗ πιστὺς αὐτῦ, εἴτε ἐν Ἰυδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτῦ.

β. Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες, ϗ καθὼς φρονῦσιν ϗ συμβήσεται αὐτοῖς, ὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

γ'. Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, ϗ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, ϗ ἴδετε, ὅτι ὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτῦ ἥψαντο, ϗ ἐπίστευσαν, [1] κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τῦτο καὶ θανάτυ κατεφρόνησαν·

in secula, per resurrectionem, sanctis & fidelibus suis, sive in Judæis, sive in Gentibus, in uno corpore Ecclesiæ suæ.

II. Omnia enim hæc passus est propter nos, ut salutem consequamur. Et vere passus est; sicut & vere seipsum resuscitavit. Non, ut quidam infideles dicunt, secundum opinionem ipsum passum esse, ipsi secundum opinionem existentes: & quemadmodum sapiunt, sic & continget eis; qui phantastici sunt & dæmoniaci.

III. [a] Ego enim & post resurrectionem eum in carne novi, & credo esse. Et quando ad eos, qui cum Petro erant, venit, inquit ipsis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quod non sum dæmonium incorporale.* Et confestim ipsum tetigerunt, atque crediderunt convicti carne ipsius & spiritu. Propter hoc etiam mortem contempserunt;

1. MS. κρατηθέντες, compendiaria scriptione. a Euseb. H. E. l. III. c. 36. Theodoret. Dialog. II.

runt; supra mortem vero inventi sunt. [a] Post resurrectionem autem cum illis comedit & bibit, ut carnalis, quamvis spiritualiter unitus Patri.

IV. De his autem admoneo vos, carissimi, sciens quod & vos ita habeatis. Sed præmunio vos contra feras humanam formam præ se ferentes; quos non solum oportet vos non recipere; sed, si possibile est, neque obviam eis fieri; solum vero pro ipsis orare, si quo modo pœnitentiam agant, quod admodum difficile est. Hujus autem potestatem habet Jesus Christus vera nostra vita. Si enim opinione sola hæc à Domino nostro sunt peracta; & ego opinione solum vinctus sum. Quid vero & meipsum morti deditícium tradidi, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Verum qui prope gladium, prope Deum est: qui cum bestiis, cum Deo est.

ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν, ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

δ'. Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων· οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾷν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. [1] Εἰ γὰρ [2] τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ' [3] ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς θεοῦ, [4] μεταξὺ θηρίων, μεταξὺ θεοῦ".

1 Theodoret. Dialog. I. 2 Theodoret. τῷ. utrobique. 3 Ὁ ἐγγὺς, Theodor. 4 Hæc male omittuntur à Theodoreto. a Theodoret. Dialog. II.

Μόνον

Μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπομένω· αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

ε΄. Ὃν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ᾽ ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ᾽ οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα [1] τῶν κατ᾽ ἄνδρα παθήματα. Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. [2] Τί γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται [3] ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

Tantum in nomine Jesu Christi, ut simul cum illo patiar, omnia sustineo; ipso roborante me, qui perfectus homo factus est.

V. Quem quidam ignorantes abnegant: magis autem abnegati sunt ab ipso; patroni mortis magis quam veritatis. Quibus nec Prophetiæ persuasere, nec Mosis lex, sed nec Evangelium in hunc usque diem, neque nostræ singulorum passiones. Nam & de nobis id ipsum sentiunt. Quid enim mihi prodest, si quis me laudet, & dominum meum blasphemet, non confitens ab ipso carnem gestari? Qui vero id non dicit, prorsus eum negavit, & ipse cadaver gestat. Nomina vero eorum, cum sint infidelia, non visum est mihi scribere: sed & absit à me, ut eorum mentionem faciam, donec resipiscant in passionem, quæ est nostra resurrectio.

1 Interpol. habet τά. sed τῶν potest retineri. 2 Theodoret. Dialog. I. 3 Theodoret. ὡς νεκροφόρον. male.

VI. Nemo erret. Et ſupercœleſtia, & gloria Angelorum, & [a] Principes viſibiles ac inviſibiles, ſi non credant in ſanguinem Chriſti; etiam illis judicium eſt. [b] *Qui capit, capiat.* Locus neminem efferat. Totum namque eſt fides & charitas, quibus nihil prælatum eſt. Conſiderate vero eos, qui alienam opinionem tuentur contra gratiam Jeſu Chriſti, quæ ad nos venit, quomodo contrarii ſint ſententiæ Dei. De caritate non eſt cura ipſis, non de vidua, non de orphano, non de oppreſſo, non de vincto vel ſoluto, non de eſuriente vel ſitiente.

ς'. Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ [1] πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. Ὁ χωρῶν χωρείτω. Τόπος μηδένα φυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσιν τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

VII. Ab euchariſtia & oratione abſtinent; eo quod non confiteantur euchariſtiam carnem eſſe Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſua benignitate ſuſcitavit. Qui ergo contradicunt huic do-

ζ'. [2] Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ

1 MS. πιστεύσωμεν. 2 Theodoret. Dialog. III. a V. Vind. Ignat. II. 90. b S. Matt. XIX. 12.

τοῦ

τȣ͂ θεȣ͂ συζητȣ͂ντες ἀποθνήσκȣσι. Συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾷν, ἵνα καὶ ἀναςῶσιν. Πρέπον ȣ͂ν ἐςὶν ἀπέχεσθαι τῶν τοιȣ́των, καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάςασις τετελείωται. Τȣ̀ς δὲ μερισμȣ̀ς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

ή. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολȣθεῖτε, ὡς Ιησȣ͂ς Χριςὸς τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποςόλοις· τȣ̀ς δὲ διακόνȣς ἐντρέπεσθε, ὡς θεȣ͂ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τȣ͂ ἐπισκόπȣ τὶ πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Εκείνη βεβαία εὐχαριςία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον ȣ͂σα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Οπȣ ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔςω· ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριςὸς Ιησȣ͂ς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐςιν χωρὶς τȣ͂ ἐπισκόπȣ

no Dei, altercantes moriuntur. Utile autem esset ipsis diligere, ut & resurgerent. Decet itaque abstinere ab ejusmodi, & nec in privato, nec in communi colloquio de illis verba facere: attendere autem Prophetis, præcipue autem Evangelio, in quo passio nobis ostensa & resurrectio perfecta est. Divisiones vero fugite, ut principium malorum.

VIII. Omnes Episcopum sequimini, ut Jesus Christus Patrem; & Presbyterium ut Apostolos. Diaconos autem revereamini ut Dei mandatum. Sine Episcopo nemo quicquam faciat eorum, quæ ad ecclesiam spectant. Rata eucharistia habeatur illa, quæ sub Episcopo fuerit, vel cui ipse concesserit. Ubi comparuerit Episcopus, ibi & multitudo sit: quemadmodum ubi fuerit Christus Jesus, ibi catholica est Ecclesia. Non licet sine Episcopo, neque

que baptizare, neque agapen celebrare: sed quodcunque ille probaverit, hoc & Deo est beneplacitum: ut tutum ratumque sit quodcunque agitur.

IX. Consentaneum est deinceps resipiscere; & dum adhuc tempus habemus, ad Deum per pœnitentiam redire. Bene habet, Deum & Episcopum respicere. Qui honorat Episcopum à Deo honoratus est. Qui clam Episcopo aliquid agit, diabolo præstat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia abundent: digni enim estis. Omni modo me recreastis: & vos Jesus Christus. Absentem me ac præsentem dilexistis: retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini.

X. Quod Philonem, & Rheum Agathopodem, qui me secuti sunt in verbo DEI, ut Christi DEI ministros exceperitis, bene fecistis. Qui & Domino pro vobis gratias agunt, quod

οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

θ. Εὔλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι· καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχομεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει καὶ Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τὶ πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω, ἄξιοι γάρ ἐστέ. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. Ἀμείβῃ ὑμῖν Θεὸς, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

ι. Φίλωνα, καὶ Ῥέον Ἀγαθόπουν, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἳ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀν-

ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. Αντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μȣ, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε ἐδὲ ἐπαισχύνθητε· οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίςις Ιησȣ̃ς Χριςός.

ια΄. Η προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Αντιοχεία τῆς Συρίας. ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεςάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, ἐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι ἔσχαȷος αὐτῶν ὤν· καȷὰ θέλημα δὲ Θεȣ̃ κατηξιώθην, ἐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ᾽ ἐκ χάριτος θεȣ̃, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν θεȣ̃ ἐπιτύχω. Ινα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν ȣ̓ρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν θεȣ̃ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύȣσι, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος,

omnibus modis illos refeceritis. Nihil vobis utique deperibit. Vice animarum veſtrarum ſpiritus meus ſit, & vincula mea, quæ non faſtidiſtis, nec erubuiſtis: nec de vobis erubeſcet perfecta fides Jeſus Chriſtus.

XI. Oratio veſtra pervenit ad eccleſiam Antiochenam, quæ eſt in Syria: unde, Deo decoris ligatus vinculis, omnes ſaluto: qui inde exiſtere non ſum dignus, cum extremus ſim eorum; ſed Dei voluntate dignus effectus ſum; non juxta conſcientiam, ſed ex gratia Dei: quam opto perfectam mihi dari, ut per orationem veſtram Deum conſequar. Quo itaque opus veſtrum abſolutum ſit, tum ſuper terram, tum in cœlo; decet ad Dei honorem, ut eccleſia veſtra eligat ſacrum legatum; ut cum ad Syriam uſque venerit, congratuletur illis, quod pacem conſecuti ſint, & ſuam receperint magnitudinem,

ac restitutum sit illis suum corpus. Digna igitur mihi res est visa, ut aliquem vestrum mittatis cum epistola, quo una cum illis glorificet Deum, de tranquillitate, quam in Deo consecuti sunt, & quod portu jam potiti sunt per orationem vestram. Cum perfecti sitis, perfecta & sentite. Cupientibus enim vobis benefacere, Deus largiri paratus est.

καὶ ἀπεκατεςάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. Ἐφάνη μοι οὖν ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιςολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες τέλεια καὶ φρονεῖτε. Θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὐπράσσειν Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

XII. Salutat vos charitas fratrum qui sunt in Troade: unde & scribo vobis per Burrhum, quem misistis mecum una cum [a] Ephesiis fratribus vestris: qui omni modo me refocillavit. Atque utinam omnes illum imitentur, qui est exemplar divini ministerii. Remuneret ipsum gratia per omnia. Saluto Deo dignum Episcopum & Deo decorum Presbyterium, & conservos meos diaconos, sigillatimque ac in universum omnes; in nomine JESU CHRISTI,

ιβ'. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεσείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον Θεοῦ διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέςατον πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριςοῦ,

a Euplo & Frontone.

καὶ

καὶ τῇ σαρκὶ αὐτȣ̃ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε ϗ ἀναστάσει, σαρκικῇτε ϗ πνευματικῇ, [1] ἐν ὀνόματι΄΄, ἐν ἑνότητι Θεȣ̃ ϗ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.


ιγ΄. Ἀσπάζομαι τȣ̀ς οἴκȣς τῶν ἀδελφῶν μȣ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένȣς τὰς λεγομένας χήρας. Ἔῤῥωσθέ μοι ἐν δυνάμει [2] πνεύματος. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὤν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταȣΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην, τὸ ποθητόν μȣ ὄνομα· καὶ Δάφνον, Ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον, καὶ πάντας κατ᾽ ὄνομα. Ἐῤῥωσθε ἐν χάριτι Θεȣ̃.

& carne ipſius & ſanguine, & paſſione ac reſurrectione corporali ſimul & ſpirituali, in unitate Dei veſtraque. Gratia vobis, miſericordia, pax, patientia ſemper ſit.

XIII. Saluto familias fratrum meorum cum uxoribus & liberis; nec non virgines, vocatas viduas. Incolumes in virtute Spiritus eſte mihi. Salutat vos Philo, qui mecum eſt. Saluto Taviam cum domeſticis; quam opto ſolidari fide & caritate corporali atque ſpirituali. Saluto Alcen deſiderabile mihi nomen, & Daphnum, Aſyncritum, & Eutecnum, & omnes nominatim. Valete in Gratia Dei.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ.

1 Redundat: & plane omittendum videtur. 2 Πατρός.



AD



AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Epiſcopo eccleſiæ Smyrnæorum, immo vero cujus Epiſcopus eſt Deus Pater & Dominus Jeſus Chriſtus, plurimam ſalutem.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.


Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον δὲ ἐπεσκοπημένῳ ὑπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

I.



Uſcipiens tuum propoſitum in Deo firmatum velut ſuper petram immobilem, ſummis eveho laudibus, dignus habitus inculpata tua facie, qua utinam fruar in Deo. Obſecro te in Dei gratia, qua indutus es, ut [a] ad curſum tuum adjicias, omneſque adhorteris, ut ſalventur. Tuere locum tuum,

α'.



Ποδεχόμενός σου τὴν ἐν Θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω, καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι Θεοῦ, ᾗ ἐνδέδυσαι, προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. [1] Ἐκδίκει σου τὸν τόπον

1 Antioch. homil. CXI. περὶ ἡγουμένων. a 2 Tim. IV. 7.

ἐν

ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς ἐδὲν ἄμεινον. Πάντας βάσαζε ὡς καί σε ὁ κύριος. Πάντων ἀνέχε ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ ϗ ποιεῖς. Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. Αἰτε σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ [1] βοήθειαν Θεε λάλει. Πάντων τὰς νόσες βάσαζε, ὡς τέλειος ἀθλητής. ὅπε πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

in omni cura carnali & spirituali. Unitatis curam habe, qua nihil melius. Omnes perfer, quo & te Dominus. Omnes tolera per caritatem, sicut & facis. [a] Precibus vaca perpetuis. Postula intellectum ampliorem, quam habes. Vigila, insomnem spiritum possidens. Singulis juxta adjutorium Dei loquere. [b] Cunctorum ægrotationes porta, sicut perfectus Athleta. Ubi plus laboris, magnum lucrum est.

Ϛ'. Καλὲς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι ἐκ ἔσιν· μᾶλλον τὲς λοιμοτέρες ἐν πραότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάςρῳ θεραπεύεται. Τὲς παροξυσμὲς ἐμβροχαῖς παῦε. Φρόνιμος γίνε, ὡς ὄφις, ἐν ἅπασιν· καὶ ἀκέραιος, [2] ὡσεὶ περιςερά. Διὰ τὲτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς, ἵνα [3] τὰ φαινόμενά σε εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ

II. Bonos discipulos si amaveris, nulla tibi est gratia: potius pestilentiores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Vehementiores morbi accessiones superfusionibus seda. [c] *Prudens esto, sicut serpens*, in omnibus; *& simplex, ut columba.* Propter hoc corporalis es & spiritualis, ut quæ apparent coram te demulceas; quæ autem

1 Ὁμοήθειαν. 2 Ὡς ἡ MS. 3 Antioch. homil. CXI. περὶ ἡγεμένων. a 1 Thess. V. 17. b Gal. VI. 2. c Matth. X. 16.

autem non videntur petas, ut manifestentur tibi: ne tibi quicquam desit & omni dono abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores, ventos, & ut tempestate jactus, portum; quo Deo potiaris. Caute te gere, ut Dei Athleta. Thema seu proposita corona est incorruptio & vita æterna, de qua & tu persuasus es. Secundum omnia vice animæ tuæ sim ego, & vincula mea, quæ dilexisti.

δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους, καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. Κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον ἐγώ, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.

III. Qui videntur fide digni esse & aliena docent non te perterrefaciant. [a] Sta firmus, ut incus quæ percutitur. Magni Athletæ est, cædi & vincere. Maxime vero propter DEUM omnia sustinere nos oportet, ut & ipse nos sustineat. Studiosior fias, quam es. Tempora perpende. Eum, qui ultra tempus est, expecta; intemporalem, invisibilem,

γʹ. Οἱ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Μεγάλου ἐστὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾷν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. Τοὺς καιροὺς καταμάνθανε· τὸν ὑπέρκαιρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον,

a Antioch. homil. LXXXV. περὶ ὀλιγοψυχίας καὶ διψυχίας.

τὸν

τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

δ'. Χῆραι μὴ ἀμελείσθωσαν. μετὰ τὸν κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ [1] θεοῦ τὶ πράσσε· ὅπερ [2] οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθής. Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. Δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ θεοῦ τύχωσιν. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν [3] τῆς ἐπιθυμίας.

ε'. Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε· μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ. Ταῖς ἀδελ-

propter nos viſibilem, impalpabilem, impatibilem, noſtra cauſa patibilem, qui omnimodis propter nos ſuſtinuit.

IV. Viduæ non negligantur. Poſt Dominum tu earum curator eſto. Nihil ſine tua voluntate fiat: neque tu quicquam ſine Dei voluntate agas; quod nec facis, cum ſis conſtans. Crebrius conventus fiant. Nominatim omnes inquire. Servos & ancillas ne ſuperbe contemnas: ſed nec ipſi inflentur; verum ad gloriam Dei plus ſerviant, ut potiorem libertatem à DEO conſequantur. Non cupiant à communi donari libertate, ne ſervi inveniantur cupiditatis.

V. Malas artes fuge; imo vero de iis verba ne facito. Sororibus meis

1 Ita in MS. Medicæo abſque γνώμης, quod ſua in editione addidit Voſſius. Licet illud occurrat apud Chryſoſtomum & Interpolat. 2 F. σὺ δέ. 3 Deeſt τῆς in MS.

dicito

dicito, ut dominum ament, & maritis contentæ ſint carne ac ſpiritu. Similiter & fratribus meis manda, in nomine Jeſu Chriſti, diligant conjuges ſuas, ſicut Dominus eccleſiam. Si quis poteſt in caſtitate manere ad honorem illius, qui carnis Dominus eſt, in humilitate maneat. Si glorietur, periit. Et ſi ſe majorem Epiſcopo cenſet, interiit. Decet vero ut ſponſi & ſponſæ de ſententia Epiſcopi conjugium faciant, quo nuptiæ ſint ſecundum Dominum, & non ſecundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.

VI. Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Devovear ego pro iis qui ſubditi ſunt Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis. Atque mihi contingat habere cum illis partem in Deo. Collaborate vobis mutuo, una certate, una currite, compatimini, una dormite,

φαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾷν τὸν κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾷν τὰς συμβίους, ὡς ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν. [1] Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν, εἰς τιμὴν τοῦ κυρίου τῆς σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο· καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι· ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ θεὸν, καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν θεοῦ γινέσθω.

ϛ'. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν θεῷ. Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, [2] συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε,

1 Antioch. hom. XXI. περὶ παρθενίας. 2 In MS. συναθλῆτε.

συνε-

συνεγείρεσθε, ὡς θεοῦ οἰκονόμοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται. Αρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. Μήτις ὑμῶν δεσέρτωρ εὑρεθῇ. Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. Τὰ δεπόσιτα ὑμῶν, τὰ ἔργα ὑμῶν· ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίζησθε. Μακροθυμήσατε οὖν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ θεὸς ὑμῶν. Οναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

ζʹ. Επεὶ δὲ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Αντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ θεοῦ, ἐάν περ διὰ τοῦ παθεῖν θεοῦ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναί με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητήν. Πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε, καὶ

una exſurgite, ut Dei diſpenſatores, & aſſeſſores, & miniſtri. Placete illi, cui militatis, à quo & ſtipendia refertis. Nemo veſtrum deſertor inveniatur. Baptiſmus veſter maneat, velut arma; fides, ut galea; caritas, ut haſta; patientia, ut tota armatura. Depoſita veſtra, ſint opera veſtra; ut accepta veſtra digna reportetis. Longanimes igitur eſtote alter ad alterum in manſuetudine, ut & Deus erga vos. Utinam fruar vobis perpetuo.

VII. Quia vero Eccleſia, quæ eſt in Antiochia Syriæ, pace, ut relatum eſt mihi, fruitur per preces veſtras; & ego tranquilliori animo fui in ſecuritate Dei, ſi modo per paſſionem Deum aſſequar, ut inveniar in reſurrectione veſter diſcipulus. Decet, in Deo beatiſſime Polycarpe, concilium cogere Deo decentiſſimum, & eligere aliquem, quem valde carum habeatis, &

impigrum, qui poterit divinus cursor appellari, illumque eo dignari honore, ut profectus in Syriam, glorificet vestram impigram caritatem in gloriam Christi. Christianus sui potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc est opus Dei & vestrum, quando ipsum perfeceritis. Credo enim gratiæ, quod parati sitis ad beneficentiam Deo congruentem. Cum itaque scirem vehemens vestrum erga veritatem studium, per breves literas vos adhortatus sum.

ἄοκνον, [1] ὡς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι· τȢτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν [2] ΧριςȢ. Χριςιανὸς ἑαυτȢ ἐξȢσίαν Ȣκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει. ΤȢτο τὸ ἔργον ΘεȢ ἐςὶν καὶ ὑμῶν, ὅταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε. Πιςεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι ἑτοιμοί ἐςε εἰς εὐποιΐαν Θεῷ ἀνήκȢσαν. Εἰδὼς Ȣν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.

VIII. Quoniam igitur omnibus ecclesiis nequivi scribere, quod repente navigaverim à Troade Neapolim, ut voluntas imperat; scribes anterioribus ecclesiis, tanquam qui sententiæ Dei compos sis, quo & ipsi idem faciant: qui possunt, pedites mittant; alii vero epistolas, per eos, qui à te mittentur: ut glorificeris æterno opere, quemadmodum dignus es.

η'. Επεὶ [3] πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις Ȣκ ἠδυνήθην γράψαι, διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προςάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς ΘεȢ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ μὲν δυνάμενοι πεζȢς πέμψαι· οἱ δὲ ἐπιςολὰς διὰ τῶν ὑπό σȢ πεμπομένων, ἵνα [4] δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν.

1 Ος. 2 ΘεȢ. 3 Insere ἐν. 4 L. δοξασθῇς.

Ασπά-

Ασπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος, καὶ τὴν τȣ̃ Επιτρόπȣ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. Ασπάζομαι Ατ]αλον τὸν ἀγαπητόν μȣ. Ασπάζομαι τὸν μέλλον]α καταξιȣ̃σθαι τȣ̃ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι. Εςαι ἡ χάρις μετ' αὐτȣ̃ διὰ παντὸς, καὶ τȣ̃ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπȣ. Ερρῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν θεῷ ἡμῶν Ιησȣ̃ Χριςῷ εὔχομαι, ἐν ᾧ διαμείνητε ἐν ἑνότητι θεȣ̃ ϗ [1] ἐπισκοπῆ. Ασπάζομαι Αλκην τὸ ποθητόν μȣ ὄνομα. Ερρωσθε ἐν κυρίῳ.

Saluto omnes nominatim, & Epitropi uxorem cum tota domo ipsius & liberorum. Saluto Attalum mihi carum. Saluto eum, qui profectione in Syriam dignus habebitur. Gratia in perpetuum cum illo erit, & cum mittente illum Polycarpo. Opto vos valere semper in Deo nostro Jesu Christo, in quo permaneatis in unitate Dei & visitatione. Saluto Alcen desiderabile mihi nomen. Valete in Domino.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ.

Ιγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει θεȣ̃ πατρὸς καὶ πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπ]ον, ἡνωμένην, καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris, & plenitudine, prædestinatæ ante secula, ut esset semper in permanente gloria, immutabilis, unita, & electa, in vera passione, per voluntatem

1 Forte legendum ἐπισκέπτȣ.

Patris & Jesu Christi Dei nostri; Ecclesiæ merito beatissimæ, quæ est Ephesi in Asia, plurimam in Jesu Christo & in immaculata gratia salutem.

I.



Uscepi vestrum in Deo multum dilectum nomen, quod possidetis natura justa, secundum fidem & caritatem in Jesu Christo Salvatore nostro, cum imitatores sitis Dei, excitando vos per sanguinem Dei, cognatum opus omnibus suis numeris absolvistis, postquam audistis me vinctum à Syria, pro communi nomine & spe, sperantem quod vestris precibus consequar, ut Romæ adversus bestias pugnem, quo per martyrium adipisci possim discipulus esse illius, qui seipsum pro nobis obtulit Deo oblationem & ho-

1 Int. Απεδεξάμην.

τȣ̃ πατρὸς καὶ Ιησȣ̃ Χριςȣ̃ τȣ̃ θεȣ̃ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίςῳ, τῇ ȣ̓́σῃ ἐν Εφέσῳ τῆς Ασίας, πλεῖςα ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ, καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι, χαίρειν.

α'.

1 

Ποδεξάμενος ἐν θεῷ τὸ πολυαγάπητόν σȣ ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίςιν καὶ ἀγάπην ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, μιμηταὶ ὄντες θεȣ̃, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι θεȣ̃, τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε. Ακȣ́σαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τȣ̃ κοινȣ̃ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ρώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τȣ̃ μαρτυρίȣ ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι τȣ̃ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος θεῷ προσφορὰν καὶ θυ-

σίαν.

σίαν. Ἐπεὶ ȣ͂ν τὴν πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι Θεȣ͂ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ [1] ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ· ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησȣ͂ν Χριςὸν ὑμᾶς ἀγαπᾷν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις ȣ͂σι τοιȣ͂τον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

β'. Περὶ δὲ τȣ͂ [2] συνδȣ́λȣ μȣ Βȣ́ῤῥȣ, τȣ͂ κατὰ Θεὸν διακόνȣ ὑμῶν ἐν πᾶσι εὐλογημένȣ, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τȣ͂ ἐπισκόπȣ. Καὶ Κρόκος δὲ ὁ Θεȣ͂ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂ [3] ἀναψύξει, ἅμα Ὀνησίμῳ, καὶ Βȣ́ῤῥῳ, καὶ Εὔπλῳ, καὶ Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον. Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Πρέπον ȣ͂ν ἐςιν κατὰ πάν-

ſtiam. Quandoquidem numeroſam multitudinem veſtram in nomine Dei ſuſcepi in Oneſimo, inenarrabilis caritatis viro, veſtro autem in carne Epiſcopo; quem obſecro, ut juxta Jeſum Chriſtum ametis, utque vos omnes illius ſimiles ſitis. Benedictus enim, qui donavit vobis, qui digni eſtis, talem Epiſcopum poſſidere.

II. De Burrho autem conſervo meo & ſecundum Deum Diacono veſtro in omnibus benedicto, oro ut permaneat ad honorem veſtri & Epiſcopi. Sed & Crocus, & Deo & vobis dignus, quem exemplar veſtræ caritatis accepi, per omnia me recreavit, quo modo & ipſum refrigeret Pater Jeſu Chriſti, una cum Oneſimo, Burrho, Euplo, ac Frontone, per quos vos omnes quoad caritatem vidi. Fruar vobis perpetuo, ſi dignus fuero. Decet itaque vos omni-

1 Int. ἐπ'. 2 Coloſſ. I. 7. & IV. 7. 3 Ἀναψύξαι MS.

bus modis glorificare Dominum Jeſum Chriſtum, qui glorificavit vos, ut in obedientia una *ſitis perfecti, eadem mente eademque ſententia; idemque dicatis de eodem omnes*, ut ſubjecti Epiſcopo & Presbyterio per omnia ſanctificati ſitis.

III. Non præcipio vobis, quaſi ſim aliquis. Quamvis enim vinctus ſim in nomine, necdum tamen perfectus ſum in Jeſu Chriſto. Nunc enim incipio diſcipulus eſſe; & alloquor vos ut condoctores meos. Nam oportebat me à vobis incitari fide, admonitione, patientia, æquanimitate. At quando caritas non ſinit me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut in Dei ſententiam concurratis. Etenim JESUS CHRISTUS, inſeparabilis noſtra vita, Patris eſt ſententia; ut & Epiſcopi per

τα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς· ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι [1 τῷ 2 αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα] ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

γ'. Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν, ὡς ὤν 3 τις. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. Ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ θεοῦ. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, 4 τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη· ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ

1 Hæc incluſa male inſerta ſunt. 2 1 Cor. I. 10.
3 Interpol. τι. 4 Vet. Int. Ἀσύγκριτον.

τὰ

τὰ πέρατα ὁρισθέντες, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

δ'. Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσαι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. Καὶ οἱ καθ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα Θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι, 1 ᾄδετε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρὶ, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, 2 καὶ ἐπιγινώσκων 3 δι' ὧν εὐπράσσετε, μέλη 4 ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Χρήσιμον οὖν ἐστιν ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

ε'. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν, ἀλλὰ πνευματικὴν, πόσῳ μᾶλλον

terræ terminos definiti, ex Jesu Christi sunt sententia.

IV. Unde decet vos in Episcopi sententiam concurrere, quod & facitis. Nam memorabile vestrum Presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in consensu vestro & concordi charitate Jesus Christus canitur. Sed & vos singuli chorus este; ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce una per JESUM CHRISTUM Patri; quo & vos audiat, & agnoscat ex iis quæ bene operamini, membra esse vos Filii ipsius. Utile itaque est in immaculata unitate vos esse; ut & semper participetis Deo.

V. Si enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem contraxi cum Episcopo vestro, quæ non humana, sed spiritualis est; quanto

1 V. Int. Ἄδητε. 2 Ἐπιγινώσκῃ. 3 Δι' ὅν. 4 Ὄντες.

vos beatiores judico, conjunctos sic uti Ecclesia Jesu Christo, & Jesus Christus Patri; ut omnia per unitatem consentiant! Nemo erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantas vires habet; quanto magis illa quæ Episcopi est & totius ecclesiæ! Qui igitur in conventum non venit, hic jam superbia elatus est, & seipsum separavit atque judicavit. Scriptum est enim: [a] *superbis Deus resistit.* Studeamus igitur Episcopo non resistere; ut simus subjecti Deo.

VI. Et quanto quis taciturniorem viderit Episcopum, tanto magis eum revereatur. Quemcunque enim Paterfamilias mittit ad gubernandam familiam suam, hunc ita accipere debemus ut illum ipsum qui mittit. Manifestum igitur

ὑμᾶς μακαρίζω, τοὺς ἐγκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ; Μηδεὶς πλανάσθω. Εαν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου θεοῦ. Εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης [1] *ἐκκλησίας; Ο οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν· γέγραπται γὰρ, ὑπερηφάνοις ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται. Σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν θεοῦ ὑποτασσόμενοι.*

ϛʹ. Καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον, ὅτι

1 In MS. τῆς ἐκκλησίας, cum articulo. a Jac. IV. 6. Prov. III. 34. 1 Petr. V. 5.

ὡς

ὡς αὐτὸν τὸν κύριον δεῖ [1] προσβλέπειν. Αὐτὸς μὲν οὖν. Ονήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον [2] ἤπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ, λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

est, quod Episcopum respicere oporteat ut ipsum Dominum. Et ipse quidem Onesimus supra modum laudat vestrum decentem divinumque ordinem, quod omnes secundum veritatem vivitis, & quod inter vos nullus est hæresi locus: sed neque auditis aliquem amplius quam J. C. qui loquitur in veritate.

ζ΄. Εἰώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλά τινα πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. Εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους. Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, [3] ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθὴς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν.

VII. Solent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre; sed patrant quædam indigna Deo: quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes: quos à vobis vitari oportet, ut morbo difficulter curabili laborantes. Medicus autem unus est, & carnalis & spiritualis, factus & non factus, in homine existens Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo, primum passibilis & tunc impassibilis, Jesus Christus, Dominus noster.

η΄. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ ἐξα-

VIII. Ne quis igitur vos seducat, sicut nec seduci-

1 Προσβλέπειν MS. Sic etiam Antonius. 2 In MS. εἴπερ.
3 Lege, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή.

mini: toti namque estis Dei. Cum enim nulla lite implicemini, quæ vos discruciare possit; profecto secundum Deum vivitis. Purgamentum vestri sum, & piaculum efficiar pro vestra Ephesiorum ecclesia, celeberrima in seculis. Carnales spiritualia exercere nequeunt, neque spirituales carnalia: sicut nec fides quæ incredulitatis sunt, nec incredulitas quæ fidei. Quæ vero & secundum carnem agitis, ea [a] spiritualia sunt. In Jesu enim Christo omnia agitis.

IX. Novi autem nonnullos illic transiisse, qui habent perversam doctrinam. Quos non permisistis seminare inter vos; & obturastis aures, ne reciperetis, quæ ab ipsis sunt disseminata, ut qui lapides sitis templi Patris, præparati in Dei Patris ædificium, sublati in alta per machinam Jesu Christi,

πατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνείρισαι ἐν ὑμῖν, ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἄρα κατὰ Θεὸν ζῆτε. Περίψημα ὑμῶν καὶ 1 ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά· ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. Α δὲ καὶ κατὰ σάρκα 2 πράσσετε, ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

θʹ. Ἔγνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν, ἔχοντας κακὴν διδαχήν· οὓς οὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, 3 ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ πατρὸς, ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ πατρὸς, ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ,

1 Ἁγνίζωμαι. 2 Vet. Int. Πράσσεται. 3 Antioch. homil. 1. περὶ πίστεως. a Ad finem Spiritualem diriguntur.

ὅ ἐστιν

1 ὅ ἐςιν ςαυρὸς, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Η δὲ πίςις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρȣσα εἰς Θεόν. Εςὲ ȣ̃ν καὶ σύνοδοι πάντες, θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, χριςοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ιησȣ̃ Χριςȣ̃· οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι ὅτι ἠξιώθην, δι' ὧν γράφω, προσομιλῆσαι ὑμῖν, καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον ȣ̓δὲν ἀγαπᾶτε, εἰ μὴ μόνον τὸν Θεόν.

quæ eſt crux, Spiritu ſancto pro fune utentes. Fides autem veſtra ſubvectrix veſtra, caritas vero via deducens ad Deum. Eſtis igitur & viæ comites omnes, Deiferi & Templiferi, Chriſtiferi, Sanctiferi, per omnia ornati præceptis Jeſu Chriſti: propter quos exulto, quod dignus habitus ſim, per ea, quæ ſcribo, colloqui vobiſum, & ſimul gaudere; quia ratione alterius vitæ habita, nihil diligitis præter ſolum Deum.

ί. Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Εςὶν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα Θεȣ̃ τύχωσιν. Επιτρέψατε ȣ̃ν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. 2 Πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορρημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχὰς,

X. Sed & pro aliis hominibus indeſinenter [a] oratis. Eſt enim ipſis ſpes pœnitentiæ, ut Deum nanciſcantur. Permittite itaque ipſos, ſaltem ex operibus, à vobis erudiri. Sitis vos adverſus iras eorum mites, adverſus magniloquentias eorum humiles: eorum maledictis opponite vos preces,

1 Ος MS. 2 Antioch. homil. 116. περὶ τȣ̃ ἀδικεῖσθαι καὶ μὴ ἀδικεῖν. a Orate. 1 Theſſ. V. 7.

adver-

adversus errorem eorum vos firmi permanete in fide, adversus efferos mores illorum vos mansueti sitis. Non ipsos contra imitari conati; fratres eorum inveniamur per benignitatem: imitatores autem Domini studeamus esse: (quis magis injuria affectus fuerit, quis fuerit defraudatus, quis spretus?) ut non herba aliqua diaboli in vobis inveniatur; sed in omni puritate & temperantia maneatis, in Jesu Christo, carnaliter & spiritualiter.

πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι· Μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ, μιμηταὶ δὲ τοῦ [1] κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι, ([2] τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ;) ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ [3] μένητε, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

XI. Novissima sunt tempora: quod reliquum est, revereamur & timeamus Dei longanimitatem, ne in judicium nobis cedat. Aut enim futuram timeamus iram, aut præsentem gratiam diligamus: unum ex duobus, modo in Christo Jesu inveniamur, ad veram vitam vivendam. Sine ipso nihil vos deceat; in quo vincula circumfero, spirituales margaritas, in quibus erectum stare mihi

ιά. Ἔσχατοι καιροί· λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. Ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν. ἓν τῶν δύο, μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆ-

1 V. I. Θεοῦ. 2 In MS. τὶς πλέον ἀδικηθεῖ, τὶς ἀποστερηθεῖ, τὶς ἀθετηθεῖ. 3 In MS. μένετε.

ναι

καὶ τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε [1] συνήνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ιβ'. Οἶδα τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἐλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. Πάροδος ἐστὲ τῶν εἰς Θεὸν ἀναιρουμένων· Παύλου συμμύσται τοῦ ἁγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ιγ'. Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν. ὅτ' ἂν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης,

contingat oratione vestra, cujus me opto semper fieri participem, ut inveniar in sorte Ephesiorum Christianorum, qui & Apostolis semper consenserunt in virtute Jesu Christi.

XII. Scio qui sum & quibus scribo. Ego condemnatus; vos misericordiam assecuti: ego periculo obnoxius; vos confirmati. Transitus estis eorum, qui ob Deum interficiuntur: Pauli symmystæ, qui sanctificatus, martyrium consecutus, & digne beatus est (ad cujus vestigia contingat mihi ut inveniar, ubi Deo potitus fuero) qui tota epistola memor vestri est in Chr. Jesu.

XIII. Date itaque operam ut crebrius congregemini ad gratias Deo agendas, & ad eum laudandum. Quando enim sæpius in idem loci convenitis, labefactantur vires Satanæ, & concordia vestræ fidei solvitur exitium, quod ille infert. Nihil præstantius pace est,

1 Intterpol. *συνῆσαν. conversati sunt cum Apostolis.* i. e. Paulo, Joanne, & Timotheo: uti ille explicat.

qua

qua aboletur omne bellum cœlestium & terrenorum.

XIV. Quorum nihil vos latet; si perfecte habueritis in Jesum Christum fidem & caritatem; quæ initium vitæ & finis sunt: principium quidem fides, finis vero caritas. Hæc autem duo in unum coeuntia Dei sunt: omnia vero alia ad probitatem consectanea sunt. Nullus fidem repromittens, peccat; neque caritatem possidens, odit. [a] *Manifesta est arbor ex fructu ipsius*: similiter qui profitentur se Christianos esse, ex iis quæ faciunt cernentur. Non enim nunc repromissionis opus; sed per virtutem fidei, si quis inveniatur usque ad finem.

XV. [b] Melius est tacere & esse, quam loquentem non esse. Bonum est docere, si qui dicit, faciat. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum est: sed

ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

ιδ΄. Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος. Ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη. Τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γινόμενα, Θεοῦ ἐστιν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν. Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. Φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ· οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι᾽ ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλ᾽ ἐν δυνάμει πίστεως, ἐάν τις εὑρεθῇ εἰς τέλος.

ιε΄. Ἄμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναι, ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι. Καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ. Εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ ἐγένετο· [1] ἃ

1 Καὶ ἃ σιγῶν MS. a Matth. XII. 33. b Antioch. homil. XXII. περὶ προπετείας.

σιγῶν

σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ πατρός ἐστιν. Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος, ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ· ἵνα δι᾽ ὧν [1] λαλεῖ πράσσῃ, καὶ δι᾽ ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Οὐδὲν λανθάνει τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοί, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

& quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum Jeſu poſſidet, vere poteſt & ſilentium ipſius audire, ut perfectus ſit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ ſilet cognoſcatur. Nihil latet Dominum, ſed & arcana noſtra prope ipſum ſunt. Omnia itaque faciamus, ſicut ipſo in nobis habitante; ut illius ſimus templa, & ipſe ſit in nobis DEUS noſter; quo modo & eſt, & apparebit ante faciem noſtram; ex quibus juſte diligimus ipſum.

ιϛʹ. Μὴ πλανᾶσθε ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον ἐὰν [2] πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει· ὁμοίως καὶ ἀκούων αὐτοῦ.

XVI. Ne [a] erretis, fratres mei: fœminarum corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si autem ii, qui ſecundum [b] carnem hæc operati ſunt, morte ſunt affecti; quanto magis, ſi quis fidem Dei prava doctrina corrumpat, pro qua Jeſus Chriſtus crucifixus eſt? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit; ſimiliter & qui audit ipſum.

1 MS. λαλῇ. 2 Τὶς inſerendum. a 1 Cor. VI. 9. 10. b 1 Cor. X. 8.

XVII.

XVII. [a] Ob id Dominus in capite suo accepit unguentum, ut Ecclesiæ spiret incorruptionem. Non ungamini tetro odore doctrinæ Principis hujus seculi: non captivos vos abducat à proposita vita. Cur vero non omnes prudentes sumus, accepta DEI cognitione, quod est JESUS CHRISTUS? Quid fatue perimus, non agnoscentes donum quod vere misit Dominus?

XVIII. Purgamentum meus Spiritus est crucis, quæ incredulis scandalum, nobis vero salus est & vita æterna. [b] *Ubi sapiens? Ubi conquisitor?* Ubi gloriatio eorum, qui dicuntur prudentes? Deus enim noster Jesus Christus in utero gestatus est à Maria, juxta dispensationem Dei, ex semine quidem Davidis, Spiritu autem sancto. Qui natus est, & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

ιζ΄. [1] Διὰ τȣ̃το μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτȣ̃ ὁ κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τȣ̃ ἄρχοντος τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τȣ̃ προκειμένȣ ζῆν. Διατί δὲ ȣ̓ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα λαβόντες θεȣ̃ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ιησȣ̃ς Χριστός; Τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοȣ̃ντες τὸ χάρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ κύριος;

ιη΄. Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τȣ̃ σταυρȣ̃, ὅ ἐστιν σκάνδαλον τοῖς ἀπιστȣ̃σιν, ἡμῖν δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Πȣ̃ σοφός; πȣ̃ συζητητής; ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Ο γὰρ θεὸς ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ᾽ οἰκονομίαν θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίȣ· ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.

1 Antioch. hom. I. a Psal. XLV. 8. & CXXXIII. 2. b 1 Cor. I, 20.

ιθ΄. Καὶ

ιθ'. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τȣ͂ αἰῶνος τȣ́τȣ ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τȣ͂ κυρίȣ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεȣ͂ ἐπράχθη. Πῶς ȣ͂ν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Αστὴρ ἐν ȣ̓ρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τȣ̀ς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτȣ͂ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτȣ͂. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτȣ͂ ὑπὲρ πάντα. [1] Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς· ὅθεν ἐλύετο πᾶσα μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας, ἄγνοια καθῃρεῖτο, παλαιὰ βασιλεία διεφθείρετο, θεȣ͂ ἀνθρωπίνως φανερȣμένȣ εἰς καινότητα ἀϊδίȣ ζωῆς. Αρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ παρὰ θεῷ ἀπηρτισμένον. Ενθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο, διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτȣ κατάλυσιν.

XIX. Et Principem hujus mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipsius, similiter & mors Domini; tria mysteria clamoris, quæ in silentio Dei patrata sunt. Quomodo igitur manifestatus est seculis? [a] stella in cœlo fulsit, splendore exsuperans omnes stellas, & lux illius ineffabilis erat, & stuporem incussit ipsius novitas. Omnia autem reliqua astra, una cum sole & luna, chorus fuere stellæ: ipsa vero lumen suum extendebat super omnia: & perturbatio erat, unde prodiret illis novitas dissimilis: quare soluta est omnis magia, & omne vinculum malitiæ est abolitum, ignorantia destructa est, vetus regnum est labefactatum; Deo humanitus manifestato, in novitatem vitæ æternæ. Principatum vero accepit id quod à Deo omnibus suis partibus absolutum erat. Inde omnia commovebantur, quod meditaretur mortis abolitionem.

1 Ταραχὴ δὲ V. Interpres.

a Matth. II.

XX. Si me dignatus fuerit Jesus Christus per orationem vestram & Voluntas sit; in secundo libello, quem scripturus sum vobis, declarabo vobis quam inceperam dispensationem in novum hominem Jesum Christum, in fide ipsius & in ipsius dilectione, in passione ipsius & resurrectione; maxime, si Dominus mihi revelaverit. Siquidem singuli communiter omnes ex gratia nominatim convenitis in una fide & uno Jesu Christo, secundum carnem ex genere Davidis, Filio hominis & Filio Dei, ut obediatis Episcopo & Presbyterio mente indivulsa; frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis est, antidotum ne moriamur, sed vivamus semper in JESU CHRISTO.

XXI. Vice animarum vestrarum sim ego, & illius, quem ad honorem Dei mi-

κ'. Εάν με καταξιώσῃ Ιησȣ̃ς Χριςὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν, καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιϐλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ιησȣ̃ν Χριςὸν, ἐν τῇ αὐτȣ̃ πίςει καὶ ἐν τῇ αὐτȣ̃ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτȣ̃ καὶ ἀναςάσει, μάλιςα ἐὰν ὁ κύριός μοι ἀποκαλύψῃ· ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίςει, καὶ ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ, τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένȣς Δαϐίδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπȣ, καὶ υἱῷ θεȣ̃, εἰς τὸ ὑπακȣ́ειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ πρεσϐυτερίῳ ἀπερισπάςῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, [1] ὅς ἐςιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τȣ̃ μὴ ἀποθανεῖν ἀλλὰ ζῆν ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ διὰ παντός.

κα'. Αντίψυχον ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ὃν ἐπέμψατε εἰς θεȣ̃ τιμὴν

1 O. V. Interpres.

εἰς

εἰς Σμύρναν· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριςῶν τῷ κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μȣ ὡς καὶ ὑμῶν Ιησȣ̃ς Χριςός. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Συρίᾳ· ὅθεν δεδεμένος εἰς Ρώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιςῶν, 1 ὥσπερ ἠξιώθην εἰς τιμὴν θεοῦ εὑρεθῆναι. Ἔρρωσθε ἐν θεῷ πατρὶ, καὶ ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

ſiſtis Smyrnam, unde & ſcribo vobis; gratias agens Domino, diligens Polycarpum ut & vos. Memineritis mei ſicut & veſtri Jeſus Chriſtus. Orate pro Eccleſia, quæ eſt in Syria, unde vinctus Romam abducor, noviſſimus fidelium eorum, qui ibi ſunt; quemadmodum ad honorem Dei inveniri dignus habitus ſum. Valete in Deo Patre & in Jeſu Chriſto communi ſpe noſtra.

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ.


Ιγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι θεȣ̃ πατρὸς ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν ȣ̃σαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, καὶ εὔχομαι ἐν θεῷ πατρὶ καὶ ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ πλεῖςα χαίρειν.

AD MAGNESIANOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in gratia Dei Patris in Chriſto Jeſu Salvatore noſtro; in quo ſaluto Eccleſiam quæ Magneſiæ eſt juxta Mæandrum, optoque in Deo Patre & in JESU CHRISTO plurimam ſalutem.

1 Interpol. ὅσπις.

I.



Cum cognovissem caritatem vestram secundum Deum admodum bene ordinatam, exultans, in fide Jesu Christi alloqui vos decrevi. Dignus enim habitus nomine majestatem divinam maxime præ se ferente in his, quæ circumfero, vinculis laudo ecclesias; quibus opto unionem secundum carnem & spiritum Jesu Christi sempiternæ nostræ vitæ, fidei, &, cui nihil præfertur, caritatis; principalius autem Jesu & Patris; in quo sustinentes omnem vim Principis seculi hujus, & evadentes, Deo potiemur.

II. Quoniam itaque dignus habitus fui videre vos per Damam Episcopum vestrum Deo dignum & dignos Presbyteros Bassum ac Apollonium, conservumque meum Sotionem Diaconum, quo utinam fruar; quia subditus est Episcopo

1. Antioch. homil. 1.

α΄.



Γνοὺς ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι ὑμῖν. Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν, 1 πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ πατρὸς, ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.

β΄. Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ Δάμα τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου Σωτίωνος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ

ὡς

ὡς χάριτι Θεοῦ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

γʹ. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ [1] συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ᾽ ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ· οὐκ αὐτῷ δὲ, ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος [2] ἡμᾶς πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ᾽ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται. Τὸ δὲ τοιοῦτον, οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν, τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.

δʹ. Πρέπον οὖν ἐστιν μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς,

ut gratiæ DEI, & Presbyterio ut legi JESU CHRISI.

III. Sed & vos decet non familiarius ac ſuperbe uti ætate Epiſcopi, ſed ſecundum virtutem Dei Patris omnem impertiri illi reverentiam; quemadmodum novi ſanctos facere Presbyteros; non reſpicientes ad apparentem juvenilem ordinationem, ſed ut prudentes in Deo cedentes ipſi: non ipſi autem, ſed Patri JESU CHRISTI omnium Epiſcopo. In honorem igitur illius, qui vult, decet vos obedire ſine ulla hypocriſi: quia nequaquam Epiſcopum hunc quis fallit, qui videtur; ſed illudit inviſibili. Quicquid vero eſt ejusmodi, non ad carnem refertur; ſed ad DEUM, qui abſcondita cognoſcit.

IV. Decet itaque non modo vocari Chriſtianos,

1 MS. συγκρᾶσθαι. 2 Ὑμᾶς.

ſed etiam eſſe: quemadmodum nonnulli Epiſcopum quidem nominant, ſed ſine ipſo omnia faciunt. Tales vero non bona conſcientia mihi præditi eſſe videntur; quia non ſtabiliter ſecundum præceptum congregantur.

ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

V. Quia igitur res finem habent, incumbunt duo ſimul, mors & vita; & unusquisque in proprium locum iturus eſt. Quemadmodum enim ſunt numiſmata duo, alterum quidem Dei, alterum autem mundi, unumquodque etiam ipſorum characterem proprium habet impoſitum; infideles, mundi hujus; fideles autem in caritate characterem Dei Patris per Jeſum Chriſtum; per quem niſi propenſa nobis eſt voluntas mori in ipſius paſſionem, nec vita ipſius in nobis eſt.

έ. Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, καὶ [1] ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωή, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν. Ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, τὸ μὲν Θεοῦ, τὸ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως [2] ἔχομεν ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

VI. Quandoquidem itaque in iis perſonis, quas commemoravi, omnem multitudinem contemplatus ſum

ς'. Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα

1 L. Int. πρόκειται. 2 Ἔχωμεν

ἐν

ἐν πίςει καὶ [1] ἀγάπῃ, παραινῶ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπȣδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένȣ τȣ̃ ἐπισκόπȣ εἰς τόπον Θεȣ̃, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίȣ τῶν ἀποςόλων, καὶ τῶν διακόνων, τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων, πεπιςευμένων διακονίαν Ιησȣ̃ Χριςȣ̃, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ πατρὶ ἦν, καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. Πάντες ȣ̃ν, ὁμοήθειαν Θεȣ̃ λαβόντες, ἐντρέπεσθε ἀλλήλοις, καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τῷ πλησίον, ἀλλ' ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ ἀλλήλȣς διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. Μηδὲν ἔςω ἐν ὑμῖν, ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

ζ'. Ωσπερ ȣ̃ν ὁ κύριος ἄνευ τȣ̃ πατρὸς ȣ̓δὲν ἐποίησεν, ἡνωμένος ὤν, ȣ̓́τε δι' ἑαυτȣ̃, ȣ̓́τε διὰ τῶν ἀποςόλων, ȣ̓́τως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τȣ̃ ἐπισκόπȣ,

[1] Ηγάπησα MS.

in fide & caritate; hortor ut hoc ſit veſtrum ſtudium, in Dei concordia omnia agere, Epiſcopo præſidente Dei loco, & Presbyteris loco Senatus Apoſtolici, & Diaconis, mihi ſuaviſſimis, quibus commiſſum eſt miniſterium Jeſu Chriſti, qui ante ſecula apud Patrem erat & in fine apparuit. Omnes igitur acceptis iisdem divinis moribus vos mutuo revereamini; & nemo ſecundum carnem ſpectet proximum; ſed in JESU CHRISTO vos invicem ſemper diligite. Nihil ſit in vobis, quod poſſit vos dirimere; ſed uniamini Epiſcopo & præſidentibus in typum & doctrinam incorruptionis.

VII. Quemadmodum igitur Dominus ſine Patre nihil fecit, ipſi unitus, neque per ſeipſum, neque per Apoſtolos; ita neque & vos ſine Epiſcopo

& Presbyteris quidquam agite. Neque operam detis, ut aliquid vobis seorsim rationi videatur consentaneum; sed in unum convenientibus, una sit oratio, una deprecatio, una mens, una spes, in caritate, in gaudio inculpato. Unus est Jesus Christus, quo nihil præstantius est. Omnes itaque velut in unum templum Dei concurrite, velut ad unum altare, velut ad unum JesumChristum, qui ab uno Patre prodiit, & in uno existit, in unum revertitur.

VIII. Ne seducamini alienis doctrinis, neque veteribus [a] fabulis, quæ sunt inutiles. Si namque adhuc juxta legem Judaicam vixerimus, confitemur nos gratiam non accepisse. Divinissimi namque Prophetæ juxta Christum Jesum vixerunt. Ob hoc & persecutionem passi sunt; gratia ipsius inspirati; ut, qui increduli, certi redderentur, quod unus

καὶ τῶν πρεσβυτέρων, μηδὲν [1] πράσσετε. Μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς, ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ. [2] Εἷς ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ ἄμεινον οὐδέν ἐστιν. Πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν συντρέχετε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον, ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθόντα, καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα.

η'. Μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μυθεύμασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν. Εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ [3] νόμον Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς

1 MS. πράσσεται 2 Antioch. homil. LXXX. περὶ ὁμονοίας. qui habet ὃ, ut legebat V. I. & sic interpunctio mutari debet. 3 Glossema. a 1 Tim. I. 4.

Θεός

θεός ἐςιν ὁ Φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ τȣ̃ υἱοῦ αὐτȣ̃, ὅς ἐςιν αὐτȣ̃ λόγος ἀΐδιος, ȣ̓κ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν, ὃς κατὰ πάντα εὐηρέςησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.

θ'. Εἰ ȣ̃ν οἱ ἐν παλαιοῖς [1] πράγμασιν ἀναςραφέντες, εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλυθον, μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δἰ αὐτȣ̃, καὶ τȣ̃ θανάτȣ αὐτȣ̃, [2] ὅν τινες ἀρνȣ̃νται· δἰ ȣ̃ μυςηρίȣ ἐλάβομεν τὸ πιςεύειν, καὶ διὰ τȣ̃το [3] ὑπομένομεν, ἵνα εὑρεθῶμεν μαθηταὶ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ τȣ̃ μόνȣ διδασκάλȣ ἡμῶν· πῶς ἡμεῖς δυνησόμεθα ζῆσαι χωρὶς αὐτȣ̃, ȣ̃ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες, τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκȣν; καὶ διὰ τȣ̃το ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτȣ̀ς ἐκ νεκρῶν.

Deus eſt, qui ſeipſum manifeſtavit per Jeſum Chriſtum Filium ſuum, qui eſt verbum ipſius æternum, non à ſilentio progrediens, quique in omnibus ei, qui ipſum miſerat, complacuit.

IX. Si igitur, qui in vetuſtis rebus verſati fuerant, ad novitatem ſpei venerunt, non amplius Sabbatum colentes, ſed juxta Dominicam viventes, in qua & vita noſtra exorta eſt per ipſum, & mortem ipſius, quem quidam negant: (per quod myſterium fidem accepimus, & propter hoc ſuſtinemus, ut inveniamur diſcipuli Jeſu Chriſti, ſolius Doctoris noſtri) quomodo nos poterimus vivere ſine ipſo? cujus etiam Prophetæ diſcipuli cum eſſent, ſpiritu ipſum ut Doctorem expectabant: & propter hoc is, quem juſte præſtolabantur, [a] adveniens ſuſcitavit ipſos ex mortuis.

1 Interpol. γράμμασιν. 2 MS. οἵτινες. 3 MS. ὑπομένωμεν.
a Matt. XXVII. 52.

X. [a] Ne igitur nullus nos tangat sensus benignitatis ipsius. Si enim nos imitetur secundum ea quæ facimus, jam periimus. Propterea discipuli ejus effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur præter hoc, non est Dei. Abjicite igitur malum fermentum, inveteratum & acidum; & transmutemini in novum fermentum, quod est Jesus Christus. Saliamini in ipso, ut non corrumpatur aliquis in vobis; quoniam ab odore redarguemini. Absurdum est Christum Jesum profari, & judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum, ut omnis lingua credens ad DEUM aggregaretur.

XI. Hæc autem, dilecti mei, non quod cognoverim aliquos vestrum hoc animo affectos esse:

ί. Μὴ ἒν ἀναισθητῶμεν τῆς χρηςότητος αὐτῆ. Αν γὰρ ἡμᾶς μιμήσεται καθὰ πράσσομεν, ἐκ ἔτι ἐσμέν. Διὰ τῆτο μαθηταὶ αὐτῆ γενόμενοι, μάθωμεν κατὰ Χριςιανισμὸν ζῆν. Ος γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τέτε, ἐκ ἔςιν τῆ Θεῆ. [1] Υπέρθεσθε ἒν τὴν κακὴν ζύμην τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἐνοξίσασαν, καὶ μεταβάλεσθε εἰς νέαν ζύμην, ὅ ἐςιν Ιησῆς Χριςός. Αλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε. Ατοπόν ἐςιν Χριςὸν Ιησῆν λαλεῖν, καὶ Ιεδαΐζειν. Ο γὰρ Χριςιανισμὸς ἐκ εἰς Ιεδαϊσμὸν ἐπίςευσεν, ἀλλὰ Ιεδαϊσμὸς εἰς Χριςιανισμὸν, ὡς πᾶσα γλῶσσα πιςεύσασα εἰς Θεὸν [2] συνήχθη.

ιά. Ταῦτα δὲ ἀγαπητοί μου, ἐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν ὅτως ἔχοντας,

1 ἀπόθεσθε Interpol. & melius. 2 Ισ. συναχθῇ.
a Rom. II. 4.

ἀλλ'

ἀλλ᾽ ὡς μικρότερος ὑμῶν, θέλω προφυλάσσεσθαι ὑμᾶς, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ἄγκιστρα τῆς κενοδοξίας, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει, καὶ τῷ πάθει, καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου· πραχθέντα ἀληθῶς καὶ βεβαίως ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἧς ἐκτραπῆναι μηδενὶ ὑμῶν γένοιτο.

sed, ut minor vobis, cupio vobis cautum, ne incidatis in hamos inanis doctrinae; sed ut plene certi redderemini in nativitate & passione & resurrectione (quae contigit tempore praefecturae Pontii Pilati :) quae vere & indubitanter gesta sunt à JESU CRISTO, spe nostra: à qua exorbitare quemquam vestrum absit.

ιβ΄. Ὀναίμην ὑμῶν κατὰ πάντα, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι, πρὸς ἕνα τῶν λελυμένων ὑμῶν οὐκ εἰμί. Οἶδα ὅτι οὐ φυσιοῦσθε· Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. Καὶ μᾶλλον [1] ὅτ᾽ ἂν ἐπαινῶ ὑμᾶς, οἶδα ὅτι ἐντρέπεσθε· ὡς γέγραπται, ὅτι ὁ δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος.

XII. Fruar vobis per omnia, si quidem dignus sim. Tametsi enim vinctus sum, comparandus tamen non sum uni vestrum, qui soluti estis. Novi quod in vobis nihil fastus insit. Jesum enim Christum habetis in vobis ipsis. Et magis cum laudo vos, scio quod rubore suffundamini; sicut scriptum est: [a] *Justus sui est accusator.*

ιγ΄. Σπουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα πάντα ὅσα ποιῆτε [2] κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει

XIII. Studete igitur, ut confirmemini in dogmatibus Domini & Apostolorum, ut omnia, quae facitis, prospere vobis succedant, carne & spiritu, fide

1 Cot. ὅταν. 2 Interpol. κατευοδωθήσεται. a Prov. XVIII. 17.

& ca-

& caritate, in Filio & Patre & Spiritu ſancto, in principio & in fine; cum digniſſimo Epiſcopo veſtro, & digne contexta ſpirituali corona Presbyterii veſtri, & ſecundum DEUM agentibus Diaconis. Subjecti eſte Epiſcopo & vobis mutuo, ut JESUS CHRISTUS Patri, ſecundum carnem, & Apoſtoli Chriſto & Patri & Spritui: ut unio ſit carnalis & ſpiritualis.

XIV. Cum ſciam vos DEO plenos eſſe brevibus cohortatus ſum vos. Memores eſtote mei in orationibus veſtris, ut DEUM aſſequar; & Eccleſiæ, quæ in Syria, unde non ſum dignus vocari. Indigeo enim unita veſtra in DEO oratione & caritate; ut Eccleſia, quæ in Syria eſt, mereatur per Eccleſiam veſtram irrorari.

XV. Salutant vos Epheſii, de Smyrna: unde

καὶ ἀγάπῃ, ἐν υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἐν πνεύματι, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τȣ̃ ἀξιοπρεπεστάτȣ ἐπισκόπȣ ὑμῶν, καὶ ἀξιοπλόκȣ πνευματικȣ̃ στεφάνȣ τοῦ πρεσβυτερίȣ ὑμῶν, καὶ τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων. ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ιησȣ̃ς Χριστὸς τῷ πατρὶ κατὰ σάρκα, καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκική τε καὶ πνευματική.

ιδ'. Εἰδὼς ὅτι Θεȣ̃ γέμετε, συντόμως [1] παρεκέλευσα ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μȣ ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἵνα Θεȣ̃ ἐπιτύχω· καὶ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν ȣ̓κ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι. Επιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν Θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι.

ιέ. Ασπάζονται ὑμᾶς Εφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης, ὅθεν

1 Int. παρεκάλεσα.

καὶ

καὶ γράφω ὑμῖν, παρόντες εἰς δόξαν Θεȣ̃, [1] ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν, ἅμα Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμυρναίων. Καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν τιμῇ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ ἀσπάζονται ὑμᾶς. Ἔρρωσθε ἐν ὁμονοίᾳ Θεȣ̃, κεκτημένοι [2] ἀδιάκριτον πνεῦμα, ὅς ἐςιν Ἰησȣ̃ς Χριςός.

hæc ſcribo vobis: qui præſentes adſunt in Dei gloriam, uti & vos; qui me una cum Polycarpo Epiſcopo Smyrnæorum in omnibus recrearunt. Et cæteræ Eccleſiæ in honore JESU CHRISTI ſalutant vos. Valete in concordia DEI, ſpiritum poſſidentes inſeparabilem, qui eſt JESUS CHRISTUS.

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

PHILADELPHENIS IGNATIUS.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεȣ̃ πατρὸς καὶ κυρίȣ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃, τῇ ȣ̎σῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας, ἠλεημένῃ, καὶ ἡδρασμένῃ ἐν ὁμονοίᾳ Θεȣ̃, καὶ ἀγαλλιωμένῃ ἐν τῷ πάθει τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν ἀδιακρίτως, καὶ ἐν τῇ ἀναςάσει αὐτȣ̃ πεπληροφορημένῃ ἐν παντὶ ἐλέει· ἣν ἀσπάζομαι ἐν

Ignatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris & Domini Jeſu Chriſti, quæ eſt Philadelphiæ in Aſia, miſericordiam conſecutæ, & firmatæ in Dei concordia, & exultanti in paſſione Domini noſtri inſeparabiliter, ac per reſurrectionem ejus plene inſtructæ in omni miſericordia: quam ſaluto in

1 Οἳ, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, κατά. Iſthoc enim ordine articulus debet præponi. 2 MS. διάκριτον.

ſanguine

sanguine Jesu Christi, quod est gaudium sempiternum & stabile: maxime si in unum sint cum Episcopo, & qui cum eo sunt Presbyteris, & Diaconis, designatis per sententiam Jesu Christi; quos secundum propriam voluntatem suam firmavit in stabilitate per sanctum suum Spiritum.


αἵματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις ἐστὶν χαρὰ αἰώνιος καὶ παράμονος, μάλιστα ἐὰν ἐν ἑνὶ ὦσιν σὺν τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, ἀποδεδειγμένοις ἐν γνώμῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὓς κατὰ τὸ ἴδιον θέλημα ἐστήριξεν ἐν βεβαιωσύνῃ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι.

I.



Quem Episcopum cognovi, non à se ipso, neque per homines obtinuisse ministerium spectans ad commune, nec per inanem gloriam, sed in charitate Dei Patris & Domini Jesu Christi; cujus obstupui modestiam; qui tacitus plus potest, quam qui vana loquuntur. Coaptatus enim est mandatis, ut chordis cithara. Quapropter beatum censet anima mea illius erga Deum

α΄.



ΟΝ ἐπίσκοπον ἔγνων, οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπων, κεκτῆσθαι τὴν διακονίαν τὴν εἰς τὸ κοινὸν ἀνήκουσαν, οὐδὲ κατὰ κενοδοξίαν, ἀλλ᾽ ἐν ἀγάπῃ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ καταπέπληγμαι τὴν ἐπιείκειαν, ὃς σιγῶν πλείονα δύναται τῶν μάταια λαλούντων· συνευρύθμισαι γὰρ ταῖς ἐντολαῖς, ὡς χορδαῖς κιθάρα. Διὸ μακαρίζει μου ἡ ψυχὴ τὴν εἰς θεὸν αὐτοῦ γνώμην.

γνώμην, ἐπιγνοὺς ἐνάρετον καὶ τελείαν οὖσαν, τὸ ἀκίνητον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀόργητον αὐτοῦ ἐν πάσῃ ἐπιεικείᾳ θεοῦ ζῶντος.

β'. Τέκνα οὖν φωτὸς, 1 ἀληθείας, φεύγετε τὸν μερισμὸν, καὶ τὰς κακοδιδασκαλίας· ὅπȣ δὲ ὁ ποιμήν ἐςιν, ἐκεῖ ὡς πρόβατα ἀκολȣθεῖτε. Πολλοὶ γὰρ λύκοι ἀξιόπιςοι ἡδονῇ κακῇ αἰχμαλωτίζȣσιν τοὺς θεοδρόμȣς· ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι ὑμῶν ȣ̓χ ἕξȣσιν τόπον.

γ'. Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν βοτανῶν, ἅστινας οὐ γεωργεῖ Ἰησοῦς Χριςὸς, διὰ τὸ μὴ εἶναι 2 αὐτοὺς φυτείαν πατρός. Οὐχ' ὅτι παρ' ὑμῖν μερισμὶν εὗρον, ἀλλ' 3 ἀποδιϋλισμένον. Ὅσοι γὰρ θεοῦ εἰσιν καὶ Ἰησοῦ Χριςοῦ, οὗτοι μετὰ τοῦ ἐπισκόπȣ εἰσίν· καὶ ὅσοι ἂν μετανοήσαντες ἔλθωσιν ἐπὶ τὴν ἑνότητα τῆς ἐκκλησίας, 4 οὗτοι θεȣ̃ ἔσονται,

propoſitum, qui cognoſco illud virtutibus ornatum eſſe, & perfectum: illius immobilitatem, atque lenitatem iræque vacuitatem, in omni manſuetudine Dei viventis.

II. Filii itaque lucis & veritatis, fugite diviſionem & pravas doctrinas. Ubi autem paſtor eſt, eodem ut oves ſequamini. Multi enim lupi, fide digni habiti, eos qui in Dei ſtadio currunt, pernicioſis voluptatibus illectos, captivos ducunt: verum in veſtra concordia non habebunt locum.

III. Abſtinete ab herbis noxiis, quas Jeſus Chriſtus non excolit; quia non ſunt plantatio Patris. Non quod apud vos diviſionem invenerim; ſed excolationem. Quotquot enim DEI & JESU CHRISTI ſunt, hi ſunt cum Epiſcopo. Quotquot autem pœnitentia ducti redierint ad unitatem eccleſiæ, & iſti DEI erunt,

1 Inſere καί. 2 Interp. αὐτάς. 3 Ἀποδιϋλισμὸν Voſſ. 4 Καὶ inſerendum.

ut

ut ſecundum Jeſum Chriſtum vivant. Ne erretis, fratres mei, ſi quis ſchiſma facientem ſectatur, regni Dei hæreditatem non conſequitur. Si quis in aliena ſententia ambulat, iſte paſſioni non conſentit.

ἵνα ὦσιν κατὰ Ἰησȣ̃ν Χριστὸν ζῶντες. Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μȣ. Εἴ τις σχίζοντι ἀκολȣθεῖ, βασιλείαν Θεȣ̃ ȣ̓ κληρονομεῖ· εἴ τις ἐν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ περιπατεῖ, ȣ̃τος τῷ πάθει ȣ̓ συγκατατίθεται.

IV. Operam igitur detis, ut una Euchariſtia utamini. Una enim eſt caro Domini noſtri Jeſu Chriſti, & unus calix in unitatem ſanguinis ipſius: unum altare, ſicut unus Epiſcopus cum Presbyterio & Diaconis conſervis meis; ut quod facitis, ſecundum Deum faciatis.

δʹ. Σπȣδάζετε ȣ̃ν μιᾷ εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι. Μία γὰρ σὰρξ τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃, καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τȣ̃ αἵματος αὐτȣ̃· ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος, ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις τοῖς συνδȣ́λοις μȣ, ἵνα ὃ ἐὰν πράσσητε κατὰ Θεὸν πράσσητε.

V. Fratres mei, valde effuſus ſum in amorem veſtri; & ſupra modum exultans, tutos cautosque vos reddo. Non ego quidem; ſed Jeſus Chriſtus, in quo vinctus plus timeo, ut adhuc imperfectus. Sed oratio veſtra apud Deum me perficiet, ut ſorte per miſericordiam mihi aſſignata potiar; confugiens ad evangelium tanquam ad carnem Jeſu, &

εʹ. Ἀδελφοί μȣ, λίαν ἐκκέχυμαι ἀγαπῶν ὑμᾶς, καὶ ὑπεραγαλλόμενος ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς· ȣ̓κ ἐγὼ δὲ, ἀλλ' Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ᾧ δεδεμένος φοβȣ̃μαι μᾶλλον, ὡς ἔτι ὢν [1] ἀνάρπαστος. Ἀλλ' ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς Θεόν με ἀπαρτίσει, ἵνα ἐν ᾧ κλήρῳ ἐλεήθην, ἐπιτύχω· προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ ὡς σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ

1 Ἀναπάρτιστος Interpol.

τοῖς

τοῖς ἀποςόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ ἐκκλησίας. Καὶ τὰς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν, διὰ τὸ καὶ αὐτὰς εἰς τὸ εὐαγγέλιον κατηγγελκέναι, καὶ εἰς [1] αὐτὸν ἐλπίζειν, καὶ αὐτὸν ἀναμένειν· ἐν ᾧ καὶ πιςεύσαντες ἐσώθησαν, ἐν ἑνότητι Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ ὄντες ἀξιαγαπητοὶ καὶ ἀξιοθαύμαςοι ἅγιοι, ὑπὸ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ μεμαρτυρημένοι, καὶ συνηριθμημένοι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος.

ς'. Ἐὰν δέ τις Ἰȣδαϊσμὸν ἑρμηνεύῃ ὑμῖν, μὴ ἀκȣ́ετε αὐτȣ̃. Ἄμεινον γάρ ἐςιν παρὰ ἀνδρὸς περιτομὴν ἔχοντος Χριςιανισμὸν ἀκȣ́ειν, ἢ παρὰ ἀκροβύςȣ Ἰȣδαϊσμόν. Ἐὰν δὲ ἀμφότεροι περὶ Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ μὴ λαλῶσιν, ȣ̃τοι ἐμοὶ ςῆλαί εἰσιν καὶ τάφοι νεκρῶν, ἐφ' οἷς γέγραπται μόνον ὀνόματα ἀνθρώπων. Φεύγετε ȣ̃ν τὰς κακοτεχνίας, καὶ

[1] Χριςόν.

ad Apostolos velut ad ecclesiæ Presbyterium. Sed & Prophetas diligamus; propterea quod & ipsi evangelium annunciaverint, & in Christum speraverint, & ipsum expectaverint: in quo & credentes salutem consecuti sunt, in unitate Jesu Christi, cum essent sancti amore & admiratione digni; à Jesu Christo testimonium adepti, & connumerati in evangelio spei communis.

VI. Si quis autem Judaismum vobis exponat, ne audiatis ipsum. Melius est enim à viro circumcisionem habente Christianismum audire, quam ab habente præputium Judaismum. Si autem utrique de Jesu Christo non loquantur; isti mihi columnæ sepulcrales & mortuorum sunt monumenta, quibus hominum nomina duntaxat inscripta sunt. Fugite igitur malas artes, &

 insidias

insidias Principis seculi hujus; ne quando sententia ipsius oppressi in caritate langveatis. Sed omnes in idem sitis indivulso corde. Gratias autem ago Deo meo, quod pacatam gero de vobis conscientiam; nec habet quispiam quod glorietur vel secreto vel palam, à me quemquam gravatum esse aut in parvo aut in magno. Sed & omnes, inter quos locutus sum, oro, ne illud in testimonium habeant.

VII. Quanquam enim secundum carnem voluerunt quidam me seducere: at spiritus non seducitur, à Deo existens. [a] Novit enim unde veniat, & quo vadat, & secreta coarguit. Clamavi cum interessem, locutus sum magna voce: Episcopo attendite, & Presbyterio, & Diaconis. Quidam autem suspicati sunt, me, ut præscium divisionis quorundam, hæc dicere. Testis

ἐνέδρας τȣ̃ ἄρχοντος τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ, μήποτε θλιϐέντες τῇ γνώμῃ αὐτȣ̃ ἐξασθενήσετε ἐν τῇ ἀγάπῃ. Ἀλλὰ πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε ἐν ἀμερίςῳ καρδίᾳ. Εὐχαριςῶ δὲ τῷ θεῷ μȣ, ὅτι εὐσυνείδητός εἰμι ἐν ὑμῖν, καὶ ȣ̓κ ἔχει τις καυχήσασθαι, ȣ̎τε λάθρα ȣ̎τε φανερῶς, ὅτι ἐϐάρησά τινα ἐν μικρῷ ἢ ἐν μεγάλῳ. Καὶ πᾶσι δὲ, ἐν οἷς ἐλάλησα, εὔχομαι, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον αὐτὸ [1] κτήσωνται.

ζʹ. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ σάρκα μέ τινες ἠθέλησαν πλανῆσαι, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ȣ̓ πλανᾶται, ἀπὸ θεȣ̃ ὄν. Οἶδεν γὰρ πόθεν ἔρχεται, καὶ πȣ̃ ὑπάγει, καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. Ἐκραύγασα μεταξὺ ὢν, ἐλάλȣν μεγάλῃ φωνῇ· τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, καὶ τῷ πρεσϐυτερίῳ, καὶ διακόνοις. Οἱ δὲ [2] ὑποπ]εύσαντές με, ὡς προειδότα τὸν μερισμόν τινων, λέγειν ταῦτα· μάρτυς

1 MS. Κτί. 2 ὑπώπ]ευσαν. MS. π]ίσαντις, voce mutilata.
a Joh. III. 8.

δέ

δέ μοι ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. Τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσεν, [1] λέγων τάδε· χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε· τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε· τοὺς μερισμοὺς φεύγετε· μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

autem mihi is eſt, in quo vinctus ſum, quod à carne humana non cognoverim; ſed Spiritus annunciavit, dicens iſta: Sine Epiſcopo nihil facite. Carnem veſtram, ut Dei templum, cuſtodite. Unitatem amate, diſſidia fugite. Imitatores eſte JESU CHRISTI, ſicut & ipſe Patris ipſius.

η'. Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν, ὡς ἄνθρωπος εἰς ἕνωσιν κατηρτισμένος. Οὗ δὲ μερισμός ἐστιν καὶ ὀργὴ, Θεὸς οὐ κατοικεῖ. Πᾶσιν οὖν μετανοοῦσιν ἀφίει ὁ κύριος, ἐὰν μετανοήσωσιν εἰς ἑνότητα Θεοῦ, καὶ συνέδριον τοῦ ἐπισκόπου. Πιστεύω τῇ χάριτι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς λύσει ἀφ' ὑμῶν πάντα δεσμόν. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς μηδὲν κατ' ἐρίθειαν πράσσειν, ἀλλὰ κατὰ Χριστομαθίαν. Ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς [2] ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω·

VIII. Ego itaque, quod meum erat, feci, ut homo ad unitatem compoſitus. Ubi autem diviſio eſt & ira, ibi Deus minime habitat. Omnibus igitur pœnitentibus remittit Deus, ſi reſipiſcant in unitatem Dei, & Epiſcopi conſeſſum. Credo gratiæ Jeſu Chriſti, qui ſolvet à vobis omne vinculum. Obſecro autem vos nihil [a] per contentionem facere; ſed juxta Chriſti diſciplinam. Quandoquidem audivi quosdam dicentes: niſi invenero in archivis, evangelio non credo.

1 Lege λέγον. 2 Ἀρχείοις *archivis*, uti paullo infra, & apud Interpol. a Phil. II. 3.

Et dicente me ipsis: scriptum est; responderunt mihi: præjacet. Mihi vero pro archivis est Jesus Christus: illibata archiva, crux ejus & mors; & resurrectio ejus, & fides quæ per ipsum, quibus justificari cupio per precationes vestras.

καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται, ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται. Εμοὶ δὲ ἀρχεῖά ἐστιν Ιησοῦς Χριστὸς, τὰ 1 ἄθηκτα ἀρχεῖα ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ· ἐν οἷς θέλω ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν δικαιωθῆναι.

IX. Boni quidem sunt Sacerdotes: præstantius autem quid est summus Pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum; cui soli secreta Dei sunt tradita. Ipse est janua Patris, per quam ingrediuntur Abrahamus, & Isaacus, & Jacobus, & Prophetæ, & Apostoli, atque Ecclesia. Omnia hæc ad unitatem Dei. Eximium autem quiddam habet evangelium; nimirum adventum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, passionem ipsius, ac resurrectionem. Dilecti namque Prophetæ annunciaverunt in ipsum:

θ'. Καλοὶ καὶ οἱ ἱερεῖς· 2 κρεῖσσον δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ πεπιστευμένος τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὃς μόνος πεπίστευται τὰ κρυπτὰ τοῦ θεοῦ· αὐτὸς ὢν θύρα τοῦ πατρὸς, δι' ἧς εἰσέρχονται Αβραὰμ καὶ Ισαὰκ καὶ Ιακὼβ, καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ ἐκκλησία. Πάντα ταῦτα εἰς ἑνότητα θεοῦ. Εξαίρετον δέ τι ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος 3 κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, τὸ πάθος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀνάστασιν. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν·

1 Αθικτα. 2 Interpol. κρείσσων. 3 Interpolator habet σωτῆρος absque κυρίου.

τὸ

τὸ δὲ εὐαγγέλιον ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας. Πάντα ὁμοῦ καλά ἐστιν, ἐὰν ἐν ἀγάπῃ [1] πιστεύετε.

ι'. [2] Επεὶ δὲ κατὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, καὶ κατὰ σπλάγχνα ἃ ἔχετε ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, ἀπηγγέλη μοι εἰρηνεύειν τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Αντιοχείᾳ τῆς Συρίας· πρέπον ἐστὶν ὑμῖν, ὡς ἐκκλησίᾳ θεοῦ, χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ θεοῦ πρεσβείαν, εἰς τὸ συγχαρῆναι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ [3] γενομένοις, καὶ δοξάσαι τὸ ὄνομα. Μακάριος ἐν Ιησοῦ Χριστῷ, ὃς καταξιωθήσεται τῆς τοιαύτης διακονίας· καὶ ὑμεῖς δοξασθήσεσθε. Θέλουσιν δὲ ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ὑπὲρ ὀνόματος θεοῦ, ὡς καὶ αἱ ἔγγιστα ἐκκλησίαι ἔπεμψαν ἐπισκόπους, αἱ δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους.

ια'. Περὶ δὲ Φίλωνος τοῦ διακόνου ἀπὸ Κιλικίας ἀνδρὸς μεμαρτυρημένου, ὃς καὶ νῦν ἐν λόγῳ θεοῦ

Evangelium vero perfectio est incorruptionis. Omnia in universum bona sunt; modo in caritate credideritis.

X. Quoniam secundum orationem vestram, & secundum viscera, quæ habetis in Christo Jesu, nunciatum est mihi pacem habere Ecclesiam Antiochenam, quæ in Syria est; decet vos, ut Dei Ecclesiam, eligere Diaconum, qui obeat ibi legationem Dei, ut cum illis in unum congregatis, simul gaudeat & glorificet Nomen. Beatus ille in Jesu Christo, qui dignus habitus fuerit ejusmodi ministerio: & vos glorificabimini. Volentibus autem vobis non est impossibile pro nomine Dei; ut & quædam proximæ ecclesiæ miserunt Episcopos, nonnullæ vero Presbyteros & Diaconos.

XI. De Philone autem Diacono Cilice, viro laudato, qui & nunc in verbo Dei

1 Πιστεύητε. 2 Επειδὴ. 3 Forte γενόμενον.

mihi ministrat, una cum Rheo Agathopode viro electo, qui à Syria me comitatur, vitæ renuncians: qui & de vobis testificantur. Et ego Deo ago gratias pro vobis, quod illos suscepistis; sicut & vos Dominus. Qui vero illos ignominia affecerunt, liberentur per gratiam Jesu Christi. Salutat vos caritas fratrum, qui sunt in Troade, unde & scribo vobis per Burrhum, qui missus est mecum ab Ephesiis & Smyrnæis honoris causa. Honoret ipsos Dominus Jesus Christus, in quem sperant carne, anima, spiritu, fide, caritate, concordia. Valete in Christo Jesu communi spe nostra.

ὑπηρετεῖ μοι ἅμα Ῥέῳ Ἀγαθόποδι ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ, ὃς ἀπὸ Συρίας μοι ἀκολουθεῖ, ἀποταξάμενος τῷ βίῳ, οἳ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν, κἀγὼ τῷ θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτοὺς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ κύριος. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς, λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούῤῥου, πεμφθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων εἰς λόγον τιμῆς. Τιμήσει αὐτοὺς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς ὃν ἐλπίζουσιν σαρκὶ, ψυχῇ, [1] πίστει, ἀγάπῃ, ὁμονοίᾳ. Ἔῤῥωσθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

[2] ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ".

AD TRALLIANOS.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ.

Ignatius, qui & Theophorus, dilecta Deo Patri Jesu Christi, Eccle-

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἠγαπημένῃ θεῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκκλη-

1 Insere πνεύματι. 2 Deest in MS.

σίᾳ

σίᾳ ἁγίᾳ, τῇ ὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, ἐκλεκτῇ καὶ ἀξιοθέῳ, εἰρηνευύσῃ ἐν σαρκὶ καὶ αἵματι 1 τῷ πάθει Ιησῦ Χριςῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν τῇ εἰς αὐτὸν ἀνασάσει· ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν τῷ πληρώματι, ἐν Ἀποςολικῷ χαρακτῆρι, καὶ εὔχομαι πλεῖςα χαίρειν.

siæ sanctæ, quæ est Trallibus Asiæ, electæ & Deo dignæ, pacem habenti in carne & sanguine & passione JESU CHRISTI, spei nostræ, in ea quæ in ipsum resurrectione: quam & saluto in plenitudine, in Apostolico charactere, & opto plurimum salvere.

α΄.



Μωμον διάνοιαν, καὶ 2 ἀδιάκριτον ἐν ὑπομονῇ, ἔγνων ὑμᾶς ἔχοντας, ὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ 3 φύσιν· Καθὼς ἐδήλωσέν μοι Πολύϐιος ὁ ἐπίσκοπος ὑμῶν, ὃς παρεγένετο θελήματι θεῦ καὶ Ιησῦ Χριςοῦ, ἐν Σμύρνῃ, καὶ ὕτως μοι συνεχάρη δεδεμένῳ ἐν Ιησῦ Χριςῷ, ὥστε με τὸ πᾶν πλῆθος ὑμῶν ἐν αὐτῷ 4 θεωρῆσαι.

I.



Nculpatam mentem & inseparabilem in patientia cognovi habere vos, non usu; sed proprietate: quemadmodum significavit mihi Episcopus vester Polybius, qui Smyrnæ adfuit per voluntatem Dei & JESU CHRISTI; quique mihi vincto, in Jesu Christo, sic congratulatus est, ut universam multitudinem vestram in eo contemplatus sim.

1 Insere καὶ. 2 Interpol. ἀνυπόκριτον. 3 Κτῆσιν Interpol.
4 MS. θεωρῆσθαι.

Excipiens enim per ipſum eam, quæ ſecundum Deum eſt, benevolentiam, gloriatus ſum, inveniens vos, ut cognovi, imitatores Dei eſſe.

II. Cum enim Epiſcopo ſubjecti eſtis ut Jeſu Chriſto, videmini mihi non ſecundum homines, ſed ſecundum JESUM CHRISTUM vivere; qui propter vos mortuus eſt, ut credentes in mortem ipſius mori effugiatis. Neceſſarium itaque eſt, quemadmodum facitis, ut ſine Epiſcopo nihil agatis. Sed & Presbyterio ſubditi ſitis, ut Apoſtolis JESU CHRISTI, ſpei noſtræ, in quo converſantes inveniamur. Oportet autem & Diaconos, myſteriorum JESU CHRISTI miniſtros, omni modo omnibus placere. Non enim ciborum & potuum miniſtri ſunt, ſed Eccleſiæ Dei miniſtri. Oportet igitur ut

Ἀποδεξάμενος οὖν τὴν κατὰ θεὸν εὔνοιαν δι' αὐτοῦ, [1] ἔδοξα [2] εὑρὼν ὑμᾶς, ὡς ἔγνων, μιμητὰς ὄντας θεοῦ.

β'. Ὅτ' ἂν γὰρ τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσεσθε ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ [3] ἀνθρώπινον ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δι' [4] ἡμᾶς ἀποθανόντα, ἵνα πιστεύσαντες εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ, τὸ ἀποθανεῖν ἐκφύγητε. Ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ὥσπερ ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς· ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες [5] εὑρεθησώμεθα. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους, ὄντας [6] μυστήριον Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πάντα τρόπον πᾶσιν ἀρέσκειν. Οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσιν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας θεοῦ ὑπηρέται. Δέον οὖν [7] αὐτοὺς

1 Forte ἐδόξασα. 2 Εὑρεῖν Voſſ. 3 Lege κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· vel, ut Interpres habet, κατ' ἀνθρώπους. 4 Ὑμᾶς. 5 MS. εὑρεθησόμεθα. 6 Μυστηρίων. 7 Ὑμᾶς.

Φυλάσ-

φυλάσσεσθαι τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ.

γ΄. Ομοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τὰς [1] διακόνους, [2] ὡς Ιησῦν Χριςὸν, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὄντα υἱὸν τῦ πατρός· τὰς δὲ πρεσβυτέρας, ὡς συνέδριον Θεῦ, καὶ ὡς [3] σύνδεσμον ἀποςόλων. Χωρὶς τάτων ἐκκλησία ἀ καλεῖται· περὶ ὧν πέπεισμαι ὑμᾶς ἄτως ἔχειν. Τὸ γὰρ ἐξεμπλάριον τῆς ἀγάπης ὑμῶν ἔλαβον, καὶ ἔχω μετ᾽ ἐμαυτῦ ἐν τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν, ὗ αὐτὸ [4] τὸ κατάςημα μεγάλη μαθητεία, ἡ δὲ πραότης αὐτῦ δύναμις· ὃν λογίζομαι καὶ τὰς ἀθέας ἐντρέπεσθαι. ἀγαπῶντας, ὡς ἀ φείδομαι [5] ἑαυτὸν πότερον, δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τάτα ᾠήθην, ἵνα ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόςολος ὑμῖν [6] διατάσσωμαι.

sibi caveant à criminibus, tanquam ab igne.

III. Cuncti similiter revereantur Diaconos, ut mandatum Jesu Christi; & Episcopum, ut Jesum Christum, qui est filius Patris: Presbyteros autem ut consessum Dei, & ut conjunctionem Apostolorum. Sine his Ecclesia non vocatur. De quibus persuasum habeo, vos ita sentire. Exemplar enim caritatis vestræ accepi, & mecum habeo in Episcopo vestro; cujus ipse habitus magna disciplina est, mansuetudo autem ipsius potentia: quem existimo & impios ipsos revereri, diligentes quod aliquantum ipsi non parco. Cum possem scribere super illa re, hucusque loquendum existimavi, ne condemnatus qui sum, velut Apostolus vobis præcipiam.

1 Insere, ὡς ἐντολὴν Ιησῦ Χριςοῦ. quod excidit ex Græco exemplari. 2 Lege, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Ιησῦν Χριςὸν, ὄντα. 3 MS. σύνδεσμος. male. 4 Tit. II. 3. 5 Videtur in MS. esse ἐμαυτόν. 6 MS. διατάσσομαι.

IV. Multa ſapio in Deo: ſed meipſum metior, ne gloriando peream. Nunc enim plus mihi timendum eſt, nec animus illis intendendus, qui me inflant. Qui enim me laudant, flagellant me. Nam diligo quidem pati, ſed neſcio, an dignus ſim. Zelus quidem multis non apparet; me vero majorem in modum impugnat. Opus itaque mihi manſuetudine, qua Princeps ſeculi hujus deſtruitur.

V. Numquid non poſſum cœleſtia vobis ſcribere? At ne parvulis vobis damnum inferam metuo; ac mihi ignoſcite; ne, iſta capere non valentes, ſtrangulemini. Etenim ego non propterea quod vinctus ſum, & cœleſtia intelligere poſſum, & ſitus Angelorum, & cœtus conſtitutioneſque Principatuum, viſibiliaque & inviſibilia; propter hoc jam & diſcipulus ſum:

δ'. Πολλὰ φρονῶ ἐν θεῷ. ἀλλ' ἐμαυτὸν μετρῶ, ἵνα μὴ ἐν καυχήσει ἀπόλωμαι. Νῦν γάρ με δεῖ πλέον φοβεῖσθαι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με. Οἱ γὰρ λέγοντές μοι, μαστιγοῦσίν με. Ἀγαπῶ μὲν γὰρ τὸ παθεῖν, ἀλλ' οὐκ οἶδα εἰ ἄξιός εἰμι. Ο γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ. Χρήζω οὖν πραότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου.

ε'. Μὴ οὐ δύναμαι [1] τὰ ἐπουράνια γράψαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι μὴ νηπίοις οὖσιν ὑμῖν βλάβην παραθῶ. Καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι· μήποτε, οὐ δυνηθέντες χωρῆσαι στραγγαλωθῆτε. Καὶ γὰρ ἐγὼ οὐ καθότι δέδεμαι, καὶ δυνάμενος [2] τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰς τοποθεσίας τὰς ἀγγελικὰς, καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχοντικὰς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα. Παρὰ τοῦτο ἤδη καὶ μαθητής εἰμι.

1 Inſere ὑμῖν. 2 Inſere νοεῖν.

Πολλὰ

Πολλὰ γὰρ ἡμῖν λείπει, ἵνα Θεȣ̃ μὴ λειπώμεθα.

ς'. Παρακαλῶ ȣ̃ν ὑμᾶς, ȣ̓κ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ ἀγάπη Ιησȣ̃ Χριςȣ̃, μόνῃ τῇ Χριςιανῇ τροφῇ χρῆσθαι, ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐςὶν αἵρεσις. Οἱ καιροὶ παρεμπλέκȣσιν Ιησοῦν Χριςὸν, κατ' ἀξίαν πιςευόμενοι· ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον διδόντες μετὰ οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν ἡδέως λαμβάνει ἐν ἡδονῇ, [1] κἀκεῖ τὸ ἀποθανεῖν.

ζ'. Φυλάττεσθε ȣ̃ν [2] τοῖς τοιȣ́τοις. Τȣ̃το δὲ ἔςαι ὑμῖν μὴ φυσιȣμένοις, καὶ ȣ̃σιν ἀχωρίςοις Θεȣ̃ Ιησȣ̃ Χριςȣ̃, καὶ τȣ̃ ἐπισκόπȣ, καὶ τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποςόλων. Ο ἐντὸς θυσιαςηρίȣ ὢν, καθαρός ἐςιν· ὁ δὲ ἐκτὸς ὢν, ȣ̓ καθαρός ἐςι· τȣ̃τ' ἔςιν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπȣ καὶ πρεσβυτερίȣ καὶ [3] διακόνȣ πράσσων τι, ȣ̓̃τος ȣ̓ καθαρός ἐςιν τῇ συνειδήσει.

multa enim nobis desunt, ne à Deo absimus.

VI. Obsecro itaque vos; non ego; sed caritas Jesu Christi, solo Christiano alimento uti, ab aliena autem herba abstinere, quæ est hæresis: qui hæretici & inquinatis implicant Jesum Christum; ratione dignitatis quam obtinent, fidem adepti: quemadmodum mortiferum pharmacum cum mulso dantes; quod qui ignorat, libenter cum voluptate noxia mortem accipit.

VII. A talibus igitur vos custodite. Quod fiet, si inflati non fueritis; & indivulsi manseritis à Deo JESU CHRISTIO, & Episcopo, & præceptis Apostolorum. Qui intra altare est, mundus est: qui vero extra est, non est mundus: hoc est, qui sine Episcopo & Presbyterio & Diaconis quidpiam agit, is non est mundus in conscientia.

1 Vet. Int. Κακεῖ. 2 Interpol. τȣ̀ς τοιούτȣς, & recte. 3 Interpol. διακόνων.

VIII. Non

VIII. Non quod noverim tale aliquid inter vos; ſed quod præmuniam vos, ut filios meos cariſſimos, proſpiciens inſidias Diaboli. Vos itaque manſuetudinem aſſumentes, recreate vosmet ipſos in fide, quod eſt caro Domini, & in caritate, quod eſt ſanguis Jeſu Chriſti. Nullus veſtrum adverſus proximum aliquid habeat. Ne anſam detis gentibus; ne propter paucos inſipientes, ea quæ in Deo eſt multitudo blaſphemetur. [a] *Væ enim ei, per quem* in vanitate *nomen meum* in aliquibus *blaſphematur.*

η'. Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ προφυλάσσω ὑμᾶς ὄντας μου ἀγαπητοὺς, προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ διαβόλου. Ὑμεῖς οὖν, [1] πραεῖαν εὐπάθειαν ἀναλαβόντες, [2] ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, [3] ὅ ἐστιν σὰρξ τοῦ κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ, [3] ὅ ἐστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ [4] πλησίου [5] ἐχέτω. Μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἄφρονας τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος βλασφημῆται. Οὐαὶ γὰρ δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπί τινων βλασφημεῖται.

IX. Obturate igitur aures veſtras, cum vobis quiſpiam loquitur ſine Jeſu Chriſto, qui ex genere Davidis, qui ex Maria; qui vere natus eſt, edit & bibit, vere perſecutionem paſſus eſt ſub Pontio Pilato; vere crucifixus & mortuus eſt, videntibus cœleſtibus, terreſtribus, & ſubterraneis;

θ'. Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβίδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων, ἐπιγείων, καὶ ὑποχθονίων·

1 Πραϋπάθειαν. 2 Ἀνακτήσασθε Junius & Cotel. 3 MS. ὅς. 4 MS. πλησίον. 5 Inſere τί. a Eſai. LII. 5. Ezech. XXXVI. 23.

ὃς

ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τȣ͂ πατρὸς αὐτȣ͂· 1 κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὡς καὶ ἡμᾶς τȣ̀ς πιςεύοντας αὐτῷ ȣ̔́τως ἐγερεῖ ὁ πατὴρ αὐτȣ͂ ἐν Χριςῷ Ἰησȣ͂, ȣ͂ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν ȣ̓κ ἔχομεν.

ί. Εἰ δὲ, ὥσπέρ τινες ἄθεοι ὄντες, τȣτ᾽ ἔςιν ἄπιςοι, λέγȣσιν τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ ὄντες τὸ δοκεῖν, ἐγὼ τί δέδεμαι; τί δὲ εὔχομαι θηριομαχῆσαι; Δωρεὰν ȣ̓͂ν ἀποθνήσκω· ἄρα ȣ̓ καταψεύδομαι τȣ͂ κυρίȣ.

ιά. Φεύγετε ȣ̓͂ν τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον, ȣ͂ ἐὰν γεύσηταί τις, παρ᾽ αὐτὰ ἀποθνήσκει. Οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία πατρός. Εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ ςαυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄφθαρτος· δἰ οὗ, ἐν τῷ

1 Ὡς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα.

qui & vere resurrexit à mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius; secundum similitudinem, qua & nos, ipsi credentes, ita resuscitabit Pater ipsius in CHRISTO JESU; sine quo veram vitam non habemus.

X. Si vero, ut quidam Athei, hoc est, infideles, ajunt, ipsum secundum apparentiam esse passum; ipsi secundum apparentiam existentes: ego quid vinctus sum? & cur opto cum bestiis depugnare? frustra itaque morior. Profecto mendacia de Domino non confingo.

XI. Fugite ergo malas propagines, quæ gignunt mortiferum fructum; quem si quis gustarit, continuo moritur. Isti enim non sunt [a] *plantatio Patris.* Si enim essent, apparerent utique rami crucis, & esset utique fructus illorum incorruptibilis; per quem in

a Matt. XV. 13.

passione

paſſione ipſius invitat vos, qui eſtis membra ipſius. Non poteſt igitur caput ſeorſim naſci ſine membris; Deo unionem repromittente, quæ eſt ipſe.

πάθει αὐτοῦ, προσκαλεῖται ὑμᾶς, ὄντας μέλη αὐτοῦ. Οὐ δύναται οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν· τοῦ Θεοῦ ἕνωσιν ἐπαγγελλομένου, [1] ὅς ἐστιν αὐτός.

XII. Saluto vos è Smyrna, una cum Eccleſiis DEI, quæ mecum ſunt, quæ prorſus refocillarunt me & carne & ſpiritu. Obſecrant vos vincula mea, quæ propter JESUM CHRISTUM circumfero, orans, ut DEUM aſſequar; permanete in concordia veſtra & oratione mutua. Decet enim ſingulos veſtrum, & præcipue Presbyteros, refocillare Epiſcopum, in honorem Patris JESU CHRISTI & Apoſtolorum. Opto, ut in caritate me audiatis; ne hæc ſcribens in teſtimonium vobis ſim. Sed & orate pro me,

ιβʹ. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης, ἅμα ταῖς συμπαρούσαις [2] μου ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, [3] οἳ κατὰ πάντα με ἀνέπαυσαν σαρκί τε καὶ πνεύματι. Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἕνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ περιφέρω, αἰτούμενος Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον, εἰς τιμὴν πατρὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων. Εὔχομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκοῦσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχεσθε,

1 Ὅ. 2 Lege μοι. 3 Αἵ.

τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρήζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ καταξιωθῆναι με τοῦ κλήρου, οὗ [1] περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὑρεθῶ.


ια. Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων καὶ Ἐφεσίων. Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας· ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὢν ἔσχατος ἐκείνων. Ἔρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλήλους ἀγαπᾶτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. [2] Ἀγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅταν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ πατὴρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν, ἐν ᾧ εὑρεθείητε ἄμωμοι.

qui in Dei misericordia caritate vestra indigeo, ut dignus fiam sorte, ad quam assequendam jam destinor, ne reprobus inveniar.

XIII. Salutat vos caritas Smyrnæorum & Ephesiorum. Memores estote in orationibus vestris Ecclesiæ, quæ est in Syria, de qua & non sum dignus qui dicar, cum sim eorum ultimus. Valete in JESU CHRISTO; subjecti Episcopo, ut (Dei) mandato; & similiter Presbyterio. Ac sigillatim omnes alter alterum diligite corde indivulso. Expiet vos meus spiritus; non modo nunc, sed & ubi Deum nactus fuero. Nam etiamnum in periculo versor: sed fidelis est Pater in Jesu Christo, ut impleat petitionem meam & vestram; in quo opto ut inveniamini sine macula.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΙΣ.

1 An ὑπόκειμαι vel πρόκειμαι; 2 Ἀγνίζηται.



AD ROMANOS.

Ignatius, qui & Theophorus, misericordiam consecutæ in magnificentia Patris altissimi & Jesu Christi Filii ejus unici Ecclesiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate ejus qui vult omnia, quæ sunt secundum caritatem Jesu Christi Dei nostri; quæ etiam præsidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quæ beata prædicetur, digna laude, digna quæ voti compos fiat, digne casta, caritate præcellens, Christi & Patris nomine insignita, quam & amplector in nomine Jesu Christi Filii Patris; secundum carnem & spiritum conjunctis omni ipsius præcepto, gratia Dei indivisim repletis, & ab omni alieno colore expurgatis, plurimum in Jesu Christo Deo nostro intaminate gaudere.

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

Ιγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίςȣ, καὶ Ιησȣ̃ Χριςοῦ τȣ̃ μόνȣ υἱοῦ αὐτȣ̃, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τȣ̃ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐςιν κατὰ ἀγάπην Ιησȣ̃ Χριςȣ̃ τȣ̃ θεȣ̃ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίȣ Ρωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς, ἀξιομακάριςος, ἀξιέπαινος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξιόαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, Χριςώνυμος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ιησȣ̃ Χριςȣ̃ υἱοῦ πατρὸς, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος θεȣ̃ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίȣ χρώματος, πλεῖςα ἐν Ιησȣ̃ Χριςῷ τῷ θεῷ ἡμῶν ἀμώμως χαίρειν.

α'.

α'.



1 Ἐπεὶ εὐξάμενος θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ᾐτούμην λαβεῖν, δεδεμένος ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, ἐάνπερ θέλημα τοῦ θεοῦ ᾖ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐςιν, ἐάνπερ χάριτος ἐπιτύχω εἰς τὸ τὸν κλῆρόν μου ἀνεμποδίςως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτή με ἀδικήσῃ. Ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐςιν, ὃ θέλετε, ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐςιν τοῦ θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἐάνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου.

β'. Οὐ γὰρ θέλω ὑμῖν ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ θεῷ ἀρέσαι, ὥσπερ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε ἕξω καιρὸν τοιοῦτον θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, ἐὰν σιωπήσητε,

I.



Quandoquidem precatus Deum obtinui, ut Deo dignos vultus veſtros cernerem, & pluſquam petebam acciperem; vinctus in Chriſto Jeſu ſpero me vos amplexaturum, ſiquidem voluntas Dei ſit, ut dignus habear, qui ad finem perveniam. Recte enim diſpoſitum eſt principium, ſi gratiam conſequar, ſortem meam ſine impedimento accipiendi. Namque veſtram caritatem timeo, ne mihi ipſa noceat. Vobis enim facile eſt quod vultis facere: mihi vero difficile eſt Deum aſſequi, ſiquidem vos mihi parcatis.

II. Nolo enim vobis tanquam hominibus placere, ſed Deo placere, quemadmodum & vos placetis. Nam ego nunquam tale tempus attingam, quo DEUM aſſequar; neque vos, ſi ſilueritis,

1 L. ἐπιευξάμενος.

meliori operi inſcribi poteritis. Si enim de me ſilueritis, ego Dei fiam: ſi autem carnem meam amaveritis, denuo currendum erit mihi. Plus mihi non præbueritis, quam ut immoler Deo; dum adhuc altare paratum eſt, ut in caritate chorus effecti canatis Patri in Chriſto Jeſu, quod Epiſcopum Syriæ dignum Deus judicaverit, qui in Occidentem ab Oriente accerſitus inveniretur. Bonum eſt à mundo ad Deum occidere, ut in ipſo oriar.

κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. Εαν γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμȣ̃, ἐγὼ γενήσομαι θεοῦ· ἐὰν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκός μȣ, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τȣ̃ σπονδιασθῆναι θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαςήριον ἕτοιμόν ἐςιν· ἵνα, ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι, ᾄσητε τῷ πατρὶ ἐν Χριςῷ Ιησȣ̃, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εις δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταμεμψάμενος. Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμȣ πρὸς θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατείλω.

III. Nulli unquam invidiſtis, alios docuiſtis: ego vero volo ut & illa firma ſint, quæ docendo præcipitis. Vim tantum mihi internam & externam petite, ut non ſolum dicam, ſed & velim: ut non ſolum dicar Chriſtianus, ſed & inveniar. Si enim inventus fuero, & talis dici potero,

γ'. Οὐδέποτε ἐβασκάνατε ȣ̓δένα· ἄλλȣς ἐδιδάξατε. Εγὼ δὲ θέλω, ἵνα κἀκεῖνα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Μόνον μοι δύναμιν αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριςιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ. Εὰν γὰρ καὶ εὑρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ

καὶ τότε πιςὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Οὐδὲν φαινόμενον, αἰώνιον. Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. Ο γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ιησῦς Χριςὸς ἐν πατρὶ ὢν μᾶλλον φαίνεται. Οὐ σιωπῆς μόνον τὸ ἔργον· ἀλλὰ μεγέθυς ἐςὶν ὁ Χριςιανισμός.

& tunc fidelis eſſe valebo, cum mundo amplius non apparebo. Nihil quod apparet, æternum eſt. a *Quæ enim videntur temporalia ſunt: quæ vero non videntur, æterna ſunt.* Namque ipſe Deus noſter Jeſus Chriſtus in Patre exiſtens magis apparet. Non ſilentii tantum; ſed magnitudinis opus eſt Chriſtianiſmus.

δ'. Εγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεῦ ἀποθνήσκω, ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Αφετέ με θηρίων εἶναι βοράν, δι' ὧν ἔνεςιν Θεῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι Θεῦ· καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλέθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τῦ Χριςῦ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τῦ σώματός μυ, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι.

IV. Ego eccleſiis ſcribo, omnibusque mando, quod pro Deo ultro & libens morior, ſi quidem vos non impediatis. Obſecro vos ne intempeſtivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum eſſe, per quas Deum conſequi licet. Frumentum ſum Dei, & per ferarum dentes molor, ut purus panis Chriſti inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi ſepulcrum fiant, nihilque mei corporis relinquant, ne poſtquam obdormiero, gravis alicui fiam.

a 2. Cor. IV. 18.

Tunc vere Christi discipulus ero, cum neque corpus meum mundus videbit. Christo pro me supplicate, ut per hæc instrumenta hostia inveniar. Non ut Petrus & Paulus vobis præcipio. Illi Apostoli: ego condemnatus. Illi liberi: ego autem usque ad hoc tempus servus; sed si patiar, libertus CHRISTI ero, & in ipso liber resurgam. Nunc vinctus disco nihil mundanum vel vanum concupiscere.

Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τȣ̃ Χριςȣ̃, ὅτε ȣ̓δὲ τὸ σῶμά μȣ ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριςὸν ὑπὲρ ἐμȣ̃, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τȣ́των θυσία εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. Εκεῖνοι ἀπόςολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δȣ̃λος. Αλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ιησȣ̃, καὶ ἀναςήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον.

V. A Syria Romam usque terra marique, noctu & interdiu cum bestiis pugno, decem leopardis vinctus, quæ est militum turma, qui etiam beneficio accepto pejores fiunt. Verum illorum injuriis magis erudior: [a] *sed non propter hoc justificatus sum.* Utinam fruar bestiis mihi præparatis, quas & opto mihi promptas inveniri,

έ. Απὸ Συρίας μέχρι Ρώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς [1] καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅς ἐςιν ςρατιωτῶν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετȣ́μενοι χείρȣς γίνονται. Εν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' ȣ̓ παρὰ τȣ̃το δεδικαίωμαι. Οναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, καὶ εὔχομαι ἕτοιμά μοι εὑρεθῆναι·

1 V.I. Καὶ διά. a 1. Cor. IV. 4.

ἃ καὶ

ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, ὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. Μηδέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησῦ Χριςῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ ςαυρὸς, θηρίων τε συςάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀςέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλυ τῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τῦ διαβόλυ ἐπ᾽ ἐμὲ ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησῦ Χριςῦ ἐπιτύχω.

quibus & blandiar, ut cito me devorent, non ut quosdam veritæ non tetigerunt. Si autem illæ repugnantes noluerint, ego vi impellam. Veniam mihi date: quid mihi prodest ego novi. a Nunc incipio discipulus esse. Nihil visibilium & invisibilium mihi æmuletur, ut Jesum Christum consequar. Ignis & crux, ferarum catervæ, lacerationes, distractiones, disjunctiones ossium, concisio membrorum, totius corporis contusiones, dira diaboli tormenta in me veniant: solummodo ut Jesum Christum consequar.

ϛʹ. Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τῦ κόσμυ, ὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τῦ αἰῶνος τύτυ. Μᾶλλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριςὸν Ἰησῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῦ ζημιωθῇ;

VI. Nihil mihi proderunt mundi voluptates, neque hujus seculi regna. Præstat mihi in Christo Jesu mori, quam finibus terræ imperare. b *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?*

a Luc. XIV. 27. b Matt. XVI. 26.

Illum qaæro, qui pro nobis mortuus est. Illum volo, qui propter nos resurrexit. Hoc mihi lucrum & fœnus impendet. Ignoscite mihi, fratres. Ne me vivere impediatis. Ne velitis me mori, qui Dei volo esse. Mundo ne gaudeatis. Sinite me purum lumen percipere. Ubi illuc advenero, homo Dei ero. Conçedite mihi imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis illum in seipso habet, cogitet quod volo, & conscius eorum, quæ me coarctant, mei commisereatur.

ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. Ο δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται. Σύγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ θεοῦ θέλοντα εἶναι. Κόσμῳ μὴ 1 χωρίζησθε. Αφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος, ἄνθρωπος θεοῦ ἔσομαι. Επιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

VII. Princeps hujus seculi rapere me vult, meamque erga Deum voluntatem corrumpere. Nemo ergo vestrum qui adestis, illum adjuvet. Mei potius, hoc est Dei, efficiamini. Ne loquimini Jesum Christum, & mundum concupiscite. Invidia in vobis non habitet. Neque si ego præsens vos oro, credite mihi;

ζʹ. Ο ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε, τοῦτ' ἔστιν τοῦ θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ιησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι·

1 Χαρήσησθε.

τούτοις

τύτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τῦ ἀποθανεῖν. Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐςαύρωται, καὶ ὐκ ἔςιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλῦν ἐν ἐμοὶ, ἔσωθέν μοι λέγον, δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς. ὐδὲ ἡδοναῖς τῦ βίυ τύτυ. Ἄρτον Θεῦ θέλω, ἄρτον ὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐςιν σὰρξ Ἰησῦ Χριςῦ τῦ υἱῦ τῦ Θεῦ, τῦ γενομένυ [1] ἐν ὑςέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτῦ, ὅ ἐςιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀένναος ζωή.

η΄. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπυς ζῆν· τῦτο δὲ ἔςαι, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτῦμαι ὑμᾶς· πιςεύσατέ μοι. Ἰησῦς δὲ Χριςὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, ὅτι ἀληθῶς λέγω· τὸ ἀψευδὲς ςόμα, ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς.

his potius, quæ vobis scribo, credite. Vivens scribo vobis, mori desiderans. Meus amor crucifixus est, nec est in me ignis materiæ amans; sed vivens & loquens aqua in me est, mihi interius dicens, veni ad Patrem. Non delector corruptionis alimento, neque hujus vitæ voluptatibus. Panem Dei volo, panem cœlestem, panem vitæ, quæ est caro Jesu Christi Filii Dei, qui posteriori tempore ex semine David & Abraham factus est: & potum Dei volo sanguinem ipsius, qui est caritas incorrupta & perennis vita.

VIII. Nolo amplius secundum homines vivere. Quod quidem futurum est, si vos volueritis. Id ergo vobis placeat, ut & vos placeatis. Brevibus literis peto à vobis, credite mihi. Jesus Christus vobis hæc patefaciet, quod vere dico. Verax os est, in quo Pater vere locutus est.

1 Non legebat in suo codice V. I. ἐν ὑςέρῳ.

Pro me petite, ut consequar. Non secundum carnem, sed secundum Dei mentem scripsi vobis. Si patiar, voluistis: sin rejiciar, odistis.

IX. Memores estote in vestris precibus Ecclesiæ Syriæ, quæ mei loco Deo pastore utitur. Solus Jesus Christus illam vice Episcopi reget, atque vestra caritas. Ego autem erubesco ex eorum numero dici. Neque enim dignus sum, utpote qui sim ultimus eorum & abortivus. Verum misericordiam consecutus sum, ut essem aliquis, si Deum consequar. Salutat vos meus Spiritus, & caritas ecclesiarum, quæ me exceperunt in nomine Jesu Christi, non ut transeuntem. Etenim quæ nihil ad me pertinebant via quæ secundum carnem est, me per civitates deduxerunt.

Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. Ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

θ'. Μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται. Μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι, ὢν ἔσχατος αὐτῶν, καὶ ἔκτρωμα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, [1] οὐχ ὡς παροδεύοντα. Καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα κατὰ πόλιν με προῆγον.

1 V. I. Ὡς οὐ.

ι'. Γράφω


ί. Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Εφεσίων τῶν ἀξιομακαρίςων. Εςιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ρώμην εἰς δόξαν τȣ̃ Θεȣ̃, πιςεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ δηλώσατε, ἐγγύς με ὄντα. Πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ ὑμῶν· ȣ̔̀ς πρέπον ὑμῖν ἐςιν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. Εγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα Καλανδῶν Σεπτεμβρίων, τȣτέςιν Αὐγȣ́ςȣ εἰκάδι τρίτῃ. Ερρωσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ιησȣ̃ Χριςȣ̃. Αμήν.

X. Porro hæc è Smyrna per Ephesios laude dignos ſcribo vobis. Mecum etiam eſt cum aliis multis Crocus, deſideratum mihi nomen. De his, qui me à Syria ad Romam uſque ad Dei gloriam præceſſerunt, credo vos cognoviſſe, quibus etiam ſignificate, me prope eſſe. Siquidem omnes Deo & vobis digni ſunt, quos in omnibus recreare vos decet. Hæc ſcripſi vobis ante diem nonum Kalendas Septembris, hoc eſt, Auguſti vigeſima tertia. Valete in finem in patientia JESU CHRISTI. Amen.

EARUNDEM

EPISTOLARUM
IGNATII

VETUS LATINA
VERSIO
RECOGNITA.



AD SMYRNÆOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & dilecti Jesu Christi, habenti propitiationem in omni charismate, impletæ in fide & charitate, indeficienti existenti omni charismate, Deo decentissimæ & sanctiferæ, existenti in Smyrna Asiæ; in incoinquinato spiritu & verbo Dei, plurimum gaudere.

I.



Lorifico *Jesum Christum* Deum, qui vos sapientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in immobili fide quemadmodum clavifixos in cruce Domini nostri *Jesu Christi* & carne & spiritu, & firmatos in charitate, in sanguine *Christi*: certificatos in Dominum nostrum *Jesum Christum*, vere existentem de genere *David* secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem & potentiam Dei, genitum vere ex Virgine, baptizatum à *Johanne*, *ut impleatur omnis justitia ab ipso*, vere sub *Pontio Pilato* & *Herode* Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne. à cujus fructu nos, à divine beatissima ipsius passione; ut levet signum in secula, per resurrectionem, in sanctos & fideles ipsius, & in Judæis & in Gentibus, in uno corpore Ecclesiæ ipsius.

II. Hæc

II. Hæc enim omnia passus est pro nobis, ut salvemur. Et vere passus est, ut & vere resuscitavit seipsum. Non, quemadmodum infideles quidam dicunt, secundum videri ipsum passum esse, ipsi secundum videri existentes: & quemadmodum sapiunt, & accidet ipsis existentibus incorporeis & dæmoniacis.

III. Ego enim & post resurrectionem in carne ipsum vidi, & credo existentem. Et quum ad eos, qui circa *Petrum*, venit, ait ipsis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quoniam non sum dæmonium incorporeum.* Et confestim ipsum tetigerunt, & crediderunt convicti carne ipsius & spiritu. Propter hoc & mortem contempserunt; inventi autem sunt super mortem. Post resurrectionem autem comedit cum eis & bibit, ut carnalis; quamvis spiritualiter unitus Patri.

IV. Hæc autem monefacio vobis, dilecti, sciens quoniam & vos sic habetis. Præmunio autem vos à bestiis anthropomorphis: quos non solum oportet vos non recipere, sed si possibile neque eis obviare; solum autem orare pro ipsis, si quo modo pœniteant, quod difficile. Hujus autem habet potestatem *Jesus Christus*, verum nostrum vivere. Si autem secundum videri hæc operata sunt à Domino nostro: [a] ergo & ego secundum videri ligor. Quid autem & meipsum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium bestiarum, inter medium Dei. Solum in nomine *Jesu Christi*, ad compati ipsi, omnia sustinebo: ipso me fortificante; qui perfectus homo factus est.

a Deest *ergo* in Cod. Cajensi.

V. Quem

V. Quem quidam ignorantes, abnegant, magis autem abnegati ſunt ab ipſo; exiſtentes concionatores mortis magis, quam veritatis. Quos non perſuaſerunt Prophetiæ, neque lex *Moyſi*; ſed neque uſque nunc Evangelium, neque noſtræ eorum qui ſecundum virum paſſiones. Etenim de nobis idem ſapiunt. Quid enim juvat me quis, ſi me laudat; Dominum autem meum blaſphemat, non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfecte abnegavit, exiſtens mortifer. Nomina autem ipſorum, exiſtentia infidelia, non viſum eſt mihi inſcribere: ſed neque fiat mihi ipſorum recordari, uſque quo pœniteant in paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.

VI. Nullus erret. Et ſupercœleſtia, & gloria Angelorum, & Principes viſibiles & inviſibiles, ſi non credant in ſanguinem *Chriſti*; & illis judicium eſt. Qui capit, capiat: qualitate nullus inſletur. Totum enim eſt fides & charitas: quibus nihil præpoſitum eſt. Conſiderate autem aliter opinantes in gratiam *Jeſu Chriſti*, eam quæ in nos venit; qualiter contrarii ſunt ſententiæ Dei. De charitate non eſt cura ipſis, non de vidua, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel ſoluto, non de eſuriente vel ſitiente.

VII. Ab Euchariſtia & oratione recedunt; propter non confiteri, Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris noſtri *Jeſu Chriſti* pro peccatis noſtris paſſam, quam benignitate Pater reſuſcitavit. Contradicentes ergo huic dono Dei, perſcrutantes moriuntur. Conferens autem eſſet ipſis diligere, ut reſurgant. Decens eſt recedere à talibus, & neque ſeorſum de ipſis loqui, neque communiter; attendere autem Prophetis,

phetis: præcipue vero Evangelio, in quo paſſio nobis oſtenſa eſt, & reſurrectio perfecta eſt. Partitiones autem fugite, ut principium malorum.

VIII. Omnes Epiſcopum ſequimini, ut *Jeſus Chriſtus* Patrem; & Presbyterium, ut Apoſtolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Nullus ſine Epiſcppo aliquid operetur eorum, quæ conveniunt in Eccleſiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quæ ſub [a] ipſo eſt, vel quam utique ipſe conceſſerit. Ubi utique apparet Epiſcopus, illic multitudo ſit: quemadmodum utique ubi eſt *Chriſtus Jeſus*, illic Catholica Eccleſia. Non licitum eſt ſine Epiſcopo neque baptizare, neque agapen facere: ſed quod utique ille probaverit, hoc eſt & Deo beneplacitum; ut ſtabile ſit & firmum omne quod agitur.

IX. Rationabile eſt de cætero evigilare, & cum adhuc tempus habemus, in Deum pœnitere. Bene habet & Deum & Epiſcopum cognoſcere. Honorans Epiſcopum, à Deo honoratus eſt: qui occultans ab Epiſcopo aliquid operatur, Diabolo præſtat obſequium. Omnia igitur vobis in gratia ſuperabundent: digni enim eſtis. Secundum enim omnia me quieſcere feciſtis: & vos *Jeſus Chriſtus*. Abſentem me & præſentem dilexiſtis: retribuat vobis Deus; propter quem omnia ſuſtinentes, ipſum adipiſcemini,

X. *Philonem* & *Reum* & *Agathopum*, qui ſecuti ſunt me in verbum Dei, bene feciſtis ſuſcipientes ut miniſtros Dei *Chriſti*: qui & gratias agunt Domino pro vobis; quoniam ipſos quieſcere feciſtis ſecundum omnem modum. Nihil vobis uti-

a L. *Epiſcopo*.

que

que deperibit. Conformis animæ veſtræ ſpiritus meus, & vincula mea, quæ non deſpexiſtis, neque erubuiſtis: neque vos erubeſcet perfecta fides *Jeſus Chriſtus*.


XI. Oratio veſtra pervenit ad Eccleſiam, quæ eſt in *Antiochia Syriæ*; unde ligatus Deo decentiſſimis vinculis omnes ſaluto, non exiſtens dignus inde eſſe, extremus ipſorum exiſtens; ſecundum voluntatem autem Dei dignus factus ſum, non ex conſcientia, ſed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione veſtra Deo potiar. Ut igitur perfectum veſtri fiat opus in terra & in cœlo; decet, ad honorem Dei, ordinare Eccleſiam veſtram Deo venerabilem, in factum uſque *Syriam* congaudere ipſis, quoniam pacem habent, & acceperunt propriam magnitudinem, & reſtitutum eſt ipſis proprium corpuſculum. Viſum eſt mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem veſtrorum cum epiſtola: ut [a] conglorificent eam, quæ ſecundum Deum, ipſis factam tranquillitatem; & quoniam portu jam potita eſt, oratione veſtra. Perfecti exiſtentes, perfecta & ſapite. Volentibus enim vobis bene facere, Deus paratus eſt ad tribuere.

XII. Salutat vos charitas fratrum, qui in *Troade*. Unde & ſcribo vobis, per *Burrum*, quem miſiſtis mecum ſimul *Epheſiis* fratribus veſtris: qui ſecundum omnia me quieſcere fecit. Et utinam omnes ipſum imitentur, exiſtentem exemplarium Dei miniſterii. Remuneret ipſum gratia ſecundum omnia. Saluto Deo dignum Epiſcopum, & Deo decens Presbyterium, & conſervos meos Diaconos; & ſingillatim, & communiter omnes, in nomine

a L. conglorificet.

Jesu Christi, & carne ipsius, & sanguine, & passione, & resurrectione, carnali & spirituali, in unitate Dei & vestri. Gratia vobis, & misericordia, & pax, & sustinentia semper.

XIII. Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus & filiis; & virgines vocatas viduas. Valete mihi in virtute Patris. Salutat vos *Philon*, mecum existens. Saluto domum *Thaviæ*; quam oro firmari fide & charitate carnali & spirituali. Saluto *Alken* desideratum mihi nomen, & *Daphnum* incomparabilem, & *Eutecnum*, & omnes secundum nomen. Valete in Gratia Dei.



AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Episcopo Ecclesiæ Smyrnæorum, magis autem visitato à Deo Patre & Domino Jesu Christo, plurimum gaudere.

I.



Cceptans tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem; superglorifico, dignificatus tua facie immaculata: qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia, qua indutus es, apponere cursui tuo, & omnes deprecari ut salventur. Justifica locum tuum, in omni cura carnali & spirituali. Unionem cura, qua nihil melius. Omnes supporta; ut & te Dominus. Omnes sustine in charitate;

charitate; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indesinentibus: pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem spiritum possidens: singulis secundum consuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta; ubi major labor, multum lucrum.

II. Bonos discipulos si diligas, gratia tibi non est: magis deteriores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Exacerbationes in pluviis quieta. *Prudens fias, ut serpens,* in omnibus; *& simplex, ut columba.* Propter hoc carnalis es & spiritualis; ut manifesta in tuam faciem blandiaris: invisibilia autem petas, ut tibi manifestentur; ut nullo deficias, & omni charismate abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos, & ut qui in procella est portum ad Deo potiendum. Vigila, ut Dei athleta: thema incorruptio & vita æterna; de qua & tu confisus es. Secundum omnia tui refrigerium ego, & vincula mea quæ dilexisti.

III. Qui videntur fide digni esse & altera docent, non te stupefaciant: sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletæ, discerpi & vincere. Maxime autem propter Deum omnia sustinere nos oportet: ut & ipse nos sustineat. Plus studiosus fias, quam es. Tempora considera: eum qui supra tempus expecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundum omnem modum propter nos sustinentem.

IV. Viduæ non negligantur: post Dominum tu ipsarum curator esto. Nihil sine sententia tua fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem

operaris, ſit bene ſtabile. Sæpe congregationes fiant: ex nomine omnes quære. Servos & ancillas ne deſpicias: ſed neque ipſi inflentur; ſed in gloriam Dei plus ſerviant, ut meliori libertate à Deo potiantur. Non deſiderent à communi liberi fieri; ut non ſervi inveniantur concupiſcentiæ.

V. Malas artes fuge; magis autem de his homeliam fac. Sorores meas alloquere, diligere Dominum, & viris ſufficere carne & ſpiritu. Similiter & fratribus meis annuncia, in nomine *Jeſu Chriſti*, diligere uxores, *ut Dominus Eccleſiam.* Si quis poteſt in caſtitate manere, in honorem carnis Domini, in ingloriatione [a] Domini maneat. Si glorietur, perditur: & ſi videri velit plus Epiſcopo, corruptus eſt. Decet autem ducentes & ductas, cum ſententia Epiſcopi unionem facere; ut ſit ſecundum Dominum, & non ſecundum concupiſcentiam. Omnia in honorem Dei fiant.

VI. Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Unanimis ego cum ſubjectis Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis: & cum ipſis mihi pars fiat capere in Deo. Collaborate adinvicem, concertate, concurrite, compatimini, condormite, conſurgite; ut Dei diſpenſatores & aſſeſſores & miniſtri. Placete cui militatis; à quo & ſtipendia fertis. Nullus veſtrum otioſus inveniatur. Baptiſma veſtrum maneat ut ſcutum, fides ut galea, charitas ut lancea, ſuſtinentia ut omnis armatura. Depoſita veſtra, opera veſtra; ut accepta veſtra digna feratis. Longanimiter ferte igitur vos ad invicem in manſuetudine, ut Deus vos. Fruar vobis ſemper.

a Male repetitur.


VII. Qua

VII. Quia Ecclesia, quæ in *Antiochia Syriæ* pacem habet, ut ostensum est mihi, per orationem vestram: & ego lætior factus sum in [a] sollicitudine Dei; siquidem, per pati, Deo potiar, in inveniri me in [b] oratione vestri discipulum. Decet, *Polycarpe* Deo-beatissime, concilium congregare Deo-decentissimum, & ordinare aliquem quem dilectum valde habetis & impigrum, qui poterit Dei cursor vocari: & hunc dignificari, ut vadens in *Syriam*, glorificet vestram impigram charitatem in gloriam Dei. Christianus sui ipsius potestatem non habet, sed Deo vacat. Hoc opus Dei est & vestri, quoniam ipsi perfecti estis. Credo enim gratiæ, quoniam parati estis ad beneficentiam Deo decentem. Sciens vestrum [c] compendium veritatis, per paucas vos literas consolatus sum.

VIII. Quia igitur omnibus Ecclesiis non potui scribere, propter repente navigare me à *Troade* in *Neapolim*, ut voluntas præcipit: scribes aliis Ecclesiis, ut Dei sententiam possidens, idem & ipsos facere; hi quidem potentes pedites mittere, hi autem Epistolas per [d] à te missos, ut glorificeris æterno opere ut dignus existens. Saluto omnes ex nomine; & eam quæ *Epitropi*, cum domo tota ipsius & filiorum. Saluto *Attalum* dilectum meum. Saluto futurum dignificari ad eundum in *Syriam*. Erit gratia cum ipso semper, & mittente ipsum *Polycarpo*. Valere vos semper in Deo nostro *Jesu*

a In insollicit. b Mihi videntur literæ in compendium contractæ pro *resurrectione* poni, & ita legi debere. c Σύντομον. sed male. d In codice *à te missas* male.


Christo oro; in quo permaneatis in unitate Dei & visitatione. Saluto *Alken*, desideratum mihi nomen. Valete in Domino.



AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris & plenitudine, prædestinatæ ante secula esse semper in gloriam permanentem, invertibilem, unitam, & electam in passione vera, in voluntate Patris & Jesu Christi Dei nostri, Ecclesiæ digne-beatæ existenti in Epheso Asiæ, plurimum in Jesu Christo, & in immaculata gratia, gaudere.

I.



Cceptans in Deo multum dilectum tuum nomen, quod possedistis natura justa, secundum fidem & charitatem in *Christo Jesu* Salvatore nostro, [a] (glorificato *Jesum Christum* Deum :) quia imitatores existentes Dei, & reaccendentes in sanguine *Christi* Dei, cognatum opus integre perfecistis. Audientes enim ligatum à *Syria* pro communi nomine & spe, sperantem oratione vestra potiri, in *Roma* cum bestiis pugnare, ut potiri possim discipulus esse, videre festinastis. Plurimam enim multitudinem vestram in nomine Dei suscepi in *Onesimo*, qui in charitate inenarrabilis est, vester autem in carne Episcopus;

a Assumentum.

quem

quem oro ſecundum *Jeſum Chriſtum* vos diligere, & omnes vos ipſi in ſimilitudine eſſe. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis exiſtentibus talem Epiſcopum poſſidere.

II. De conſervo autem meo *Burro*, ſecundum Deum diacono [a] noſtro in omnibus benedicto: oro permanere ipſum in honorem veſtri & Epiſcopi. Sed & *Crocus* Deo dignus & vobis, quem exemplarium ejus quæ à vobis charitatis ſuſcepi, ſecundum omnia me quieſcere fecit; ut & ipſum pater *Jeſu Chriſti* refrigeret, cum *Oneſimo*, & *Burro*, & *Euplo*, & *Frontone*; per quos vos omnes ſecundum charitatem vidi. Fruar vobis ſemper; ſiquidem dignus exiſtam. Decens igitur eſt ſecundum omnem modum glorificare *Jeſum Chriſtum*, qui glorificavit vos; ut in una ſubjectione perfecti, ſubjecti Epiſcopo & Presbyterio ſecundum omnia ſitis ſanctificati.

III. Non diſpono vobis, ut exiſtens aliquis. Si enim & ligor in nomine ([b] *Chriſti*;) nequaquam perfectus ſum in *Jeſu Chriſto*. Nunc autem principium habeo addiſcendi; & alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportuit à vobis [c] ſuſcipi fide, admonitione, ſuſtinentia, longanimitate. Sed quia charitas non ſinit me ſilere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis ſententiæ Dei. Etenim *Jeſus Chriſtus*, incomparabile noſtrum vivere Patris ſententia, ut & [d] ipſi ſecundum terræ fines determinati *Jeſu Chriſti* ſententia ſunt.

a L. *veſtro.* b *Jeſu Chriſti* in MS. c Legebat ὑπολημφθῆναι. d L. *epiſcopi.* Eſt enim abbreviatio.

IV. Unde decet vos concurrere Episcopi sententiæ: quod & facitis. Digne nominabile enim vestrum Presbyterium, Deo dignum, sic concordatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in consensu vestro & consona charitate *Jesus Christus* canitur. Sed & singuli chorus facti estis: ut consoni existentes in consensu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce una per *Jesum Christum* Patri; ut & vos audiat, & cognoscat per quem bonum operamini, membra existentes Filii a ipsius. Utile igitur est vos in immaculata unitate esse; ut & Deo semper participetis.

V. Si enim ego in parvo tempore talem consuetudinem tenui ad Episcopum vestrum, non humanam existentem sed spiritualem: quanto magis vos beatifico, conjunctos sic ut Ecclesia *Jesu Christo*, & ut *Jesus Christus* Patri, ut omnia in unitate consona sint! Nullus erret. Si quis non sit intra altare, privatur pane Dei. Si enim unius & alterius oratio tantam vim habet: quanto magis illa quæ Episcopi & omnis Ecclesiæ! Qui igitur non venit in idem, hic jam superbit & seipsum condemnavit. Scriptum est enim: *Superbis Deus resistit.* Festinemus igitur non resistere Episcopo; ut simus Deo subjecti.

VI. Et quantum videt quis tacenten Episcopum, plus ipsum timeat. Omnem enim quem mittit dominus domus in propriam dispensationem, sic oportet nos ipsum recipere, ut ipsum mittentem. Episcopum igitur manifestum, quoniam ut ipsum Dominum oportet respicere. Ipse igitur quidem *Onesimus* superlaudat vestram divinam ordinationem:

a *Ejus* in MS.

quoniam

quoniam omnes ſecundum veritatem vivitis, & quoniam in vobis neque una hæreſis habitat; ſed neque auditis aliquem amplius quam *Jeſum Chriſtum* loquentem in veritate.

VII. Conſueverunt enim quidam dolo malo nomen circumferre, ſed quædam operantes indigna Deo; quos oportet vos ut beſtias declinare. Sunt enim canes rabidi, latenter mordentes; quos oportet vos obſervare, exiſtentes difficile curabiles. Unus medicus eſt, carnalis & ſpiritualis, [a] genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in [b] immortali vita vera, & ex *Maria* & ex Deo, primo paſſibilis, & tunc impaſſibilis, Dominus *Chriſtus* noſter.

VIII. Non igitur quis vos ſeducat; quemadmodum neque ſeducemini, toti exiſtentes Dei. Quum enim neque una lis complexa eſt in vobis, potens vos torquere; tunc ſecundum Deum vivitis. Peripſima veſtri & [c] caſtificetur à veſtra *Epheſiorum* Eccleſia, famoſa in ſeculis. Carnales ſpiritualia operari non poſſunt, neque ſpirituales carnalia: quemadmodum neque fides quæ infidelitatis, neque infidelitas quæ fidelitatis & fidei. Quæ autem & ſecundum carnem operata ſunt, hæc ſpiritualia ſunt: in *Jeſu* enim *Chriſto*, omnia operata ſunt.

IX. Cognovi autem tranſeuntes quoſdam inde, habentes malam doctrinam: quos non dimiſiſtis ſeminare in vos, obſtruentes aures, ad non recipere ſeminata ab ipſis; ut exiſtentes lapides templi Patris, parati in ædificatione Dei Patris, relati in excelſa per machinam *Jeſu Chriſti*, quæ eſt crux, fune utentes Spiritu Sancto. Fides autem veſtra dux

a γεννητὸς καὶ ἀγέννητος. b L. mortali. c L. caſtificer. In MS. Cajenſi, *caſtificet.*

vester, charitas vero via referens in Deum. Estis igitur conviatores, Deiferi & templiferi & Christiferi, sanctiferi secundum omnia ornati in mandatis *Jesu Christi*: quibus & exultans dignificatus sum, per quæ scribo, alloqui vobis, & congaudere; quoniam secundum aliam vitam nihil diligitis nisi solum Deum.

X. Sed & pro aliis hominibus indesinenter Deum oratis. Est enim in ipsis spes pœnitentiæ, ut Deo potiantur. Monete igitur ipsos saltem ex operibus à vobis erudiri. Ad iras ipsorum vos mansueti, ad magniloquia eorum vos humilia sapientes, ad blasphemias ipsorum vos orationes, ad errorem ipsorum vos firmi fide, ad agreste ipsorum vos mansueti. Non festinantes imitari ipsos; fratres ipsorum inveniamur in mansuetudine, imitatores autem Dei studeamus esse; (quis plus injustum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur?) ut non Diaboli herba quis inveniatur in vobis: sed in omni castitate & temperantia maneatis, in *Jesu Christo*, carnaliter & spiritualiter.

XI. Extrema tempora: de cætero verecundemur & timeamus longanimitatem Dei; ut non nobis in judicium fiat. Vel enim futuram iram timeamus, vel præsentem gratiam diligamus. Unum duorum solum in *Christo Jesu* [a] invenitur, in verum vivere. Sine ipso nihil vos deceat: in quo vincula circumfero, spirituales margaritas; in quibus fiat mihi resurgere oratione vestra: qua fiat mihi semper participem esse; ut in sorte *Ephesiorum* inveniar Christianorum; qui & Apostolis semper consenserunt, in virtute *Jesu Christi*.

a F. *inveniatur*.

XII. Novi

XII. Novi quis ſum, & quibus ſcribo. Ego condemnatus, vos propitiationem habentes; ego ſub periculo, vos firmati. Tranſitus eſtis eorum qui in Deum interficiuntur, *Pauli* condiſcipuli, ſanctificati, martyrizati, digne beati, cujus fiat mihi ſub veſtigiis inveniri, quando Deo fruar; qui in omni Epiſtola memoriam facit veſtri in *Jeſu Chriſto.*

XIII. Feſtinate igitur crebrius convenire in gratiarum actionem Dei, & in gloriam. Quum enim crebro in idipſum convenitis, deſtruuntur potentiæ *Satanæ*; & ſolvitur perditio ipſius in concordia veſtræ fidei. Nihil eſt melius pace; in qua omne bellum evacuatur cœleſtium & terreſtrium.

XIV. Quorum nullum latet vos, ſi perfecte in *Jeſum Chriſtum* habeatis fidem & charitatem; [a] quæ ſunt principium vitæ & finis. Principium quidem fides; finis autem charitas. Hæc autem duo, in unitate facta, Deus eſt: alia autem omnia in bonitate ſequenda ſunt. Nullus fidem repromittens peccat, neque charitatem poſſidens odit. *Manifeſta eſt arbor à fructu ipſius:* ſic repromittentes Chriſtiani eſſe per quæ operantur manifeſti erunt. Non enim nunc repromiſſionis opus, ſed in virtute fidei, ſi quis inveniatur in finem.

XV. Melius eſt ſilere & eſſe; quam loquentem non eſſe. Bonum docere, ſi dicens facit. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum eſt: ſed & quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum *Jeſu* poſſidet, vere poteſt & ſilentium ipſius audire, ut perfectus ſit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ ſilet cognoſcatur. Nihil latet Dominum: ſed & abſcondita noſtra prope ipſum ſunt:

a Legebat. ἅιτινές ἐισιν.

Omnia

Omnia igitur faciamus, [a] ſic ipſo in nobis habitante: ut ſimus ipſius templa, & ipſe in nobis Deus noſter: quomodo & eſt, & apparebit ante faciem noſtram; ex quibus juſte diligimus ipſum.

XVI. Non erretis, fratres mei. Domus corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si igitur qui ſecundum carnem hæc operantur mortui ſunt: quanto magis, ſi quis fidem Dei in mala doctrina corrumpat, pro qua *Jeſus Chriſtus* crucifixus eſt? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit: ſimiliter & qui audit ipſum.

XVII. Propter hoc, unguentum in capite ſuo recepit Dominus, ut ſpiret Eccleſiæ incorruptionem. Non ungamini fœtore doctrinæ principis ſeculi hujus: non captivet vos ex præſenti vivere. Propter quid autem non omnes prudentes ſumus, accipientes *Dei* cognitionem, qui eſt *Jeſus Chriſtus*? Quid fatue perdimur, ignorantes chariſma, quod vere miſit Dominus?

XVIII. Peripſima meus ſpiritus Crucis; quæ eſt ſcandalum non credentibus, nobis autem ſalus & vita æterna. *Ubi ſapiens, ubi conquiſitor, ubi gloriatio dictorum ſapientum?* Deus enim noſter *Jeſus Chriſtus* conceptus eſt ex *Maria*, ſecundum diſpenſationem Dei: ex ſemine quidem *David*, Spiritu autem ſancto. Qui natus eſt, & baptizatus eſt, ut paſſione aquam purificaret.

XIX. Et latuit principem ſeculi hujus virginitas *Mariæ*, & partus ipſius; ſimiliter & mors Domini. Tria myſteria clamoris; quæ in ſilentio Dei operata ſunt. Qualiter igitur manifeſtatus eſt ſeculis? Aſtrum in cœlo reſplenduit ſuper omnia

a Forte *ſicut.*

aſtra,

aſtra, & lumen ipſius ineffabile erat: & ſtuporem tribuit novitas ipſius. Reliqua vero omnia aſtra, ſimul cum Sole & Luna, chorus facta ſunt illi aſtro; ipſum autem erat ſuperferens lumen ipſius ſuper omnia. Turbatio autem erat, unde novitas, quæ diſſimilis ipſis; ex qua ſolvebatur omnis magia, & omne vinculum diſparuit malitiæ, ignorantia [a] omnis ablata eſt, vetus regnum corruptum eſt; Deo humanitus apparente, in novitatem vitæ æternæ. Principium autem aſſumpſit, quod apud Deum perfectum. Inde omnia commota erant, propter meditari mortis diſſolutionem.


XX. Si me dignificet *Jeſus Chriſtus* in oratione veſtra, & voluntas ſit; in ſecundo libello, quem ſcripturus ſum vobis, manifeſtabo vobis quam inceperam diſpenſationem in novum hominem *Jeſum Chriſtum*, in ipſius fide & in ipſius dilectione, in paſſione ipſius & reſurrectione: maxime, ſi Dominus revelet mihi. Quoniam qui ſecundum virum communiter omnes in gratia ex nomine convenitis in una fide, & in *Jeſu Chriſto* (ſecundum carnem ex genere *David*, filio hominis & filio Dei) in obedire vos Epiſcopo & Presbyterio indiſcerpta mente: unum panem frangentes; quod eſt pharmacum immortalitatis, antidotum ejus quod eſt non mori, ſed vivere in *Jeſu Chriſto* ſemper.

XXI. Unanimis vobiſcum ego, & quem miſiſtis in Dei honorem in *Smyrnam*: unde & ſcribo vobis; gratias agens Domino, diligens *Polycarpum* ut & vos. Mementote mei, ut veſtri *Jeſus Chriſtus*. Orate pro Eccleſia quæ in *Syria*: unde ligatus in *Romam* abducor, extremus exiſtens eorum

a Abeſt *omnis* in cod. Cajenſi.

qui


qui ibidem fidelium; quemadmodum dignificatus ſum in honorem Dei inveniri. Valete in Deo Patre, & in *Jeſu Chriſto* communi ſpe noſtra. Amen.



AD MAGNESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in gratia Dei Patris in Chriſto Jeſu ſalvatore noſtro; in quo ſaluto Eccleſiam exiſtentem in Magneſia ea quæ juxta Mæandrum, & oro in Deo Patre & Jeſu Chriſto plurimum gaudere.

I.



COgnoſcens veſtram multibonam ordinationem ejus quæ ſecundum Deum charitatis; exſultans præelegi in fide *Jeſu Chriſti* alloqui vos. Dignificatus enim nomine deo-decentiſſimo in quibus circumfero vinculis, canto Eccleſias, in quibus unionem oro carnis & ſpiritus *Jeſu Chriſti*; ad nos ſemper vivere fidei, quod & charitatis, cui nihil præfertur, principalius autem *Jeſu* & Patris, in quo ſuſtinentes omne nocumentum principis ſeculi hujus & perfugientes Deo potimur.

II. Quia igitur dignificatus ſum videre vos per *Dama* dignum Deo veſtrum Epiſcopum, & Presbyteros dignos *Baſſum* & *Apollonium*, & conſervum meum Diaconum [a] *Sotionem*, quo ego fruar; quoniam ſubjectus eſt Epiſcopo ut gratiæ

[a] Cajenſ. MS. *Zenonem*.

Dei,

Dei, & Presbyterio ut legi *Jesu Christi.* ([a] glorificato Deum patrem Domini *Jesu Christi.*)

III. Sed & vos decet non couti ætate Episcopi, sed secundum virtutem Dei Patris omnem reverentiam ei tribuere, sicut agnovi & sanctos Presbyteros, non assumentes apparentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes ipsi; non ipsi autem, sed Patri *Jesu Christi* omnium Episcopo. In honorem igitur illius volentis [b] nos decens est obedire, secundum nullam hypocrisim: quia nequaquam Episcopum hunc conspectum seducit quis, sed invisibilem paralogizat. Tale autem non ad carnem sermo, sed ad Deum abscondita scientem.

IV. Decens igitur est, non solum vocari Christianos, sed & esse: quemadmodum quidam Episcopum quidem vocant, sine ipso autem omnia operantur. Tales autem non bonæ conscientiæ mihi esse videntur, propter non firmiter secundum præceptum congregari.

V. Quia igitur finem res habent, & proponuntur duo simul, mors & vita; & unusquisque in proprium locum iturus est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, hoc quidem Dei, hoc autem Mundi; & unumquodque ipsorum proprium characterem superpositum habet, infideles mundi hujus, fideles autem in charitate characterem Dei patris per *Jesum Christum*; per quem nisi voluntarie habeamus mori in ipsius passionem, vivere ipsius non est in nobis.

VI. Quia igitur in præscriptis personis omnem multitudinem speculatus sum, in fide & dilectione, moneo, in concordia Dei studete omnia operari: præsidente Episcopo in loco Dei, & Presbyteris in

a Male insertum. b Lege. *vos.*

loco

loco confessionis Apostolorum, & Diaconis mihi dulcissimis habentibus creditam ministrationem *Jesu Christi*; qui ante secula apud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur eandem consuetudinem Dei accipientes, [a] veneremini adinvicem; & nullus secundum carnem adspiciat proximum, sed in *Jesu Christo* adinvicem semper diligite. Nihil sit in vobis, quod possit vos partiri; sed uniamini Episcopo & præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.

VII. Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, unitus existens, neque per seipsum neque per Apostolos; sic neque vos sine Episcopo & Presbyteris aliquid operemini. Neque tentetis rationabile aliquid apparere proprie vobis: sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus, una spes, in charitate, in gaudio incoinquinato; quod est *Christus Jesus*, quo melius nihil est. Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare; in unum *Jesum Christum*, ab uno Patre exeuntem, & in unum existentem & revertentem.

VIII. Non erretis extraneis opinionibus, neque fabulis veteribus, inutilibus existentibus. Si enim usque nunc secundum *Judaismum* vivimus, confitemur gratiam non recepisse. Divinissimi enim Prophetæ secundum *Christum Jesum* vixerunt. Propter hoc & persecutionem passi sunt, inspirati à gratia ipsius, ad [b] certificare impersuasos, quoniam unus Deus est, qui manifestavit seipsum per *Jesum Christum* filium ipsius: qui est ipsius Verbum æternum, non à silentio progrediens; qui secundum omnia beneplacuit mittenti ipsum.

a *Veneremur* in excusis. b F. certificari.

IX. Si

IX. Si igitur in veteribus rebus converſati, in novitatem ſpei venerunt: non amplius ſabbatizantes, ſed ſecundum Dominicam viventes, in qua & vita noſtra orta eſt per ipſum & mortem ipſius, [a] quod quidam negant: (per quod myſterium accepimus credere, & propter hoc ſuſtinemus, ut inveniamur diſcipuli *Jeſu Chriſti*, ſolius Doctoris noſtri.) Quomodo nos poterimus vivere ſine ipſo? cujus & Prophetæ diſcipuli exiſtentes, ſpiritu ipſum ut Doctorem expectabant; & propter hoc [b] quod juſte expectabant, præſens ſuſcitavit ipſos ex mortuis.

X. Non igitur non ſentiamus benignitatem ipſius. Si enim nos perſequatur ſecundum quod operamur; non amplius ſumus. Propter hoc, diſcipuli ejus effecti, diſcamus ſecundum Chriſtianiſmum vivere. Qui enim alio nomine vocatur amplius ab hoc, non eſt Dei. Deponite igitur malum fermentum inveteratum & [c] exacuens; & tranſponite in novum fermentum, qui eſt *Jeſus Chriſtus*. [d] Salvificemini in ipſo, ut non corrumpatur aliquis in vobis, [e] qui ab odore redarguemini. Inconveniens eſt *Jeſum Chriſtum* [f] perſari, & judaizare. Chriſtianiſmus enim non in Judaiſmum credidit, ſed Judaiſmus in Chriſtianiſmum, ut omnis lingua credens in Deum congregaretur.

XI. Hæc autem, dilecti mei, non quia cognovi aliquos ex vobis ſic habentes, ſed, ut minor vobis, volo præſervari vos, ut non incidatis in hamos vanæ gloriæ: ſed certificemini in nativitate & paſſione & reſurrectione, facta in tempore du-

a *Quem* Cod. Cajenſis. b L. *quem*. c Cot. *exacens*. d Lege. *ſalſificemini*. e Cot. *quia*. f Forſan *præſari* vel *profari*.

catus *Pontii Pilati*; quæ facta ſunt vere & firmiter à *Jeſu Chriſto* ſpe noſtra, à qua averti nulli veſtrum fiat.

XII. Fruar vobis ſecundum omnia; ſiquidem dignus ſim. Etſi enim ligatus ſum; ad unum ſolutorum de vobis non ſum. Novi quoniam non inflamini: *Jeſum* enim *Chriſtum* habetis in vobismetipſis. Et magis quando utique laudo vos, novi quoniam verecundamini: ſicut ſcriptum eſt; quoniam *juſtus ſui ipſius accuſator eſt.*

XIII. Studete igitur firmari in dogmatibus Domini & Apoſtolorum: ut omnia quæcunque facitis proſperentur, carne & ſpiritu, fide & charitate, in Filio & Patre & Spiritu ſancto, in principio & in fine, cum digne decentiſſimo Epiſcopo veſtro, & digne complexa ſpirituali corona Presbyterii veſtri, & eorum qui ſecundum Deum Diaconorum. Subjicimini Epiſcopo & adinvicem, ut *Jeſus Chriſtus* Patri ſecundum carnem, & Apoſtoli *Chriſto* & Patri & Spiritui: ut unio ſit carnalis & ſpiritualis.

XIV. Sciens quoniam Deo pleni eſtis, compendioſe deprecatus ſum vos. Mementote mei in orationibus veſtris, ut Deo fruar; & ejus quæ in *Syria* Eccleſiæ, unde non dignus ſum vocari. Super-indigeo enim unita veſtra in Deo oratione & charitate; in dignificari eam quæ in *Syria* Eccleſiam per Eccleſiam veſtram irrorari.

XV. Salutant vos *Epheſii* à *Smyrna* (unde & ſcribo vobis) præſentes in gloriam Dei, quemadmodum vos: qui ſecundum omnia me quieſcere fecerunt, ſimul cum *Polycarpo* Epiſcopo *Smyrnæorum.* Sed & reliquæ Eccleſiæ in honore *Jeſu Chriſti* ſalutant

lutant

lutant vos. Valete in concordia Dei; possidentes inseparabilem spiritum, qui est *Jesus Christus.*

AD PHILADELPHICOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & Jesu Christi, quæ est in Philadelphia Asiæ, habenti propitiationem, & firmatæ in concordia Dei, & exultanti in passione Domini Jesu Christi inseparabiliter, & in resurrectione ipsius certificatæ, in omni misericordia: quam saluto in sanguine Jesu Christi, qui est gaudium æternum, & incoinquinatum, maxime si in uno sumus cum Episcopo, & eis qui cum ipso Presbyteris & Diaconis, manifestatis in sententia Jesu Christi, quos secundum propriam voluntatem firmavit in firmitudine [a] *sancti Spiritus ipsius.*

I.



Uem Episcopum cognovi non à seipso, neque per homines possedisse administrationem in commune convenientem, neque secundum inanem gloriam, sed in charitate Dei Patris & Domini Jesu Christi. Cujus obstupui mansuetudinem; qui silens plura potest his qui vana loquuntur. [b] Concordes enim estis mandatis, ut chordis cithara. Propter quod beatificat mea anima eam quæ in [c] Domini ipsius sen-

a Alii *Sancto ipsius Spiritu.* Et sic in Cod. Caj. b *Concordis enim est.* Cod. Caj. c *Dominum.* Cod. Caj.

tentiam; cognoſcens virtuoſam & perfectam exiſtentem, immobile ipſius & iniraſcibile in omni manſuetudine Dei viventis.

II. Filii igitur lucis, veritatis, fugite partitionem, & malas doctrinas: ubi autem Paſtor eſt, illic ut oves ſequimini. Multi enim lupi fide digni delectatione mala captivant in Deum curſores: ſed in unitate veſtra non habent locum.

III. [a] Recedite à malis herbis, quas non colit *Jeſus Chriſtus*: propter non eſſe ipſas plantationem Patris. Non quoniam apud vos partitionem inveni; ſed abſtractionem. Quotquot enim Dei ſunt & *Jeſu Chriſti*, iſti cum [b] Epiſcopo ſunt: & quotquot utique pœnitentes veniunt in unitatem Eccleſiæ: & iſti Dei erunt; ut ſint ſecundum *Jeſum Chriſtum* viventes. Non erretis, fratres mei. Si quis ſchiſma facientem ſequitur, regnum Dei non hæreditat: ſi quis in aliena ſententia circumambulat, iſte paſſioni non concordat.

IV. Studete igitur una gratiarum actione uti. Una enim caro Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & unus calix in unionem ſanguinis ipſius, unum altare, & unus Epiſcopus; cum Presbyterio & Diaconis conſervis meis: ut quod facitis, ſecundum Deum faciatis.

V. Fratres mei, valde effuſus ſum diligens vos, & ſuperexſultans corroboro vos; non ego autem, ſed *Jeſus Chriſtus*, in quo vinctus timeo magis, ut adhuc exiſtens imperfectus. Sed oratio veſtra me perficiet, ut in qua hereditate propitiationem habuero, potiar; confugiens Evangelio ut carni *Jeſu*, & Apoſtolis ut Presbyterio Eccleſiæ. Sed

a Ἀπέχεσθε. b *Ipſo* in Codd. impreſſis. perperam.

&Pro-

& Prophetas diligamus; propter & ipſos in Evangelium annunciaſſe, & in *Chriſtum* ſperare, & ipſum expectare: in quo & credentes ſalvati ſunt, in unitate *Jeſu Chriſti* exiſtentes digne dilecti, & digne admirabiles ſancti, à *Jeſu Chriſto* teſtificati & connumerati in Evangelio communis ſpei.

VI. Si autem [a] Judaiſmum interpretetur vobis, non audiatis ipſum. Melius eſt enim à viro circumciſionem habente Chriſtianiſmum audire, quam ab habente præputium Judaiſmum. Si autem utrique de *Jeſu Chriſto* non loquantur, iſti mihi columnæ ſunt & ſepulchra mortuorum; in quibus ſcripta ſunt ſolum nomina hominum. Fugite igitur malas artes & inſidias Principis ſeculi hujus: ne forte tribulati ſententia ipſius, infirmemini in charitate. Sed & omnes in idipſum fiatis, in impartibili corde. Gratias autem ago Deo meo, quoniam bonam habens conſcientiam ego ſum in vobis; & non habet aliquis gloriari, neque occulte neque manifeſte, quoniam gravavi aliquem in parvo vel in magno. Sed omnibus in quibus locutus ſum oro, ut non in teſtimonium ipſum poſſideant.

VII. Si enim & ſecundum carnem me quidam voluerant ſeducere: ſed ſpiritus non ſeducitur, à Deo exiſtens. Novit enim unde venit, & quo vadit, & occulta redarguit. Clamavi in intermedio exiſtens; locutus ſum magna voce, ([b] *Dei voce*:) *Epiſcopo attendite, & Presbyterio, & Diaconis.* Quidam autem ſuſpicati ſunt me, ut præſcientem diviſionem quorundam, dicere hæc: teſtis autem mihi in quo vinctus ſum, quia à carne humana non cognovi. Spiritus autem prædicavit dicens hæc:

a Addendum *quis*. b Interpretamentum, ut videtur.

Sine Episcopo nihil faciatis. Carnem vestram, ut templum Dei, servate: Unitatem diligite: divisiones fugite. Imitatores estote Jesu Christi, ut & ipse Patris ipsius.

VIII. Ego quidem igitur proprium faciebam, ut homo in unitatem perfectus. Ubi autem divisio est & ira, Deus non habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit Deus; si pœniteant in unitatem Dei & [a] concilium Episcopi. Credo gratiæ *Jesu Christi*, qui solvet à vobis omne vinculum. Deprecor autem vos, nihil secundum contentionem facere, sed secundum *Christi* disciplinam. Quia audivi quosdam dicentes; quoniam si non in veteribus invenio, in Evangelio non credo: & dicente me ipsis, quoniam scriptum est; responderunt mihi, quoniam præjacet. Mihi autem principium est *Jesus Christus*; inapproximabilia principia crux ipsius & mors, & resurrectio ipsius, & fides quæ per ipsum: in quibus volo in oratione vestra justificari.


IX. Boni & Sacerdotes, melius autem Princeps Sacerdotum, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli credita sunt occulta Dei: qui ipse est janua Patris, per quam ingrediuntur *Abraham* & *Isaac* & *Jacob*, & Prophetæ, & Apostoli, & Ecclesia. Omnia hæc in unitatem fidei. Præcipuum autem aliquid habet Evangelium, præsentiam Salvatoris Domini nostri *Jesu Christi*, passionem ipsius, & resurrectionem. Dilecti enim Prophetæ annunciaverunt in ipsum: Evangelium autem [b] perfectio est incorruptionis. Omnia simul bona sunt, si in charitate creditis.

a *Consilium* al. b Alii *perfectæ*, male.

X. Quia

X. Quia ſecundum orationem veſtram, & ſecundum viſçera miſericordiæ quæ habetis in *Chriſto Jeſu*, annunciatum eſt mihi, pacem habere Eccleſiam, quæ eſt in *Antiochia Syriæ*: decens eſt vos, ut Eccleſiam Dei, ordinare Diaconum ad intercedendum illic Dei interceſſionem; in congaudere ipſis in idipſum factis, & glorificare nomen. Beatus in *Jeſu Chriſto*: qui dignificabitur (in) tali miniſtratione: & vos glorificabimini. Volentibus autem vobis non eſt impoſſibile, pro nomine Dei; ut & quædam propinquæ Eccleſiæ miſerunt Epiſcopos, quædam autem Presbyteros & Diaconos.

XI. De *Philone* autem Diacono, à *Cilicia* viro, teſtimonium habente, qui & nunc in verbo Dei miniſtrat mihi cum *Reo Agathopode* viro electo, qui à *Syria* me ſequitur, abrenuncians ſeculo, qui & teſtificantur vobis: & ego Deo gratias ago pro vobis, quoniam recepiſtis ipſos, ut & vos Dominus. Qui autem inhonoraverunt ipſos, liberentur in gratia *Jeſu Chriſti*. Salutat vos charitas multorum qui in *Troade*: unde & ſcribo vobis per *Burrum*, miſſum mecum ab *Epheſiis* & *Smyrnæis* in verbum honoris. Honoret & ipſos Dominus *Jeſus Chriſtus*; in quem ſperent carne, anima, ſpiritu, fide, charitate, concordia. Valete in *Chriſto Jeſu*, communi ſpe noſtra.



AD TRALLESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, dilectæ Deo Patri Jesu Christi, Ecclesiæ sanctæ, existenti in Trallesiis Asiæ, electæ & Deo dignæ, pacem habenti in carne & sanguine & passione Jesu Christi, spei nostræ, in ea quæ in ipsum resurrectione: quam & saluto in plenitudine, in Apostolico charactere, & oro plurimum gaudere.

I.



Ncoinquinatam mentem & inseparabilem in sustinentia cognovi vos habentes, non secundum usum, sed secundum naturam: quemadmodum ostendit mihi *Polybius* Episcopus vester, qui advenit, voluntate Dei & *Jesu Christi*, in *Smyrna*; & sic mihi congavisus est vincto in *Christo Jesu*, ut ego omnem multitudinem vestram in ipso specularer. Recipiens igitur eam, quæ secundum Deum, æquanimitatem per ipsum, gloriatus sum inveniens vos, ut cognovi, imitatores Dei.

II. Quum enim Episcopo subjecti estis ut *Jesu Christo*, videmini mihi non secundum homines viventes, sed secundum *Jesum Christum*; propter vos mortuum, ut credentes in mortem ipsius, mori effugiatis. Necessarium igitur est, quemadmodum facitis, sine Episcopo nihil operari vos: sed subjici & Presbyterio ut Apostolis *Jesu Christi* spei nostræ; in quo conversantes inveniamur. Oportet

autem

autem & Diaconos, miniſtros exiſtentes myſteriorum *Jeſu Chriſti*, ſecundum omnem modum omnibus placere. Non enim ciborum & potuum ſunt miniſtri; ſed Eccleſiæ Dei miniſtri. [a] Opportunum igitur vos obſervare accuſationes, ut ignem.

III. Similiter & omnes revereantur Diaconos, ut mandatum *Jeſu Chriſti*; & Epiſcopum, ut *Jeſum Chriſtum*, exiſtentem Filium Patris; Presbyteros autem, ut concilium Dei & conjunctionem Apoſtolorum. Sine his Eccleſia non vocatur. De quibus [b] ſuadeo vos ſic habere. Exemplarium enim charitatis veſtræ accepi, & habeo cum meipſo in Epiſcopo veſtro; cujus ipſa compoſitio magna eſt diſciplinatio, manſuetudo autem ipſius potentia: quem exiſtimo & impios revereri. Diligentes quod non parco ipſum aliqualem, potens ſcribere pro illo; in hoc exiſtimer, ut exiſtens condemnatus, velut Apoſtolus vobis præcipiam.

IV. Multa ſapio in Deo: ſed meipſum menſuro, ut non in gloriatione perdar. Nunc enim me oportet plus timere, & non attendere inflantibus me. Dicentes enim mihi, flagellant me. Diligo quidem enim pati: ſed non novi ſi dignus ſum. Zelus enim multis quidem non apparet, me autem plus oppugnat. Indigeo igitur manſuetudine; in qua diſſolvitur princeps ſeculi hujus.

V. Nonne poſſum vobis ſupercœleſtia ſcribere? Sed timeo ne parvulis exiſtentibus vobis damnum apponam. Et condonate mihi: ne forte, non potentes capere, ſtrangulemini. Etenim ego, non ſecundum quodcunque ligatus ſum, ſed potens ſcire cœleſtia, & loci poſitiones Angelicas, & con-

a *Optimum* in MS. male. b Cot. *Suadeor*.

ſtitutiones, [a] principationes, viſibiliaque & inviſibilia. Præter hoc, jam & diſcipulus ſum. Multa enim [b] vobis deficiunt, ut Deo non deficiamus.

VI. Deprecor igitur vos (non ego, ſed charitas *Jeſu Chriſti*) ſolo Chriſtiano alimento [c] utamini; ab aliena autem herba recedite, quæ eſt hæreſis, quæ & inquinatis implicat *Jeſum Chriſtum*: quemadmodum mortiferum pharmacum dantes cum vino mellito; quod qui ignorat, delectabiliter accipit, & in delectatione mala mori.

VII. Obſervemini igetur à talibus. Hoc autem erit à vobis non inflatis, & exiſtentibus inſeparabilibus à Deo *Jeſu Chriſto*, & Epiſcopo, & ordinibus Apoſtolorum. Qui intra altare eſt, mundus eſt: qui vero extra altare eſt, non mundus eſt: hoc eſt, qui ſine Epiſcopo & Presbytero & Diacono operatur aliquid, iſte non mundus eſt in conſcientia.

VIII. Non quia cognovi tale quid in vobis: ſed præſervo vos, exiſtentes meos dilectos, prævidens inſidias Diaboli. Vos igitur manſuetam patientiam reſumentes, recreate voſmetipſos in fide, quod eſt caro Domini, & in charitate, quod eſt ſanguis *Jeſu Chriſti*. Nullus veſtrum adverſus proximum aliquid habeat. Non occaſiones detis gentibus: ut non propter paucos inſipientes ea quæ in Deo multitudo blaſphemetur. *Væ enim, per quem in vanitate nomen meum in aliquibus blaſphematur.*

IX. Obſurdeſcite igitur, quando vobis ſine *Jeſu Chriſto* loquitur quis, qui ex genere *David*, qui ex *Maria*; qui vere natus eſt, comedit & bibit; vere perſecutionem paſſus eſt ſub *Pontio Pi-*

a *Principales*, vel *principationis*, quod vult Cot. b *Nobis*.
c Legebat χρήσασθε & ἀπέχεσθε. Sed male.

lato,

lato, vere crucifixus & mortuus eſt, adſpicientibus cœleſtibus & terreſtribus & infernalibus. Qui & vere reſurrexit à mortuis, reſuſcitante ipſum Patre ipſius: qui & [a] ſecundum ſimilitudinem nos credentes ipſi ſic reſuſcitabit Pater ipſius, in *Chriſto Jeſu*; ſine quo verum vivere non habemus.

X. Si autem, quemadmodum quidam ſine Deo exiſtentes (hoc eſt, infideles) dicunt, ſecundum videri paſſum eſſe ipſum; ipſi exiſtentes ſecundum videri, ego quid vinctus ſum? quid autem [b] & oro cum beſtiis pugnare? Gratis igitur morior: ergo non reprehendor mendacii à Domino.

XI. Fugite ergo malas propagines, generantes fructum mortiferum; quem ſi guſtet quis, ſtatim moritur. Iſti enim non ſunt plantatio Patris. Si enim eſſent; apparerent utique rami Crucis, & eſſet utique fructus illorum incorruptibilis: per quem, in paſſione ipſius, advocat vos exiſtentes membra ipſius. Non poteſt igitur caput naſci ſine membris; Deo unionem repromittente, quod eſt ipſe.

XII. Saluto vos à Smyrna, cum compræſentibus mihi Eccleſiis Dei; qui ſecundum omnia me quieſcere fecerunt carne & ſpiritu. Deprecantur vos vincula mea, quæ pro *Jeſu Chriſto* fero, petens Deo frui. Permanete in concordia veſtra, & ea quæ cum adinvicem oratione. Decet enim vos ſingulos, præcipue & Presbyteros, refrigerare Epiſcopum; in honorem Patris *Jeſu Chriſti*, & Apoſtolorum. Oro vos in charitate audire me; ut non in teſtimonium ſim in vobis ſcribens. Sed & pro me orate ea, quæ à vobis, charitate indigente in

a ad exemplar ipſius. Hæc verba in Græco textu ſuo loco mota ſunt. b *Et* deeſt MS.

miſericordia

misericordia Dei, ad dignificari me (in) hereditate, qua conor potiri, ut non reprobus inveniar.

XIII. Salutat vos charitas *Smyrnæorum* & *Ephesiorum*. Mementote in orationibus vestris ejus quæ in *Syria* Ecclesiæ; unde non dignus sum dici, existens extremus illorum. Valete in *Jesu Christo*; subjecti Episcopo, ut Dei mandato, similiter & Presbyterio. Et singuli adinvicem diligite in impartibili corde. Castificate vestrum meum spiritum, non solum nunc, sed quando utique Deo fruar. Adhuc enim sub periculo sum: sed fidelis Pater, in *Jesu Christo*, implere petitionem meam & vestram; in quo inveniamini incoinquinati.



AD ROMANOS.

Ignatius, qui & Theophorus, habenti propitiationem in magnitudine Patris altissimi, & Jesu Christi solius Filii ipsius, Ecclesiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate volentis omnia, quæ sunt secundum dilectionem Jesu Christi Dei nostri (quæ & præsidet in loco [a] *chori Romanorum, digna Deo, digna decentia, digna beatitudine, digna laude, digne ordinata, digne casta, & præsidens in charitate, Christi habens legem, Patris nomen; quam & saluto in nomine Jesu Christi Filii Patris) secundum carnem & spiritum unitis in omni mandato ipsius, impletis gratia Dei indivisim, & abstractis ab omni alieno colore; plurimum in Domino Jesu Christo Deo nostro immaculate gaudere.*

a *Chorii.*

I. Depre-

I.



Eprecans Deum, attigi videre veſtras dignas viſione facies; ut & amplius petebam accipere. Ligatus enim in *Chriſto Jeſu*, ſpero vos ſalutare, ſiquidem voluntas ſit, ut dignificer in finem eſſe. Principium quidem enim bene diſpenſatum eſt: ſiquidem gratia (mea) potiar, ad hæreditatem meam ſine impedimento lucrari. Timeo enim charitatem veſtram, ne ipſa me lædat. Vobis enim facile eſt, quod vultis, facere: mihi autem difficile eſt Deo potiri; ſiquidem vos non parcitis mihi.

II. Non enim volo vos hominibus placere, ſed Deo [a] placere: Quemadmodum & placetis. Neque enim ego [b] habeo aliquando tempus tale Deo potiendi; neque vos, ſi taceatis, meliori operi habetis inſcribi. Si enim taceatis à me, ego ero Dei: ſi autem deſideretis carnem meam, rurſus factus ſum [c] vox. Plus autem mihi non tribuetis, quam ſacrificari Deo, dum adhuc ſacrificatorium paratum eſt: ut, in charitate chorus effecti, cantetis Patri in *Jeſu Chriſto*, quoniam Epiſcopum *Syriæ* dignificavit Deus inveniri, in Occidentem ab Oriente tranſmittens. Bonum occidere à mundo in Deum, ut in ipſo oriar.

III. Nunquam invidiſtis in aliquo: alios edocuiſtis. Ego autem volo, ut & illa firma ſint, quæ docentes præcepiſtis. Solum mihi potentiam petatis ab intra & ab extra, ut non ſolum dicam, ſed & velim; non ut ſolum dicar Chriſtianus, ſed & inveniar. Si enim inveniar, & dici poſſum, & tunc fidelis eſſe, quando utique mundo non appareo. Nihil apparentia

a Poſterius *placere* deeſt MS. b MS. *habebo*. c F. *velox* USS.

bonum

bonum eſt. Deus enim noſter *Jeſus Chriſtus* in Patre exiſtens magis apparet. Non ſuaſionis opus ſed magnitudinis eſt Chriſtianus; quando utique oditur à mundo.

IV. Scribo Eccleſiis, & præcipio omnibus, quoniam volens pro Deo morior; ſiquidem vos non prohibeatis. Deprecor vos, non concordia intempeſtiva fiatis mihi. Dimittite me beſtiarum eſſe cibum: per quas eſt Deo potiri. Frumentum ſum Dei: & per dentes beſtiarum molar, ut mundus panis inveniar *Chriſti*. Magis blandite beſtiis, ut mihi ſepulchrum fiant, & nihil derelinquant eorum quæ corporis mei; ut non dormiens gravis alicui inveniar. Tunc ero diſcipulus verus *Jeſu Chriſti*, quando neque corpus meum mundus videbit. Orate *Chriſtum* pro me, ut per organa iſta Dei ſacrificium inveniar. Non ut *Petrus* & *Paulus* præcipio vobis. Illi Apoſtoli, ego condemnatus; illi liberi, ego [a] uſque nunc ſervus. Sed ſi patiar, manumiſſus fiam *Jeſu Chriſti*; ut reſurgam liber. Et nunc diſco, vinctus, nihil concupiſcere.

V. A *Syria* uſque *Romam* cum beſtiis pugno, per terram & per mare, nocte & die; vinctus decem leopardis, quod eſt militaris ordo: qui & beneficiati deteriores fiunt. In injuſtificationibus autem ipſorum magis erudior; *ſed non propter hoc juſtificatus ſum*. Sortiar beſtiis mihi eſſe paratis: & oro promptas mihi inveniri: quibus & blandiar cito me devorare; non quemadmodum quoſdam timentes non tetigerunt. Sed &, ſi ipſæ volentem non velint, ego vim faciam. Veniam mihi habete: quid mihi confert, ego cognoſco. Nunc incipio diſcipulus eſſe; nihil me

a Inſere *autem*.

zelare

zelare visibilium & invisibilium, ut *Jesu Christo* fruar. Ignis & crux, bestiarumque congregationes, dispersiones ossium, concisio membrorum, molitiones totius corporis, malæ punitiones Diaboli in me veniant; solum ut *Jesu Christo* fruar.

VI. Nihil mihi proderunt termini mundi, neque regna seculi hujus. Bonum mihi mori propter *Jesum Christum*, quam regnare super terminos terræ. Illum quæro qui pro nobis mortuus est; illum volo qui propter nos resurrexit. Ille lucrum mihi adjacet. Ignoscite mihi, fratres: non impediatis me vivere, non velitis me mori. Dei volentem esse, per mundum non separetis me, neque per materiam seducatis. Dimittite me purum lumen accipere: illuc adveniens, homo ero. Sinite me imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo; & compatiatur mihi sciens quæ continent me.

VII. Princeps seculi hujus rapere me vult, & eam quæ in Deum meum sententiam corrumpere. Nullus igitur præsentium de vobis adjuvet: ipsi autem magis mei fiatis, hoc est, Dei mei. Non loquimini *Jesum Christum*, & mundum concupiscatis. Invidia in vobis non inhabitet; neque utique ego vos præsens deprecor, credite mihi. His autem magis credite, quæ scribo vobis. Vivens enim scribo vobis; desiderans mori. Meum desiderium crucifixum est; & non est in me ignis amans aliquam aquam: sed vivens & loquens est in me, intus me dicit: *Veni ad Patrem.* Non delector cibo corruptionis, neque delectationibus vitæ hujus. Panem Dei volo; quod est caro *Jesu Christi*, ejus qui ex genere *David*: & potum volo sanguinem ipsius; quod est charitas incorruptibilis.

VIII. Non

VIII. Non amplius volo ſecundum homines vivere: hoc autem erit, ſi vos velitis. Velite autem, ut & vos acceptemini. Per paucas literas deprecor vos: credite mihi. *Jeſus* autem *Chriſtus* vobis manifeſtabit hæc, quoniam vere dico; non mendax os, in quo Pater vere locutus eſt. Petite pro me, ut attingam. Non ſecundum carnem vobis ſcripſi; ſed ſecundum ſententiam Dei. Si patiar, voluiſtis; ſi reprobus efficiar, odiviſtis.

IX. Mementote in oratione veſtra ejus quæ in *Syria* Eccleſiæ, quæ pro me paſtore Deo utitur. Solus [a] ipſe *Jeſus Chriſtus* vice Epiſcopi ſit, & veſtra charitas. Ego autem erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus, exiſtens extremus ipſorum, & abortivum: ſed miſericordiam conſecutus ſum aliquis eſſe, ſi Deo fruar. Salutat vos meus ſpiritus, & charitas Eccleſiarum, quæ receperunt me in nomine [b] *Jeſu Chriſti*, ut non tranſeuntem. Etenim non advenientes mihi in via quæ ſecundum carnem ſecundum civitatem me præceſſerunt.

X. Scribo autem vobis hæc à *Smyrna* per *Epheſios* digne-beatos. Eſt autem & ſimul mecum cum aliis multis & *Crocus*, deſideratum mihi nomen: De advenientibus [c] mecum à *Syria* in *Romam*, ad gloriam Dei, credo vos cognoviſſe, quibus & [d] manifeſtatis prope me exiſtentem. Omnes enim ſunt digni Deo & vobis: quos decens eſt vos ſecundum omnia quietare. Scripſi autem vobis hæc, in ea quæ ante IX. Kal. Sept. Valete in finem, in ſuſtinentia *Jeſu Chriſti*.

a Cot. *ipſi*. b *Domini*. ita habet Cod. Cajenſis. c *mihi* Codex Caj. d Lege, *manifeſtabitis*.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

MARTYRIUM

S. HIEROMARTYRIS

IGNATII

THEOPHORI.



PRÆFATIO
THOMÆ SMITHI
In Acta Martyrii S. IGNATII.



CTA hæc, quæ recudi oportet, mihi quidem genuina & sincera plane videntur; licet fortasse, quod tamen vix affirmaverim, versus finem quippiam labis admistum habeant. Vetus autem Versio, quam edidit D. Usserius Armachanus ex codice Caiensi, ut cuivis ex leviuscula collatione facile constare poterit, maxime convenit cum Græco exemplari Colbertino. Utriusque mendis, quæ passim irrespere, sublatis, editionem, quum sibi invicem mutuam lucem fœnerentur, longe integriorem jam damus. A familiaribus S. Ignatii, qui illum ab Antiochia Romam usque comitati sunt, & illius ultimo & maxime glorioso agoni interfuere, descripta fuisse, a multa in ipsis Actis id testatissimum reddunt, & extra omne dubium ponunt: & quidem non longe post ipsius consummationem, & proximo, ut verisimillimum videtur, anno, dum res gestæ cum totius itineris ratione in recenti fidelius inhæserint memoria.

a Sect. IV. Ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα σένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ᾽ ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τῦ δικαίυ γίνεσθαι. & §. V. συναντῶμεν τοῖς ἀδελφοῖς. & §. VI. τούτων αὐτόπται γενόμενοι.

Illos autem fuiſſe Philonem & Agathopodem, quorum meminit ſanctiſſimus Martyr in Epiſtolis ad Smyrnæos & ad Philadelphenſes, hunc Antiochenæ, illum vero Tarſenſis Eccleſiæ Diaconum, vix à quoquam dubitari aut poteſt aut debet. Quædam autem à tertio Ignatianarum Epiſtolarum Collectore interſerta & male addita fuiſſe affirmat D. Uſſerius, (conſentiente poſtea D. Pearſono, qui illius auctoritate nimium quantum abreptus, oculis ſuis, licet perſpicaciſſimis, illud non vidit, quod abſque Græci textus lumine vix eſſet videndum) ad id quidem leviuſculis ſuſpicionibus inductus, tum quod in altera verſione codicis Cottoniani, in qua multæ abſurdæ & fabuloſæ narrationes contra fidem hiſtoriarum ex novitiis Actis interpolatis deſumpta, & quæ merito illum edidiſſe puduerit, continentur, abeſſent, tum quod in iſtis periochis velit, Interpolatorem ad Epiſtolarum Ignatianarum Syllogen, tunc recens factam, reſpexiſſe. Sed manifeſtum eſt, tum alterum iſtum Interpretem, utpote nullius judicii, & fidei ſuæ prodigum, maxime de hiſtoria S. Ignatii ſollicitum, epiſtolam ejuſdem ad Romanos, quæ neceſſario erat interponenda, inconſiderate admodum neglexiſſe, quaſi ad ipſius propoſitum neutiquam attinuiſſet: (ut ſolent quandoque Interpretes, vel potius, quod dicendum videtur, Exſcriptores, præfationes, aliaque in textu recte collocata, pro libidine ſua omittere) tum ſuſpicionem iſtam *de literis præcedentibus*, quaſi in iſthac collectione ſimul poſitis, (quum longe aliud per iſta verba *διὰ τῶν Ηγȣμένων*, h. e. *per Præfectos* ſive *Epiſcopos*, intelligi debere, ex integro ante poſitæ ſectionis argumento clariſſime liquet) ex mala interpunctione, & legendo *literas*

appoſitas

appositas pro *literis appositis*, (quem errorem facile inter festinandum admisit imperitus oscitansque Librarius) utpote non alii fundamento innixam, ortum habuisse; quæ ex Græco textu — *ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν Ηγȣμένων, γραμμάτων εὐχαριςῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς*, & restituta jam Latina versione omnino diluitur. Nec tamen abnuerim, si quispiam dixerit, Interpretem nostrum, neglecta solita in vertendis ad literam Græcis diligentia, periocham hanc, juxta facilem debitamque verborum constructionem neutiquam ab ipso intellectam, mala & imperita versione corrupisse.

Miræ & putidæ prorsus sunt exceptiones, quas adversus itineris rationem hisce Actis recensitam objiciunt osores Episcopalis hierarchiæ, iniqui admodum, & hac ex parte parum ingenui Adversarii. Iter vero istud hoc modo institutum erat, quod compendio describam. Primo Antiochia Seleuciam descendit S. Ignatius: illic nave conscensa Smyrnam navigavit: relicta Smyrna Troadem appulit: à Troade Neapolim navi abducebatur: hinc iter terreste iniens, Philippos, urbem satis celebrem, pervenit, reliquamque Macedoniæ partem, qua itur ad Epidamnum, pedes peragravit: hic reperta nave per Adriam in mare Tyrrhenum delatus, multasque insulas illic sitas, & civitates juxta littora, & præcipue Puteolos, (quos maxime invisisse cupiebat, ut S. Pauli, illuc non longe post naufragium ex insula Melitensi transeuntis, sacra vestigia relegeret, si per sævas, quæ hieme solent ingruere, tempestates licuisset) prætervectus, tandem ad Portum prope Ostiam appulit, & inde mox à militibus

abreptus, alacer & cum gaudio, post tot labores terra marique exantlatos, Romam ducitur, laurea martyrii coronandus.

Frustra hic contra fidem Actorum objiciunt hi Censores tot tantasque hujus itineris circuitiones, quod nimirum longe rectiori breviorique cursu è Syria in Italiam esset navigandum: quasi fuisset in potestate S. Ignatii illud, prout lubebat, melius & commodius ordinasse, aut militibus, quorum curæ erat traditus, sive imperata facere, sive pro arbitrio agere per hosce delicatos homines haud licuisset. Qualis autem est ista ingenii perversitas, ex malesano partium studio orta, si quispiam rei gestæ historiam & veritatem frivolis quibusdam argutiis convulsum ire velit, hoc solo nomine, quum eam aliter fieri aut potuisse aut debuisse in animum inducat suum? præsertim quum circumstantiæ rerum, quæ universam, ex tot seculorum intervallo obductam, tollerent obscuritatem, sint incompertæ, nec certum, quo agebantur custodes isti, consilium vel conjectura assequi liceat. Isthoc seculo non qualibet anni tempestate adeo facile aut crebro erat navigatum. Occasiones, prout sese obtulerint, captandæ. Recta ad oras maritimas Syriæ Seleuciam usque Antiochia abducitur S. Ignatius. Illic, ut par est credere, navis in anchoris stabat, Smyrnam versus, urbem nempe commerciis celeberrimam, post aliquantillum temporis solutura. Hanc conscendere coactus est S. Ignatius à militibus, qui, ut nostris Censoribus placet, navi conducta, procul relictis Asiæ minoris littoribus iter destinatum maturare debuissent. Inter Smyrnam & Troadem naviculæ ultro citroque transibant: à Troade autem

ad

ad oras Macedoniæ mari finitimas facilis frequenſque erat trajectus: quod ex Actis Apoſtolorum & aliunde ex hiſtoriis iſtorum temporum ſatis conſtat. Quum vero naves Italiam directo itinere petituras reperire haud facile eſſet, quidni dixerim, illos hac mentis intentione & propoſito Neapolim tetendiſſe, ut inde Macedoniam commodo ſuo peragrarent? Quod de reliquo itinere dici poterat, illos quaſi aut neceſſitate compulſos, aut majoris commodi gratia ejuſmodi viarum ambagibus uſos fuiſſe. Nolo autem conjecturam hanc amplius venditare, adverſus quam an quippiam ſolidi objici poſſit, dubito. Scio à quibuſdam aliam longeque diverſam laborioſæ hujus circumgyrationis cauſſam, aliudque conſilium aſſignari ſolere: nec eam facile rejiciendam putaverim: quaſi hujuſmodi ingratiſſimis moris, tamque longi & anfractuoſi itineris malis incommodiſque S. Ignatium fatigare, ejuſque conſtantiam frangere ex inſtinctu Diaboli animo habuiſſent Chriſtiani nominis infenſiſſimi hoſtes, à quibus ferali ſententia ad beſtias damnatus fuiſſet: *τῷ μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας* ſive *τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ καὶ τῷ πλήθει*, ıt obſervavit S. Chryſoſtomus in oratione de laudibus S. Ignatii Antiochiæ habita, qui ad hæc Acta, n quibus totam itineris rationem comprehenſam leerat, alludere hic plane mihi videtur. Quicquid ıerit, ſive hoc ſive illud, ex alterutra hypotheſi lmiſſà, ineptis Magdeburgenſium Centuriatorum, londelli, alorumque cavillationibus abunde ſatisri poſſe cordatus ingenuuſque Lector, uti credo, o candore & ſagacitate ſua cenſebit.

Unum eundemque fuiſſe verſionis horum Actoıı ac Epiſtolarum Auctorem, præterquam quod

in eodem manuſcripto codice Caienſi ſimul exſtent conjunganturque, multa ſunt, quæ id facile dent evictum. Stylus æque barbarus, & à puritate Latini ſermonis abhorrens: & præcipue verborum phraſiumque rigidiſſima ad literam verſio, quaſi Interpres opinaretur, de illius fide dubitari poſſe, niſi hiſce apicibus, qui illam plane obſcurant, ſenſumque reddunt intricatiorem, ad ſuperſtitionem uſque, & quaſi affectata nimiæ diligentiæ laude, mordicus adhæſiſſet.

Hactenus de Actis genuinis; quæ ſequioribus ſeculis fœde erant corrupta, & ab impuris Interpolatorum manibus inquinata: qui dum aut credulæ plebis, ad amplexandum avidiſſimis auribus, quicquid illis figmentorum lenocinio placeret, pronæ, ſegni ſtupidæque indoli & ingenio indulgere, aut gloriam Sanctorum & Martyrum inventis fabellis, licet inficetis, prodigioſiſque narrationibus, humanam ſortem exſuperantibus, augere ſtuduerint, veritatem miſere corruperunt, mendaciiſque ſuis ſeræ poſteritati ivere illuſum, idque quidem citra omne remedium, niſi puriora vetuſti ævi monumenta è tenebris quorundam eruditorum diligentia in lucem educta, illorum fraudes, impoſturas, perfidiamque detexiſſent.

Acta hæc interpolata, quæ *poſteriora* appellabimus, ſexto aut ſaltem ſeptimo ſeculo primum ficta fuiſſe, veri perquam ſimile D. Pearſono, aliiſque Viris doctiſſimis, videtur: & deinde progreſſu temporis novis, iiſque miris, commentis aucta conſtat. Præ modeſtia enim hac ex parte laudandus videbitur Simeon Metaphraſtes, hiſce malis artibus fraudulentiſque incruſtationibus ex luxuriantis ingenii

vitio

vitio satis famosus, si cum aliis Actorum archite-ctis & consarcinatoribes conferatur. Horum Acto-rum exemplar exstat in Bibliothecæ Bodlejanæ Ar-chivis Baroccianis Cod. CXCII. ex quo multa ex-cerpta habentur apud D. Usserium in annotationi-bus suis ad hujus sanctissimi Præsulis martyrium. Ex hoc impuro fonte profluxerunt, ut ibi quoque vir ille maximus observavit, miræ istæ narrationes, quæ non solum apud Vincentium Bellovacensem, aliosque recentiores, sed quæ apud Bedam & Ado-nem in Martyrologiis suis occurrunt.


a Adde *pervenire.* b Act. II. 24. c 1 Pet. I. 8. d Eph. II. 8. 9. e 1 Pet. I. 13. f Pſal. II. 11. g 1 Pet. I. 21. h Forte *ad vitam.* i Τὸ *hoc eſt* omnino ſuperfluum & delendum. k 1 Pet. III. 9. l Μνημονεύετε. m Matt. VII. 1. 2. Luc. VI. 37.

judicare,

judicare, ne judicemini ; *dimittite* , *& dimittetur vobis* ; miſeremini, & Dominus miſerebitur veſtri: *qua enim menſura menſi fueritis* , *remetietur eadem vobis.* Et quod dictum eſt: [a] *Beati pauperes ſpiritu* , *& qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam* ; *quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

III. Hæc autem, fratres mei, non à meipſo [b] imperans ſcribo vobis de juſtitia; ſed quoniam vos provocaſtis. Propter quod neque ego, neque ſimilis alius mei poterit ſequi ſapientiam beati & glorioſi Pauli: qui fuit apud vos, & viſus eſt ſecundum faciem illis, qui tunc erant, hominibus; qui docuit certiſſime atque firmiſſime verbum veritatis; qui & abſens ſcripſit vobis Epiſtolas, ad quas deflectamini, ut poſſitis ædificari in fide, quæ data eſt vobis, quæ eſt mater omnium veſtrum, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quæ eſt in Deo, & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis juſtitiæ, & habuerit dilectionem; longe eſt ab omni peccato.

IV. [c] Principium autem omnium malorum eſt *avaritia.* Scitote ergo, *quia nihil intulimus in hunc mundum* , *neque auferre poſſumus.* Armemur armis juſtitiæ: & doceamus noſmet ipſos primum ambulare in mandatis Domini, & poſt hoc etiam mulieres veſtras in fide quæ data eſt eis & dilectione & caſtitate (amantes ſuos viros in omni veritate [d] & charitate", diligentes omnes æqualiter in omni continentia) & filios erudire in diſciplina & timore Dei. Viduæ vero pudicæ circa fidem Dei interpellent inceſſanter pro omnibus; elongantes ſe ab omnibus dia-

a Luc. VI. 20. Matt. V. 3. b F. impetrans. c 1 Tim. VI. 10, 7.
d Redundare videtur.

bolicis

bolicis detractionibus, & falſo teſtimonio, & ab omni malo: cognoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium Dei. Quoniam omnia Deus proſpicit, & nihil eum latet; neque cogitatio, neque conſcientia, neque aliquod abditum cordis.

V. Scientes ergo quia [a] *Deus non deridetur*; debemus digne in mandatis ejus & gloria ambulare. Similiter Diaconi inculpabiles ſint in conſpectu juſtitiæ ejus, ſicut Dei & Chriſti miniſtri, & non hominum: non criminatores, neque detractores, neque avari; ſed omnia tolerantes in omnibus, miſericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium: [b] cui ſi complaceamus in hoc ſeculo, percipiemus ea quæ futura ſunt, ſecundum quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis: & ſi digne eo converſati fuerimus, & ſi crediderimus, conregnabimus cum eo. Juvenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus: omnem ignorantiam [c] prævidentes, refrenantes ſe ab omni malo. Bonum eſt enim abſcidi ab omnibus concupiſcentiis mundi: quoniam omnis concupiſcentia [d] *adverſus ſpiritum militat.* Quia [e] *neque fornicarii, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt*, neque illicita facientes. Propter quod abſtineri oportet ab omnibus his. Subjecti eſtote Presbyteris & Diaconis, ſicut Deo & Chriſto. Virgines, immaculata & caſta conſcientia ambulate.

VI. Presbyteri ſimplices ſint, in omnibus miſericordes, omnes ab errore convertentes, omnes infirmos viſitantes; viduas & pupillos & pauperes non

a Gal. VI. 7. b Al. *huic ſi placemus.* c Al. *providentes.* d 1 Pet. II. 11. e 1 Cor. VI. 9, 10.

negli-

negligentes: sed semper [a] *providentes bona* coram Deo & *hominibus*. Abstinete vos ab omni iracundia, à judicio injusto: longe ab omni avaritia estote. Non cito consentiatis adversus aliquem, ne praevaricemini in judicio: scientes, quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum, ut [b] nobis dimittat; debemus etiam nos dimittere. Ante conspectum enim oculorum Domini sumus; & [c] *omnes oportet astare ante tribunal Christi, & unumquemque pro se rationem reddere.* Sic ergo serviamus ei cum timore, & omni reverentia; secundum quod evangelizaverunt nobis Apostoli Domini, & Prophetæ annunciaverunt adventum Domini nostri Jesu Christi: zelantes bona; abstinentes vos à scandalis, & falsis fratribus, & qui [d] in hypocrisim portant nomen Domini, qui aberrare faciunt inanes homines.

VII. Omnis enim [e] *qui non confitetur Jesum Christum in carne venisse*, hic *Antichristus* est; & qui non confitetur martyrium crucis, ex diabolo est: & qui deviaverit eloquia Domini ad propria desideria, & dixerit neque resurrectionem, neque judicium esse, hic primogenitus est Satanæ. Propter quod relinquentes vanitatem multorum, & falsas doctrinas, ad illud quod traditum est nobis à principio verbum revertamur. [f] *Sobrii* simus *in orationibus*, & jejunia tolerantes; supplicationibus petentes omnium perspectorem Dominum, [g] *ne nos inducat in tentationem*: secundum quod dixit Dominus; [h] *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.*

a Rom. XII. 17. b Matt. VI. 12. c Rom. XIV. 10. 12. 2 Cor. V. 10. d Potius *in hypocrisi*. e 1 Joh. IV. 3. f 1 Pet. IV. 7. g Matt. VI. 13. h Matt. XXVI. 41.

VIII. In-

VIII. Indeficienter ergo toleremus propter ſpem noſtram & pignus juſtitiæ, quod eſt Jeſus Chriſtus: [a] *qui ſuſtulit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum: qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus;* ſed propter nos omnia ſuſtinuit, ut vivamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ ejus; & ſi paſſi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum. Hoc enim nobis indicium poſuit [b] de ſeipſo; & nos hoc credidimus.

IX. Rogo igitur vos omnes inſiſtere verbo juſtitiæ & patientiæ, quam & oculata fide vidiſtis, non ſolum in beatiſſimis illis Ignatio & Zoſimo & Rufo; ſed & in aliis qui ex vobis ſunt, & in ipſo Paulo, & ceteris Apoſtolis: confidentes quia hi omnes non in vacuo cucurrerunt, ſed in fide & juſtitia; & ad debitum ſibi locum [c] à Domino, cui & compaſſi ſunt, abierunt, quia non hoc ſeculum dilexerunt; ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt, & à Deo reſuſcitatus.

X. In his ergo ſtate, & Domini exemplar ſequimini; firmi in fide & immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate ſociati, manſuetudinem alterutri [d] præſtantes, nullum deſpicientes. Quum poteſtis benefacere, nolite differre: quia [e] *eleemoſyna de morte liberat.* Omnes vobis invicem ſubjecti eſtote; [f] *converſationem veſtram irreprehenſibilem* [g] *habentes in gentibus*: ut ex bonis operibus veſtris & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blaſphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blaſphemetur. Sobrieta-

a 1 Pet. II. 24. 22. b Per ſeipſum. c Al. *cum Dom.* d Al. *præſentantes.* e Tob. XII. 9. f 1 Pet. II. XII. g Al. *conſiderantes.*

brieta-

brietatem ergo docete omnes: in qua & vos conversamini.

XI. Nimis contristatus sum pro *Valente*, qui Presbyter factus est aliquando apud vos: quod sic ignoret is locum, qui datus est ei. Moneo itaque vos ut abstineatis ab avaritia, & sitis casti, & veraces. Abstinete vos ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare, quo modo [a] alii pronunciat hoc? Si quis non abstinuerit se ab avaritia, ab idololatria coinquinabitur; & tanquam inter gentes judicabitur. Qui autem ignorant judicium Domini? [b] *An nescimus, quia sancti mundum judicabunt?* sicut *Paulus* docet. Ego autem nihil tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus [c] *Paulus*; qui estis in principio Epistolæ ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant: nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, contristor pro illo & pro conjuge ejus: quibus det Dominus pœnitentiam veram. Sobrii ergo estote & vos in hoc; & non sicut inimicos tales existimetis, sed sicut passibilia membra & errantia eos revocate; ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsos ædificatis.

XII. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis, & nihil vos latet; mihi autem non est concessum modo. Ut his scripturis dictum est; [d] *Irascimini, & nolite peccare.* Et, [e] *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Beatus qui [f] meminerit: quod ego credo esse in vobis. Deus autem & Pater Domini nostri Jesu Christi, & ipse sempi-

a Lege *aliis*. b 1 Cor. VI. 2. c Philipp. I. d Psal. IV. 5. e Eph. IV. 26. f Al. *crediderit*.

ternus

ternus Pontifex, Dei filius, Jesus Christus ædificet vos in fide & veritate, & in omni mansuetudine; & sine iracundia, & in patientia & longanimitate & tolerantia & castitate: & det vobis sortem & partem inter sanctos suos; & nobis vobiscum & omnibus qui sunt sub cœlo, qui credituri sunt in Dominum nostrum Jesum Christum, & in ipsius Patrem, qui resuscitavit eum à mortuis. Pro omnibus sanctis orate. Orate etiam pro Regibus & Potestatibus & Principibus, atque pro persequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis: ut fructus vester manifestus sit in omnibus; ut sitis in illo perfecti.

XIII. Scripsistis mihi & vos & *Ignatius*, ut si quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas fecero ad vos; si habuerimus tempus opportunum, sive ego, seu legatus quem misero pro vobis. Epistolas sane *Ignatii*, quæ transmissæ sunt vobis ab eo, & alias, quantascunque apud nos habuimus, transmisimus vobis, secundum quod mandastis; quæ sunt subjectæ huic Epistolæ: ex quibus magnus vobis erit profectus.

ιγ. 1 Εγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ιγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα, καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ιγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα 2 ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε.

1 *Habentur Græca hæc apud* Euseb. lib. III. *hist. Ecclesiast.* κεφ. λϛ'. 2. Ωφεληθήσεσθε.

Περιέ-

Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

Continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem.

Et de ipſo *Ignatio*, & [a] his qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.

XIV. Hæc vobis ſcripſi per *Creſcentem*, quem in præſenti commendavi vobis, & nunc commendo. Converſatus eſt enim nobiſcum inculpabiliter: credo quia & vobiſcum ſimiliter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, quum venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Jeſu Chriſto [b] in gratia cum omnibus veſtris.

Amen.

a Al. *ipſis.* b Al. *& gratia ipſius.*





EX RESPONSIONUM CAPITULIS, B. POLYCARPO ADSCRIPTIS,

Fragmenta quinque; *Victoris* Episcopi *Capuani* Catenæ in quatuor Evangelistas inserta.

I.



a *Atthæus* Dominum dixisse testatur, quod b *Moyses* scribit *Adam* loquutum fuisse hoc modo: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem*, &c. Sed concordant Domini verba cum *Moysi* sermonibus; qui *Adam* præbens officium, inspiratione divina prophetavit, ipse à *Moyse* hoc dixisse refertur. Deus vero qui per inspirationem divinam in corde *Adam* ista verba formavit, ipse Pater à Domino recte loquutus fuisse refertur. Nam & *Adam* hanc prophetiam protulit: & Pater, qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

II.

Idem; ad hæc verba Christi: *Calicem meum bibetis*, &c.

Matth. XX. vers. 23.

PER hujusmodi potum, significat passionem. c Et *Jacobum* quidem novissimum martyrio consummandum, fratrem vero ejus *Johannem* transiturum

a Matt. XIX. 5. b Gen. II. 24. c Act. XII. 2.

absque

absque martyrio; quamvis & afflictiones plurimas, & exilia tolerarit: sed præparatam martyrio mentem *Christus* martyrium judicavit. Nam Apostolus *Paulus*, [a] *Quotidie* (inquit) *morior;* dum impossibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita hæc finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat præparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur & in dolo ferventis olei, pro nomine Christi, beatus *Johannes* fuisse demersus.

III.

Idem; *de initio Evangelii secundum Marcum.*

RAtionabiliter Evangelistæ principiis diversis utuntur; quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. *Matthæus*, ut *Hebræis* scribens, genealogiæ *Christi* ordinem texuit; ut ostenderet, ab ea *Christum* descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi Prophetæ cecinerant. *Johannes* autem ad *Ephesum* constitutus, qui legem tanquam ex Gentibus ignorabant, à causa nostræ redemptionis Evangelii sumpsit exordium: quæ causa ex eo apparet, quod Filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. *Lucas* vero à *Zachariæ* sacerdotio incipit; ut ejus Filii miraculo nativitatis, & tanti prædicatoris officio, Divinitatem *Christi* Gentibus declararet. Unde & *Marcus* antiqua prophetici mysterii competentia adventui *Christi* declarat: ut non nova, sed antiquitus prolata ejus prædicatio probaretur. Aut per hoc Evangelistis curæ fuit, eo uti proœmio, quod unusquisque judicabat auditori-

a 1 Cor. XV. 31.

bus expetere. Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis scriptis, ad eandem tamen patriam pervenitur.

IV.

Idem; in illud: *Noli vocare amicos tuos, sed pauperes & debiles, &c.*

Luc. XIV. vers. 12.

PRæcepit non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandium. Quod si claudus, aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia minime est rogandus: unde ipsa quasi videntur se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi & cæci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione diligimus, non pro divinæ contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis æternæ.

V.

Idem; in illud: *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.*

Johan. XVII. vers. 4.

QUomodo opus salutis humanæ adimplesse commemorat, cum necdum crucis vexillum conscenderat? sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandæ passionis insignia adire decreverat, jure se opus perfecisse significat. &c.

ΤΗΣ
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ
ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ
τȣ̃ ἁγίȣ
ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ.


ECCLESIÆ
SMYRNENSIS,
DE
MARTYRIO
S. POLYCARPI
EPISTOLA
CIRCULARIS.

I.



Cripſimus vobis, fratres, de Martyribus; & de beato Polycarpo, qui velut ſignaculo poſito, martyrio ſuo perſecutioni finem impoſuit. Fere namque cuncta quæ præceſſerunt, ideo geſta ſunt, ut nobis Dominus deſuper oſtenderet Evangelicum Martyrium. Exſpectavit enim, dum traderetur; ſicut & Dominus, ut nos etiam ipſius eſſemus imitatores*: non ſolum noſtra conſiderantes, ſed & ea, quæ ad proximos pertinent. Caritatis quippe veræ ac ſolidæ eſt, non modo ſeipſum velle ſalvari; ſed etiam omnes fratres.

α'.



Γράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, [1] τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅς τις ὥσπερ ἐπισφραγίσας [2] τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα· μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ [3] τοῦ πέλας· ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

II. Beata quidem & generoſa fuerunt cuncta Martyria utpote quæ juxta volun-

β'. Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλη-

1 Deeſt τὰ in MS. ſed exſtat in codice Vienneníi. 2 Euſeb. διὰ τῆς μαρτυρίας. 3 Τοὺς Uſſ.

μα τȣ̃ Θεȣ̃ γεγονότα· [1] καὶ γὰρ εὐλαβεςέρȣς ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξȣσίαν [2] ἀνατεθῆναι· τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον; τίς ȣ̉κ ἂν θαυμάσειεν; οἳ μάςιξι μὲν καταξανθέντες, ὥςε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τȣ̀ς περιεςῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι. [3] Τȣ̃ δὲ καὶ εἰς τοσȣ̃τον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥςε μήτε βρύξαι μήτε ςενάξαι τινὰ ἑαυτῶν. Επιδεικνυμένȣς ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμȣν οἱ μάρτυρες Χριςȣ̃. μᾶλλον δὲ ὅτι παρεςὼς ὁ κύριος ὡμίλει αὐτοῖς· καὶ προσέχοντες τῇ τȣ̃ Χριςȣ̃ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνȣν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βα-

tatem Dei facta fuerint. Nos enim, qui religiosi sumus, oportet Deo rerum omnium potestatem committere. Nam eorum strenuitatem, ac tolerantiam, & erga Dominum caritatem quis non admiretur? qui flagris quidem adeo lacerati, ut ad intimas usque venas ac arterias corporis compago spectaretur, tamen sustinuerunt: ita ut etiam qui aderant, miserarentur ac plangerent: ipsi vero eo fortitudinis venerant, ut nemo illorum vel strideret vel ingemisceret; omnibus ostendentes, Martyres CHRISTI, se tunc dum torquerentur, à carne peregrinatos fuisse; aut potius Dominum ipsis adstitisse & cum ipsis esse versatum. Atque ad Christi gratiam attendentes, mundana tormenta spernebant; unius horæ spatio se ab æterna pœna redimentes. Frigidus ipsis videbatur immanium car-

1 χρή. 2 Ανατιθέναι vel ἀναθεῖναι Cot. 3 Τȣ̀ς Uff.

nificum ignis. Ob oculos quippe habebant, illum effugere qui æternus eſt, nunquamque exſtinguetur: ac oculis cordis reſpiciebant ad ea bona, quæ tolerantibus reſervantur; [a] *quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcenderunt;* ipſis autem à Domino monſtrabantur, utpote qui non homines amplius, ſed jam Angeli eſſent. Simili etiam modo qui ad beſtias erant condemnati, graves cruciatus diu pertulerunt, ſuper murices proſtrati, variiſque aliis tormentis excruciati; ut, ſi fieri poſſet, Tyrannus aſſiduitate ſuppliciorum eos ad negationem adduceret.

σανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ κυρίου· οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες [1] χρόνον δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς [2] ἐπὶ μόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

III. Multa ſiquidem adverſus illos machinatus eſt Diabolus. Sed gratia Deo: nam contrà omnes non prævaluit. Fortiſſimus enim Germanicus eorum timiditatem tolerantia ſua corroboravit:

γʹ. Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος; ἀλλὰ χάρις τῷ θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπεῤῥώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς·

1 Junius ſubſtituit ἔπαθον. 2 L. ἐπιμόνου. a 1 Cor. II. 9.

ος

ἐς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βȣλομένȣ γὰρ τȣ͂ ἀνθυπάτȣ πείθειν αὐτὸν, καὶ [1] λέγειν τὴν ἡλικίαν αὐτȣ͂ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τȣ͂ ἀδίκȣ καὶ ἀνόμȣ βίȣ αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βȣλόμενος. Ἐκ τȣ́τȣ ȣ͂ν πᾶν τὸ πλῆθος, θαυμάσας τὴν γενναιότητα τȣ͂ θεοφιλȣ͂ς καὶ θεοσεβȣ͂ς γένȣς τῶν Χριςιανῶν, ἐπεβόησεν· Αἶρε τȣ̀ς ἀθέȣς, ζητείσθω Πολύκαρπος.

qui quidem ſplendide pugnavit adverſus beſtias. Nam cum Proconſul flectere eum vellet, diceretque, ut ſuam ipſe ætatem miſeraretur; ille beſtiam ultro ad ſe attraxit, eique vim intulit, cupiens velocius ex injuſta & iniqua eorum hominum vita effugere. Exinde igitur univerſa multitudo, admirata fortitudinem pii ac religioſi generis Chriſtianorum, exclamavit: *Tolle impios; Polycarpus requiratur.*

δʹ. Εἷς δὲ ὀνόματι Κόϊντος Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καί τινας προσελθεῖν ἑκόντας. Τȣ͂τον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τȣ͂το ȣ͂ν, ἀδελφοὶ, ȣ̓κ ἐπαινȣ͂μεν τȣ̀ς προσιόντας ἑαυτοῖς. Ἐπειδὴ ȣ̓χ ȣ̔́τως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

IV. Quidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidiſſet beſtias, timore perculſus eſt. Hic porro erat, qui ſeipſum & alios quoſdam impulerat, ut ultro accederent. Huic Proconſul multis obſecrationibus perſuaſit jurare ac ſacrificare. Propter hoc igitur, fratres, non probamus eos, qui ſponte ſeſe offerunt. Quandoquidem non ita docet Evangelium.

1 Junius λέγοντος.

V. Po-

V. Polycarpus autem vir maxime admirabilis, primum quidem, re audita, turbatus non eſt; ſed volebat in urbe permanere. Plures tamen ei perſuaſerunt, ut ſecederet. Et ſeceſſit in agellum non multum diſſitum à civitate; ubi cum paucis manſit, diu noctuque nihil aliud agens, niſi quod orabat pro univerſis & pro omnibus per orbem Eccleſiis: quod ipſi erat ſolemne. Et cum oraret, triduo ante quam comprehenderetur, viſio ei oblata eſt; viditque cervical ſuum incendio conflagrare. Tum converſus ad comites ſuos, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi.*

έ. Ο δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκȣ́σας ȣ̓κ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβȣ́λετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείȣς ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν· καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, ȣ̓ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ ἔτριβε μετ' [1] ὀλίγον νύκτα καὶ ἡμέραν, ȣ̓δὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκȣμένην ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπ]ασίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τȣ̃ συλληφθῆναι αὐτόν. Καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτȣ̃ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον· καὶ ϛραφεὶς εἶπεν πρὸς τȣ̀ς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· δεῖ με ζῶντα κα]ακαυθῆναι.

VI. Inſtantibus autem qui quærebant eum, migravit in aliam villam: quo ſtatim ſupervenerunt inquiſitores: cumque illum non reperiſſent, duos ſervulos comprehenderunt;

ϛ'. Καὶ [2] ἐπιμενόντων τῶν ζητȣ́ντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέϛησαν οἱ ζητȣ̃ντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο,

1 Ὀλίγων Uſſer. Euſeb. σὺν ὀλίγοις. 2 Ἐπικειμένων Euſeb.

ων

ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. Ην γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ καὶ κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ηρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ ςάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριςȣ̃ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτȣ̃ τȣ̃ Ιȣ́δα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

ζ΄. Εχοντες ȣ̃ν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ δείπνȣ ὥραν, ἐξῆλθον διωγμῆται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνηθῶν αὐτοῖς ὅπλων, ὡς ἐπὶ λῃςὴν τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας [1] συναπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερώῳ· κἀκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ȣ̓κ ἐϐȣλήθη, εἰπών· τὸ θέλημα τȣ̃ Κυρίȣ γενέσθω. Ακȣ́σας ȣ̃ν τȣ̀ς παρόντας, καὶ

quorum alter tormentis subditus, confessus est. Impossibile siquidem erat latere ipsum, quandoquidem qui prodiderunt illum domestici erant. Irenarcha vero, qui & Cleronomus ipso nomine, dictus Herodes, properabat in stadium eum introducere: quo hic quidem propriam sortem impleret, consors Christi factus; proditores autem illius, Judæ ipsius pœnas subirent.

VII. Habentes ergo puerulum, feria sexta sub horam cœnæ egressi sunt Diogmitæ & Equites, cum consuetis armis, tanquam ad latronem currentes. Et sub vespertinum tempus supervenientes, ipsum repererunt in quodam superiore cubiculo discumbentem. Unde poterat quidem in aliud prædium abire; sed noluit, dicens: *Fiat voluntas Domini*. Cum ergo adstantes audivisset, &

1 Επελθόντες Eus. Recte ergo συναπελθόντες legit Usser.

descen-

deſcendiſſet, collocutus eſt cum eis. Mirantibus autem illis ipſius ætatem atque conſtantiam, quidam ex eis dicebant: *Tantumne adhibendum erat ſtudium, ut hujuſmodi vir ſenex comprehenderetur?* Statim igitur juſſit ipſis tunc apponi cibum ac potum, quantum vellent. Petiit autem ab illis, uti darent ei horæ ſpatium, quo libere precaretur. Quod cum conceſſiſſent, ſtans orabat plenus gratia Dei, adeo ut per duas horas tacere non poſſet, ac obſtupeſcerent auditores, multique eorum pœnitentia ducerentur, quod adverſus tam divinum ſenem veniſſent.

καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς· θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· 1 ἦ τοσαύτη σπουδὴ, ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν; Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ 2 τὸ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

VIII. Ut vero precationem finiit, in qua mentionem fecerat omnium, qui aliquando cum ipſo congreſſi fuerant, parvorum juxta & magnorum, clarorum & obſcurorum, totiuſque quæ per orbem terrarum Ca-

η'. Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν 3 ποτὲ 4 συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην κα-

1 Euſ. εἰ. 2 Τῷ. 3 Euſ. πώποτε. 4 Συμβεβληκότων Euſeb.

θολι-

θολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν ἦγον εἰς τὴν πόλιν ὄντος Σαββάτου μεγάλου· καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ηρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης (ἐπὶ τὸ ὄχημα,) οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι, καὶ λέγοντες· Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, Κύριε Καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι, (1 καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα,) καὶ διασώζεσθαι; Ο δὲ, τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς· ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· Οὐ μέλλω ποιεῖν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον·

tholicæ Ecclesiæ; cum hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes in civitatem duxerunt, die magni Sabbati. Et occurrit ei Irenarcha Herodes, ac pater ejus Nicetes. Qui & eum in vehiculum suum transtulerunt, assidentesque hortabantur illum his verbis & aliis similibus: *Quid enim mali est, dicere*: Domine Cæsar, *& sacrificare; atque ita salvum evadere?* Ille autem primum quidem eis non respondit. Sed cum instarent; *Non sum*, inquit, *facturus quod suadetis mihi.* Tum illi, frustrati spe flectendi eum; contumeliosa ei verba dixerunt; & cum impetu deturbarunt illum, adeo ut è vehiculo descendens tibiam distraheret. Verum nequaquam commotus, ac si nihil mali passus esset, alacriter & propere pergebat, ductus ad stadium.

1 Parenthesi inclusa desunt in Eusebio.

Tantus

Tantus vero erat tumultus in ſtadio, ut nemo poſſet audiri.

IX. Porro Polycarpo intranti in ſtadium, vox è cœlo facta eſt: *Fortis eſto & viriliter age, Polycarpe.* Et eum quidem qui vocem emiſit, vidit nemo, vocem autem qui ex noſtris præſentes erant audierunt. Introducto autem illo, magnus erat tumultus audientium, comprehenſum eſſe Polycarpum. De cætero adductum eum interrogavit Proconſul, an ipſe eſſet Polycarpus? Cumque fateretur, hortabatur ille, ut negaret; dicens: *Reverere ætatem tuam*; aliaque his ſimilia, ut illi ſolent, proferens: *Jura per Genium Cæſaris: Reſipiſce: Dic*: Tolle impios. Tunc Polycarpus gravi ac ſevero vultu turbam omnem ſceleratorum, qui in ſtadio

θορύβου τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ ςαδίῳ, ὡς μηδὲ 1 ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

θʹ. Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ ςάδιον, Φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρπε. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδε, τὴν δὲ Φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ 2 παρόντες ἤκουσαν. Καὶ προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. 3 Λοιπὸν προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν· καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, 4 ὡς ἔθος αὐτοῖς, λέγων· Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἰπὲ, Αἶρε, τοὺς ἀθέους. Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν 5 ςαδίῳ

1 Euſ. πολλοῖς ἀκουσθῆναι. 2 Euſ. πολλοί. 3 Λοιπὸν οὖν προσελθόντα Euſ. & quidem rectius. 4 Euſ. ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἐςὶ λέγειν. recte. 5 Euſ. τῶν ἐν τῷ ςαδίῳ tantum.

ἀ.ς.

ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους. Εγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος, Ομοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· ὁ Πολύκαρπος ἔφη· Ογδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη [1] ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

ι'. Επιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος, Ομοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ἀπεκρίνατο· Εἰ [2] κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, (ὡς σὺ λέγεις) [3] προσποιεῖς δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ παῤῥησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν καὶ ἄκουσον. Ο ἀνθύπατος ἔφη, Πεῖσον τὸν δῆμον. Ο δὲ Πολύκαρ-

erant, Gentilium contuens, manumque in eos intentans, simulque gemens ac cœlum suspiciens, dixit: *Tolle impios.* Insistente vero Proconsule, atque aiente: *Jura, & dimitto te: convicium fac Christo:* Polycarpus respondit: *Octoginta & sex anni sunt, ex quo servio ei, nec me ulla affecit injuria: & quo modo possum convicia dicere adversus regem meum, qui salvum me fecit.*

X. Urgente rursus illo, ac inquiente: *Jura per Genium Cæsaris;* respondit: *Si ambitiose contendis, ut jurem per Cæsaris, ut tu vocas, Genium; simulas autem te ignorare quis sim; palam audi: Christianus sum. Si vero cupis Christianæ religionis rationem discere; da diei spatium, & audi.* Proconsul dixit: *Persuade populo.* Polycar-

1 Euſ. δουλεύω. 2 Ἐκείνῳ δόξειν MS. ex inſcitia Librarii.
3 Euſeb. προσποιούμενος.

M pus

pus respondit: *Te quidem sermone ac ratione dignatus sum. Edocti namque sumus,* [a] *principibus & potestatibus à Deo ordinatis honorem, prout decet, qui nobis non officiat, dare. Illos vero indignos censeo quibus rationem reddam.*

XI. At Proconsul ad ipsum dixit: *Bestias habeo, his te objiciam, nisi resipueris.* Ipse vero: *Eas,* inquit, *arcesse. Neque enim resipiscere solemus ea resipiscentia, qua à melioribus ad deteriora mutatio fit. Bonum autem est, me à malis ad justa transire.* Rursus ad Polycarpum Proconsul: *Quandoquidem bestias spernis, efficiam ut igne consumaris, nisi sententiam mutes.* Cui Polycarpus: *Ignem minaris qui ad horæ spatium ardet, ac paullo post exstinguitur. Ignoras enim illum futuri judicii & æternæ pœnæ ignem, qui impiis reservatur. Verum quid moraris? profer quodcunque volueris.*

πος εἶπεν· Σὲ μὲν καὶ λόγȣ ἠξίωσα. Δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξȣσίαις [1] ὑπὸ τȣ̃ Θεȣ̃ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτȣσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνȣς δὲ ȣ̓χ ἡγȣ̃μαι ἀξίȣς, τȣ̃ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.

ιά. Ὁ δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Θηρία ἔχω, τȣ́τοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ εἶπεν· Κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. Καλὸν δὲ [2] μεταθέσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· Πυρί σε ποιῶ δαπανηθῆναι (εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς) ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ὁ δὲ Πολύκαρπος· πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καιόμενον καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον. Ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλȣ́σης κρίσεως καὶ αἰωνίȣ κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρȣ́μενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βραδύνεις; Φέρε ὃ βȣ́λει.

1 Eus. ἀπό. 2 Μετατίθεσθαι ἀπό. Eus. a Rom. XIII. 1.

ιβ'. Ταῦτα

ιβ'. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσυς καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῦ χάριτος ἐπληρῦτο, ὥστε ὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι· πέμψαι τε τὸν ἑαυτῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σαδίῳ κηρῦξαι 1 τρίτον, Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. Τύτυ λεχθέντος ὑπὸ τῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ιυδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικύντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς 2 ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλὺς διδάσκων μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς. Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ασιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ο δὲ Φίλιππος

XII. Hæc vero atque alia plura cum diceret, fiducia & gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiæ erat: adeo ut non solum iis, quæ ipsi dicebantur, turbatus non concideret; sed contra Proconsul stuperet, suumque mitteret præconem, ter in medio stadio proclamaturum: *Polycarpus confessus est Christianum se esse.* Quod ubi pronunciasset præco, universa multitudo Gentilium ac Judæorum, qui Smyrnam incolebant, effrænata ira & magna voce conclamabat: *Hic est Asiæ magister; pater Christianorum; nostrorum Deorum eversor; qui multos docet ne sacrificent, neve Deos adorent.* Ista inquientes, acclamabant, rogabantque Asiarcham Philippum, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. At Philippus

1 Τρὶς Eus. ut *ter* apud V. I.

2 Euseb. & V. I. Ασίας.

negavit id ſibi licere, quia venationes ſeu gladiatoria ſpectacula jam expleverat. Tunc placuit illis uno conſenſu inclamare, ut Polycarpus vivus combureretur. Neceſſe enim erat ut viſio illa de cervicali, quæ ei oſtenſa fuerat, impleretur; quando inter orandum videns illud ardere, converſus ad fideles, qui cum eo erant, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi.*

ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ [1] ἐπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον κατακαυθῆναι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς, Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

XIII. Hæc igitur citius peracta ſunt, quam pronunciata: cuncta plebe confeſtim ex officinis ac balneis ligna & ſarmenta congregante, præcipue Judæis alacri animo, ut ſolent, ad iſta juvantibus. Quando autem rogus apparatus eſt, Polycarpus ſibi detractis omnibus veſtimentis, & cingulo ſoluto, conabatur etiam ſe excalceare: quod prius non faciebat,

ιγʹ. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους [2] ἐγίνετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι· τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα· μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν,

1 Euſeb. πεπληρώκει. & ſic habet MS. 2 Ἐγίνετο MS.

διὰ

διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅς τις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται· 1 (ἐν) παντὶ γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν 2 πολιτείας, καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ 3 προσηλοῦν, εἶπεν, Ἄφετέ με οὕτως. Ὁ γὰρ δοὺς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας 4 ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.

ιδʹ. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας καὶ προσδεθεὶς, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν, 5 ὁλοκάρπωμα δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε. Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ,

quoniam ſemper ſinguli fidelium contendebant, quiſnam celerius corpus ejus tangeret. Omni ſiquidem bono propter ſanctos mores, etiam ante Martyrium honeſtabatur. Illico igitur ei circumpoſita ſunt, quæ ad rogum coagmentata fuerant inſtrumenta. Cum vero etiam clavis ab illis affigendus eſſet, dixit: *Sinite me ſic. Qui enim mihi dat ignem pati: dabit & ſine veſtra ex clavis cautione immotum in pyra permanere.*

XIV. Illi ergo non quidem clavis defixerunt, ſed ligaverunt eum. Hic vero manibus poſt tergum poſitis, ac revinctus, tanquam aries inſignis ex magno grege ad oblationem, holocauſtum acceptabile Deo præparatum, cœlum contuitus, dixit: *Domine Deus omnipotens, Pater dilecti ac benedicti Filii tui Jeſu Chriſti,*

1 Deeſt ἐν in MS. 2 Πολιτείας Euſeb. 3 Euſeb. προσηλοῦν αὐτόν. 4 Euſeb. ἀσκύλτως. 5 Euſeb. ὁλοκαύτωμα.

per quem tui notitiam accepimus; Deus Angelorum & Virtutum, ac universæ creaturæ, totiusque justorum generis qui vivunt in conspectu tuo: benedico te, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut partem caperem in numero Martyrum tuorum, in calice Christi tui, ad resurrectionem vitæ æternæ, animæ & corporis, in incorruptione Spiritus sancti: inter quos utinam suscipiar hodie coram te, in sacrificio pingui & accepto, quemadmodum præparasti & præmonstrasti & adimplevisti, mendacii nescius ac verax Deus. Quapropter de omnibus laudo te, benedico te, glorifico te, cum sempiterno & cælesti Jesu Christo, dilecto tuo Filio; cum quo tibi & Spiritui sancto gloria, & nunc & in futura secula. Amen.

δἰ ȣ̃ τὴν [1] περὶ σȣ̃ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, καὶ παντὸς τȣ̃ γένȣς τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σȣ· εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τȣ̃ λαϐεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων σȣ, ἐν τῷ ποτηρίῳ τȣ̃ Χριςȣ̃ σȣ, εἰς ἀνάςασιν ζωῆς αἰωνίȣ, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίȣ· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σȣ σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας [2] καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τȣ̃το καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, [3] σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπȣρανίῳ Ἰησȣ̃ Χριςῷ, ἀγαπητῷ σȣ παιδί· μεθ' ȣ̃ σοι καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τȣ̀ς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.

1 Περὶ σε Euseb. 2 Euseb προφανερώσας καὶ πληρώσας. 3 Euseb. διὰ τȣ̃ αἰωνίȣ ἀρχιερέως Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ (uti habet V. I.) τȣ̃ ἀγαπητȣ̃ σȣ παιδός.

ιέ. Ανα-

ιε'. Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, καὶ πληρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα μέγα εἴδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ [1] ἐτηρήθημεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος. Καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος· καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

ις'. Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέ-

1 Ετηρήθησαν.

XV. Et poſtquam *Amen* emiſiſſet, precationemque compleſſet; homines ſeu miniſtri ignis ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma emicaſſet; grande miraculum vidimus, quibus ſpectare conceſſum fuit; qui & ideo reſervati ſumus, ut aliis quæ contigerunt annunciaremus. Ignis enim fornicis ſpeciem præbens, tanquam navis velum à vento repletum atque ſinuatum, undique circumdedit Martyris corpus; quod quidem in medio poſitum, non ut caro aſſa videbatur, ſed veluti panis coctus, vel ſicut aurum & argentum in fornace candens. Tantam quippe fragrantiam odorabamur, ac ſi thus aut aliud quoddam pretioſorum aromatum oluiſſet.

XVI. Tandem igitur cernentes improbi, corpus ipſius ab igne non poſſe conſumi, juſſe-

runt confectorem propius accedere, pugionemque capulo tenus abdere. Quod cum ille fecisset, egressa est columba, item tanta vis sanguinis, ut ignem exstingueret, utque universa plebs miraretur, tantum esse discrimen inter infideles ac electos. Quorum unus hic fuit, maxime admirandus Martyr Polycarpus, qui nostris temporibus Apostolicus & Propheticus doctor exstitit, atque Catholicæ Smyrnensis Ecclesiæ Episcopus. Omne siquidem verbum quod ore suo emisit, aut impletum est, aut implebitur.

λεύσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἐξαφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη, καὶ τελειωθήσεται.

XVII. Sed cum æmulus ille ac invidus & malus, justorumque generi adversus, cerneret insigne illius Martyrium, moresque ab ineunte ætate irreprehensos, & illum immortalitatis corona redimitum, præmiumque controversiæ

ιζ'. Ο δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ, καὶ βραβεῖον ἀναντίῤῥητον

ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν ὡς μηδὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν [1] ληφθείη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. [2] Ὑπέβαλε γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ [3] ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῇ· μή, φησιν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι. Καὶ ταῦτα [4] εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς [5] λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, [6] (ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν,) οὔτε ἕτερόν τινα [7] σέβεσθαι. Τοῦτον μὲν γάρ, [8] υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσκυνοῦμεν·

expers reportasse; operam dedit ne reliquiæ ejus à nobis auferrentur; quamvis multi id facere cuperent, & sancto illius corpori communicare. Suggessit ergo Nicetæ Herodis patri, fratri autem Alces, adire Proconsulem, ne corpus illius ad sepeliendum traderet; ne, inquit, relicto Crucifixo hunc colere incipiant. Atque hæc aiebant, suggerentibus & instantibus Judæis, qui etiam nos observaverant, eum ex igne extracturos. Ignari quod nec CHRISTUM unquam derelinquere poterimus, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi fient, passus est; inculpatus pro peccatoribus; nec alium quemquam colere. Illum siquidem, utpote Filium Dei, adoramus;

1 Ληφθῆναι MS. 2 Ὑπέβαλον γοῦν τινὲς Euseb. 3 Euseb. ἡγεμόνι. 4 L. εἰπών. 5 Euseb. λαμβάνειν αὐτόν. 6 Non habetur apud Eusebium, nec legebat V. I. 7 Euseb. σέβειν. 8 Υἱὸν ἀληθινὸν ὄντα Cod. Vien.

Martyres vero tanquam Domini diſcipulos & imitatores, merito diligimus, propter illorum erga ſuum regem ac magiſtrum benevolentiam eximiam: quorum utinam & nos fiamus conſortes ac condiſcipuli.

τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ Κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

XVIII. Videns autem Centurio à Judæis ortam contentionem, corpus in medio ignis poſitum exuſſit. Atque ita nos poſtea oſſa illius gemmis pretioſiſſimis exquiſitiora, & ſuper aurum probatiora, tollentes, ubi decebat depoſuimus. Quo etiam loci nobis ut fieri poterit congregatis, in exſultatione ac gaudio, præbebit Dominus natalem Martyrii ejus diem celebrare, tum in memoriam eorum, qui certamina pertulerunt, tum in venturorum hominum exercitationem & alacritatem.

ιη΄. Ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατόνταρχος ([1] κεντυρίων) [2] τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν [3] ἠθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

1 Redundat: ex margine in textum aſſumptum. 2 L. τὴν τῶν. 3 Euſeb. προηθληκότων.

ιθ΄. Τοιαῦ-

ιθ΄. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας [1] δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων ([2] μᾶλλον) μνημονεύεται, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι [3]. οὐ [4] μόνος διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ [5] μάρτυς ἔξοχος· οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς Ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.

XIX. Hæc de beato Polycarpo; qui cum iis qui ex Philadelphia, duodecimus, Smyrnæ Martyrium paſſus, ſolus ab omnibus præcipue celebratur, ita ut à Gentilibus quoque in omni loco memoretur. Qui non ſolum doctor inſignis exſtitit, verum etiam Martyr eximius: cujus Martyrium, quod ſcilicet peractum eſt juxta Evangelium CHRISTI, omnes imitari deſiderant. Nam per tolerantiam devicto injuſto præſide, ſicque immortalitatis corona recepta, cum Apoſtolis omnibusque juſtis exſultans, Deum ac Patrem glorificat, atque benedicit Dominum noſtrum, gubernatorem animorum & corporum noſtrorum, nec non paſtorem Oecumenicæ & Catholicæ Eccleſiæ.

1 Euſeb. δώδεκα. 2 Ex Euſeb. additum. *Uſſ.* Deeſt autem in Codice Viennenſi. 3 Hic deſinit Euſeb. nec ultra perrexit. 4 Οὐ μόνον ut in codice Vienn. cui additur γάρ. 5 Cod. Vien. μάρτυς τίμιος καὶ ἐξοχώτατος.

XX. Ac

XX. Ac vos quidem petieratis, ut cuncta quæ gesta sunt, fusius vobis exponerentur. Nos vero in præsentiarum summatim indicavimus per fratrem nostrum Marcum. Quæ quidem cum didiceritis, Epistolam fratribus ulterius positis transmittite: ut & illi glorificent Dominum, qui ex suis famulis delectum facit. Illi, qui potest omnes nos gratia atque indulgentia sua in regnum suum æternum inducere, per Filium suum unigenitum JESUM CHRISTUM, sit gloria, honor, imperium, majestas in secula. Amen. Salutate omnes sanctos. Vos qui nobiscum sunt salutant, & qui scripsit Evarestus, cum omni domo sua.

κ'. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τȣ̃ ἀδελφȣ̃ ἡμῶν Μάρκȣ. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν [1] διαπέμψασθε. ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιȣ̃ντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δȣ́λων· [2] τῷ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτȣ̃ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτȣ̃ τοῦ μονογενȣ̃ς Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη, εἰς αἰῶνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε πάντας τȣ̀ς ἁγίȣς. Ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύȣσιν. Καὶ Εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικεί.

XXI. Martyrium autem passus est beatus Polycarpus Xanthici mensis ineuntis die secundo, ante septimum Kalendas Majas,

κα'. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικȣ̃ δευτέρᾳ ἱσαμένȣ, πρὸ ἑπ]ὰ καλανδῶν Μαΐων,

1 Lege διαπέμψατε. 2 Similem constructionem vide Rom. XVI. 25. 27. Τὸν δυνάμενον Uss.

σαβ-

σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρα ὀγδόῃ. Συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος [1] Στρατίου Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.

κβ'. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν. Καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς.

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

magno Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode; sub Pontifice Philippo Tralliano; Proconsule Statio Quadrato; regnante vero in secula Jesu Christo: cui gloria, honor, majestas, thronus sempiternus, à generatione in generationem. Amen.

XXII. Valere vos optamus, fratres; ac incedere in evangelico sermone Jesu Christi; cum quo gloria Deo & Patri, & Spiritui sancto, ob sanctorum electorum salutem; quemadmodum Martyrium pertulit beatus Polycarpus: ad cujus vestigia contingat ut in regno Jesu Christi inveniamur.


Atque hæc ex codice Irenæi, discipuli Polycarpi, descripsit Cajus, qui etiam cum Irenæo versatus est. Ego vero Socrates Corinthi ex Caii exemplari scripsi. Gratia sit cum omnibus.

1 Lege, Στατίου.

Et

Et posthæc ego Pionius ex suprascripto exaravi; cum exemplaria perquisivissem, & illa mihi per revelationem manifestasset Polycarpus, ut in sequentibus declarabo; eaque jam propemodum ex temporis diuturnitate fatiscentia collegissem; ut me quoque cum electis suis colligat Dominus Jesus Christus: cui gloria, cum Patre & sancto Spiritu, in secula seculorum Amen.

Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα· ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.



SMYR-



SMYRNENSIS ECCLESIÆ DE POLYCARPI MARTYRIO EPISTOLÆ

Antiqua Latina Metaphrasis.

Ecclesia Dei, quæ est apud Smyrnam, Ecclesiis Dei salutem, Philomeliæ & universis, quæ in locis sunt catholicis, civitatibus, misericordia & pax & amor Dei Patris ac Domini nostri Jesu Christi cum omnibus abundet in seculo.

I.

SCripsimus vobis, fratres, de martyribus, & de beato *Polycarpo*, qui [a] velut signaculum fidei persecutionem sedavit inimici. Omnia enim quæ transacta sunt Domino auctore prædicta sunt, secundum Evangelium: in quo quid sequi deberemus ostendit. In quo se & tradi passus est & [b] crucifigi, per quem nos liberaremur, [c] affixi. Æmulos nos ergo sibi esse voluit; ac primus, virtute cœlesti, injustorum justus obtemperavit [d] imperio: dans scilicet secuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis se præbendo, ne onerosus præceptor à quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quæ aliis perferenda mandavit: quo omnes ita formavit & do-

a *Per* Colb. b *Cruci*, simpliciter. c L. *affigi*. d *Arbitrio* Colb.

cuit,

cuit, ut non ſolum nos ipſos, ſed etiam per nos fratres ſingulos ſalvaremus.

II. Beatæ enim paſſiones cœleſtia tolerantibus regna parturiunt: & poſt contempta hæc omnia, opes, honores, parentes, coronæ conſummatio plena martyrium eſt. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddat obſequium; ſi majora conſtat pro ſervis Dominum, quam ſervos pertuliſſe pro Domino? Unde oportet doctiores nos redditos omnia cum timore narrare, & ſingulorum militum Chriſti fidelia devotionum trophæa, ut geſta conſtat, exponere; quo amore circa Deum fuerint, qua patientia cuncta pertulerint. Quis enim non tanta admiratione teneatur; dulcia fuiſſe ſingulis dirorum verbera flagellorum, craticulas, eculeos, flammas, ferientis [a] amabile gaudium, & initia crepitantia tormenta flammarum? quum fluente utriuſque lateris cruore, patefactis vitalibus omnia apparerent interna membrorum: ut ipſa etiam corona popularis viſo fleret tantæ crudelitatis horrore, nec ſine lacrimis poſſet aſpicere quod fieri [b] ipſe voluiſſet. Nullus tamen erat patientium martyrum gemitus, aut ejulatio aliqua vi doloris [c] exorta: [d] ut libenter ſuſcipiebantur ſingula, ita fortiter tolerabantur accepta. Præſens enim Dominus, [e] ſuſceptam fidelium oblationem ſervorum reſpiciens non ſolum æternam vitam & illa quæ ſolet devotis [f] præſtare, ſed etiam doloris illius violentiam temperabat: ſcilicet ne potentiam cruciatus corporis frangerent animi. Loquebatur enim cum illis Dominus, & [g] exſpectator ac

a Amabilem gladium. b *Ipſa* Colb. c *Extorta* Colb. d *Sed ut* Colb. e Suſcepta oblatione. f Uſſer. *præſtitit.* g Spectator.

robo-

roborator animorum: & præsentia [a] medebatur mala, & coronæ illis cœlestia, si perdurassent, promittebat imperia. Inde judicis ille contemptus; inde gloriosa patientia. Exui enim hac luce cupiebant; ut ad illa clara atque æterna salutis habitacula, Domino jubente, transirent. Præponebant vera falsis, terrenis sempiterna: morituris enim parabatur unius horæ exitio gaudium nulla vetustate periturum.

III. Diabolus tamen multa machinatus est. Sed gratia Domino nostro Jesu Christo: qui contra omnes fidus servorum suorum defensor adsistit. Nam fortissimus *Germanicus*, & omni Deo mente devotus, incredulorum animos potentia suæ virtutis exstinxit. Hic feris traditus, quum Proconsulis in se miserationem cerneret, & ab eo persuaderetur, ut saltem vel ætatem suam cogitaret, si alia forte in se contemneret omnia; dolentem in se inimicum aspernatus est, & dedignatus est veniam, quam suaderet injustus. Quare ipse ad se feram bestiam vocabat: festinans mature mundi hujus labe exui, vel iniquitate privari. His visis vulgus universum, stupore confectum, Christianorum animum mirabatur intentius; & clamatum est: *Torqueantur innocentes: quæratur* Polycarpus.

IV. Tunc unus, [b] incognitus nomine, *Phrygius*, superveniens forte de patria, pronus ad patiendum, voluntate festinans, cruento judici se securus objecit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Missis namque ad se feris, his aspectis timore perculsus, cœpit velle quod noluisset; &, conversa ad Diabolum voluntate, probare illud, ad quod venerat

a *Moderabatur* Colb. b *Coïntus*, i. e. *Quintus*.

destruendum. Hunc itaque Proconsul multis pellectionibus sacrificare persuasit. Ideo non eos, fratres, laudare debemus qui se ultro offerunt, sed eos qui inventi latentes in passione potius perseverant. Sic nos namque Evangelicus sermo confirmat, & hoc hortatur exemplo, quo cessisse videmus ultroneum, & vicisse compulsum.

V. Unde *Polycarpus*, vir eximiæ prudentiæ robustique consilii, his auditis latebram petiit. Nec tamen mente turbatus fugiebat hæc, sed potius differebat: qui per singulas civitates ambulans, [a] hortantes, ut celerius exiret, ac se quærentibus aliqua ratione subtraheret, aspernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum civitati proximum secedendum putavit. Ibi diebus ac noctibus sine intermissione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quo fortior esset in pœna. Signum tamen, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis accepit. Intuebatur cervicalem capitis sui flamma ambiente circumdari. Expergefactus itaque sanctissimus senex, vix adhuc stratis gravia membra subtraxerat, & ait his, qui cum eo erant, ignibus se cremandum.

VI. Ecce in alium agrum forte concesserat: statim quærentes eum adfuerunt custodes. Sed quum ab his ille investigari non posset, uno ex his etiam verberato, latebram confessione infans aperuit. Nec enim ipse celari poterat, quem passio ipsa poscebat. Proditores ejus domestici, Irenarcha & *Herodes* fe-

a Sic emendandum & distinguendum ex codice Colbertino. Non, ut in editione Usseriana, *hortabatur ne* &c. *subtraheret. Aspernatus* &c. quasi ab *aspernatus* vocabulo sententia proxima incepisset.

stinabant

ſtinabant in arenam eum citius exhibere : ut & ille *Chriſti*, finita paſſione, ſit ſocius; & proditores, exemplo *Judæ*, pœnam, quam merentur, accipiant.

VII. Habentes itaque infantulum, ante ſabbatum hora ipſius cœnæ egreſſi ſunt, *Polycarpum* perquirentes, cum equorum magna copia vel armorum: quaſi vero non ſervum *Chriſti* comprehenderent, ſed latronem. Invenerunt eum nocte in tegulis ſe prementem. Fuerat quidem tranſgrediendi in alium agrum facultas : ſed jam feſſus oſtendere ſe maluit quam celare, dicens : *Compleatur voluntas Dei: quamdiu voluit ille, diſtuli ; & quando juſſit, optavi.* Viſis itaque illis, deſcendit: habuitque ſermonem, qualem aut [a] illa ætas potuerat, aut [b] Spiritus gratiæ cœleſtis infuderat. Quum mirarentur in his annis tantam velocitatem pedum, tantam habitudinem eſſe membrorum, ad cujus inveſtigationem vix ſumma celeritate pervenerint : nihil ſtupentibus ille reſpondit, ſed ſtatim his alimenta cibi præbuit, & menſam juſſit adponi. Nec hoc ſine divini magiſterii mandato faciens : quum ſcriptum ſit, [c] *inimicos noſtros potu & cibo debère ſatiari.* Tunc deprecatus eſt, ut ei horam concederent qua poſſet orare & omnipotenti Deo debita precum vota perſolvere. Præbentibus facultatem, [d] ſtans petebat donum Dei præceptumque compleri. Jugiter autem per duas fere horas oratio illa duravit : ſtupefactis audientibus, &, quod majoris palmæ [e] videretur, inimicis.

a *Nulla* Colb. b S. Spiritus gratia. c Rom. XII. 20. d *Inſtanter* Colb. e *Videtur* Colb.

VIII. Orationis poſtmodum voce completa; facta in precibus omnium mentione, notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, & catholicorum omnium, qui per ſingula loca Eccleſiæ colliguntur: tandem hora illius advenit, qua [a] cuſtodiendæ acciperet coronam juſtitiæ. Impoſitus itaque aſino, quum appropinquaret civitati majori Sabbato, obvius Irenarchæ *Herodi* & patri ejus [b] *Niceteri*; vehiculoque ſuſceptus; ut vel obſequio vinceretur, qui vinci pœnæ dolore non poterat. Quum ergo ſubdolo crebroque ſermone profanum aliquid ab illo exigerent adſidentes, dicerentque; *Quid mali eſt dicere, Domine, & ſacrificare?* & reliqua quæ ſolent Diabolo inſtigante narrari: frenato paulliſper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus annunciat; ad hoc ſe nunquam poſſe perduci, non igne, non ferro, non arctorum doloribus vinculorum, non fame, non exſilio, non flagellis. Commoti tunc illi, vehiculo ſumma velocitate currente, *Polycarpum* perturbarunt; ita ut ſuras aliqua ex parte quaſſaret. Tanta tamen per arenam velocitate currebat, ut [c] nullius corporis damna ſentiret.

IX. Sed quum arenam fuiſſet ingreſſus, è cœlo ſtatim miſſa vox ſonuit, clamans: *Polycarpe, habeto virtutem.* Hanc vocem qui in arena erant audierunt; ex aliis autem nullus audivit. Quum igitur Proconſuli fuiſſet oblatus, Deum toto corde confeſſus, imperia judicis cruenta contempſit. Quumque ab eo ad blaſphemium quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconſul: *Vel ætatem hanc cogita, ſi alia in te forte contemnis: non poterit hæc ſenectus juvenibus etiam expaveſcenda ſufferre. Debes jura-*

a *Cuſtoditæ* Colb. b *Nicetæ* (ut poſtea.) c *Nulla* Colb.

re per

re per Cæſarem Cæſariſque fortunam: præterea habere pœnitentiam, & dicere; Impios tolle. Tunc *Polycarpus* ore ſemicluſo, [a] & qui non ſuo ſed alieno ſermone loqueretur, clauſis pene faucibus, populum qui in arena erat reſpexit univerſum impium & profanum: tractoque ex intimo corde ſuſpirio, majeſtatem cœli intuens, ait; *Tolle impios.* Et quum aſſiduus præceptor aſſiſteret, enuncians; *Jura, & poteris relaxari, Chriſtumque contemne:* tunc ait *Polycarpus; Octogeſimum jam & ſextum annum ætatis ingredior, nomini ejus probatus & ſerviens ſemper, nunquam ab eo læſus, ſemperque ſervatus: quo modo poſſum eum odiſſe quem colui, quem probavi, quem ſemper auctorem optavi, imperatorem meum, ſalvatorem ſalutis & gloriæ, perſecutorem malorum, ultoremque juſtorum?*

X. Quum ille diceret, *per Cæſaris jurandum eſſe fortunam;* ait: *Quid me cogis jurare per Cæſarem? aut profeſſionem meam fortaſſe non noſti? Palam me Chriſtianum dico: & quo magis iraſceris, ego gaudeo. Tu ſi vis legis hujus ſcire rationem; diem da, à quo incipies audire vel diſcere.* Reſpondit ei Proconſul: *Satisfac populo. Polycarpus* ait: *Tibi digniſſimum reor ſatisfacere probatus, &* [b] *obaudientes eſſe quæ juſſeris; tantum ne injuſte ſecteris. Docti enim ſumus poteſtatibus, qui Deo ordinante procedunt, morem gerere, mandatiſque ſervire. Illos vero indignos judico, nec ad ſatisfaciendum idoneos puto: proinde judici me æquum eſt parere, non populo.*

XI. Reſpondit Proconſul: *Feras atroces habeo: his te tradam per fruſta lacerandum, ſi pœnitentiam*

a *Ut* Uſſer. b *Obaudiens eis eſſe* Uſſer.

habere contempseris. Respondit ille: *In me leonum rabies cruenta deseviat, & quicquid gravius judex durus inveneris: gloriabor in pœna, tripudiabo lætus in vulnere, & merita mea doloris æstimatione pensabo. Quanto graviora pertulero, tanto præmia majora percipiam. Est mihi paratus ad superiora animus: ex humilioribus enim ad summa procedimus.* Respondit Proconsul: *Si ferarum morsus nova præsumptione contemnis, ignibus te cremabo.* Tunc *Polycarpus* respondit: *Ignem mihi minaris*, inquit, *qui unius horæ spatio æstuat, & post frigescit; ignorans futuri judicii & æterni ignis impiis tormenta perpetua. Sed quid voluntatem tuam longa oratione suspendimus? Fac ex me illa quæ cogitas: & quodcunque aliud pœnæ genus casus obtulerit,* [a] *accelera.*

XII. Hæc forte dum loquitur, vultum ejus [b] vel sensum gratiæ cœlestis splendor intravit, ut ipse etiam Proconsul terreretur. Tunc voce præconis in arena media ter clamatum est: *Polycarpus Christianum se semper esse confessus est.* Universus itaque populus Judæorum & gentium, qui *Smyrnam* colebat, ira commotus exclamat: *Hic est Asiæ magister, Christianorum pater, nostrorum Deorum destructor pertinax, violatorque templorum; qui dicebat non sacrificandum, nec Deorum adoranda esse simulachra: tandem quod peccarat inveniat.* Petebant Asiarcham *Philippum*, ut ei leonem iratus immitteret: qui sibi non licere respondit, tempore jam muneris exsoluto. Tunc placuit illis omnibus, æquo unoque consensu, ut vivum *Polycarpum* ignis exureret. Oportuerat enim id fieri, quod ille

a *Aucupare* Colb. b Forte *in tantum.* Uss. Codex vero Colbertinus habet *ac sensum.*

ante

ante prædixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem ad suos vultum retorquens ait: *Videtis eam esse, per quam prophetaveram, passionem.*

XIII. Tunc populus ad balneum & ad [a] artisteria convolavit, ligna & malleola perquirentes, præcipue Judæi. Per hæc igitur ministeria quum flamma fuisset adlata, *Polycarpus* cingulum solvit, vestemque deposuit; vincula etiam parabat exuere: quæ facere non solebat; quia singuli fideles viri nuda ejus tangere vel osculari membra cupiebant. Plenitudine enim bonæ conscientiæ redundabat, etiam antequam ad martyrii certamen accederet. [b] Potius ergo in medium his quæ ex more parabantur arsuro. Quum (ergo) eum ferro vincire cuperent consuetudinem legemque servantes; *Permittite me sic,* inquit. *Qui enim mihi dedit velle, largietur & posse; atque ipsum tolerabilem faciet voluntati ignem ardentem.*

XIV. Itaque ferro illum nemo vinxit: sed post tergum ligatis manibus, ut devotus (ad) altaria, præsentis passionis limen ingressus est. Tunc sidera cœlumque respiciens, dixit: *Deus angelorum, Deus archangelorum, resurrectio nostra solutioque peccati, rector elementorum omnium & totius habitaculi, omne justorum genus qui in conspectu tuo vivunt protegens: te benedico, tibi serviens, qui me dignum hac passione duxisti, ut percipiam partem coronamque martyrii, initium calicis, per Jesum Christum in unitate Spiritus sancti; ut, completo sacrificio istius diei, promissa tuæ veritatis accipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus, & glorior, per æternum Pontificem omnipotentem Jesum Christum:*

a Lege ex Græco *ergasteria.* b Forte, *positis.*

stum: per quem tibi, & cum ipso, & cum Spiritu sancto, gloria nunc & in futurum in secula seculorum Amen.

XV. Completa itaque oratione, flammaque supposita, quum usque ad cœlum tolleretur incendium, miraculi novitas repentina processit: illis videntibus quos videre jusserat cœleste mandatum, ut possint ceteris ostensa narrare. Curvus namque in littora arcus apparuit, in aliquantam latitudinem cornua utraque flectendo, velum navis imitatus: qui martyris corpus molli velabat amplexu, ne aliquid ex sanctis artubus flamma vastaret. Ipsum autem corpus, ut panis grata decoctio vel argenti & auri, qui conflato pulchro colore resplendens singulorum juvabat aspectum. Odor etiam thuris aut myrrhæ, aut pretiosi alicujus unguenti, tractum nidorem totius fugabat incendii.

XVI. Quum hoc itaque peccatoribus fuisset ostensum, ut intelligerent eum non posse comburi: præceperunt congestorem ignis accingi, gladiunculum sancto corpori injicere, illis etiam sancto probato. Quumque hoc ita fuisset effectum, ecce subito fluente sanguinis copia, columba processit de corpore; statim sopitum cruore cessit incendium. Tunc populus totus obstupuit; atque omnibus inter justos & injustos quanta esset probata discretio est; & quid esset [a] præcipuum: etiamsi non est secutum vulgus, quod certum tamen constat, agnovit. Tali itaque *Polycarpus*, sanctæ *Smyrnensium* magister Ecclesiæ, passionis munus implevit: semper quæcunque ei revelata fuisse constat, impleta sunt.

a Forsan: *præcipuum, etiamsi non est secutum, vulgus*, &c.

XVII. Dia-

XVII. Diabolus tamen, qui juſtorum ſemper inimicus eſt, quum perſpexiſſet & vim Martyris, & magnitudinem paſſionis impletam, inreprehenſibilem omnem vitam & meritum majus in morte, hoc excogitavit, ut corpus ejus à noſtris non poſſit auferri; quamvis multi eſſent qui ſanctis ejus optarent communicare [a] generibus. Summiſit namque *Nicetem*, patrem *Herodis*, fratrem vero *Alces*, interpellare Rectorem, ut reliquiæ ejus negarentur omnibus Chriſtianis; adſerens quod, relictis omnibus, huic fundenda eſſet oratio ſingulorum: itaque ſummittentibus Judæis, quum voluiſſent auferre eum de flamma. Ignorantes, quia nunquam *Chriſtum* relinquere poſſumus Chriſtiani, qui pro peccatis noſtris pati tanta dignatus eſt, neque alteri cuiquam precem orationis impendere. Hunc namque Dei filium adoramus & colimus: ejus tamen Martyres, ut diſcipulos fideles & devotos milites, honorifice ac libenter amplexamur; oramus etiam, ut nos ſocii ipſorum & condiſcipuli eſſe mereamur.

XVIII Contentione itaque noſtra & Judæorum, Centurio poſuit corpus in medium. Nos collegimus, ut aurum gemmamque pretioſam, & ſepulturæ oſſa mandavimus. Conventus itaque alacriter factus, ut præcepit Dominus, ad diem natalemque martyrii.

XIX. Talia circa beatum *Polycarpum* acta ſunt; cum his qui ex *Philadelphia* fuerunt duodecim, martyrium [b] *Smyrna* videtur impleſſe. Solus tamen inter ceteros culturæ meruit principatum. Martyrium ergo excelſum ſuſtinet, & Magiſter adhuc vocatur à populo. Hunc omnes optemus, ſecundum exem-

a L. *cineribus*. b L. *in Smyrna*.

plum Domini nostri *Jesu Christi*, qui persecutionem vicit Rectoris injusti, & incorruptionis coronam fugata peccatorum nostrorum morte suscepit. Cum Apostolis & omnibus justis alacriter benedicamus Deum & *Patrem* omnipotentem, & Dominum nostrum *Jesum Christum*, salvatorem animæ nostræ, gubernatorem corporum, & pastorem *Catholicæ* totius Ecclesiæ, & *Spiritum Sanctum* per quem cuncta cognoscimus.

XX. Vos frequenter petieratis, ut quæ gesta fuerant, nunciarem de beato *Polycarpo* : quæ omnia [a] nunciavit per fratrem *Martianum*. Vos jam quia scitis, omnibus per epistolas nunciate : ut ubique benedicatur Dominus bonorum electione servorum. Potens est enim & nos salvare per Dominum nostrum *Jesum Christum* salvatorem : per quem ipse est, & cum ipso gloria, honor, potentia, magnitudo in secula seculorum. Amen. Salutate omnes sanctos. Hi qui nobiscum sunt omnes salutant; *Evaristus*, qui scripsit, cum omni domo sua.

XXI. Martyrium sancti *Polycarpi* mense Aprilio, VII. Kalend. Maji, majore Sabbato, hora octava. Captus est ab *Herode*, Pontifice *Philippo* [b] *Trajano*, Proconsule *Statii Quadrati*. Gratias Domino nostro *Jesu Christo*; cui gloria, honor, magnitudo, thronus sempiternus, à generatione in generationem. Amen.

Exemplaria hæc ex *Irenæi*, discipuli *Polycarpi*, doctrina scripsit *Gajus*, qui conversatus est una cum *Irenæo*: ego autem hæc *Socrates* ex *Gaji* exemplaribus scripsi.

Ego *Pionius* memorata exemplaria investigavi & scripsi, ex revelatione quæ mihi patefacta est de beato *Polycarpo*; [c] sicut enunciavi in conventu reliquis ex tempore quo laboravit, cum electis, & ut me colligat Dominus *Jesus Christus* in regno cœlorum, cum *Patre* & *Filio* & *Spiritu sancto*, in secula seculorum. Amen.


a Nunciavimus. b Lege *Tralliano*. c Hæc pessime vertuntur.

FINIS.

ANNOTATIONES
JOANNIS PEARSONI
ET
THOMÆ SMITHI.



ANNOTATIONES JOANNIS PEARSONI IN EPISTOLAM *AD SMYRNÆOS.*

Pag. 1.  Γνατίυ] Nomen *Ignatii* videtur omnino esse Romanum, idemque quod antiquitus *Egnatius* dicebatur: ut urbs Εγνατία dicta est Ιγνατία, & via nunc Egnatia, nunc *Ignatia* sive *Ignazzo* dicta est. Egnatios haud paucos enumerat in Onomastico suo Glandorpius, quibus multo plures adjungi possent. Certe ætate Ignatii nostri nomen illud erat Romæ maxime familiare; uti in antiquioribus seculis. Nam in una inscriptione de domo Vespasiani apud Gruterum, p. CCXL. hi quinque reperiuntur; C. Egnatius primus, C. Egnatius quartus, C. Egnatius Trallus, C. Egnatius Speratus, C. Egnatius Cosmus. Reines. p. 705. ut multos alios pene ubivis obvios omittam. Et licet exstet inscriptio Græca, quæ repræsentat Εγνάτιον Οὐίκτορα Λολλιανὸν, tamen Græci libentius Ιγνάτιον scribebant, ut diximus. In Græca inscriptione apud Gruterum, pag. CCLXXV. inter nomina Gallieni Imperatoris reperitur Ιγνάτιος. V. Reines. p. 317. Idemque apparet in duobus nummis apud Tristanum, pag 90. 91. Neque mirum est Episcopum Antiochenum nomen Romanum habuisse, non Syriacum; tum quod Antiochia Præsidum Syriæ sedes erat, & legiones Romanas per multos jam annos receperat; tum quod Romani multi eo loci primo fidem Christianam amplexi esse videantur: quoniam Antiochiæ primum fideles *Christiani* dicti sunt, nomine Latina forma à *Christo*, non Græca, deducto.

Quam-

Quamvis autem inter Romanos idem nomen esset Egnatius & Ignatius; noster tamen apud Antiochiam semper Ignatius dictus est, ut eum omnes veteres Patres, licet in aliis varient, tum Græci, tum Latini, nominant. Unde Syri, putantes illud nomen Romanum ab *igne* deductum esse, *Ignatium* sua lingua *Nurani* vocabant; quasi diceres, *illustrem*, *splendidum*, *gloriosum*. Ita *Nurani* interpretor, non de loco, unde ortus est; sed de nomine, quo vocatus. Νουρα enim Syriace *ignis*. Epiphanius XLI. 11. Abul-Pharagius pag. 119. 120. Ab hoc Ignatio, clarissimo Martyre, secundum Ecclesiæ morem plurimi postea Ignatii dicti sunt. Eodem seculo Ignatius fuit, qui Celerini (A. D. 250. Confessoris facti) avunculus fuerat, & martyrium subierat, ut legimus apud S. Cyprianum. Nilus epist. lib. I. Ιγνατίῳ ἀνθυπάτῳ sæpe scribit. Ignatius Præses Bæticæ sub Constantino Juniore, Cod. Theod. Ignatius Diaconus scripsit vitam Theodori Studitæ. V. Suidam & Vossium de Historicis Græcis. Ignatius Diaconus edidit tetrasticha in fabellas Æsopicas sub nomine Gabriæ. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus seculo nono. Ignatius Presbyter Monasterii S. Anastasiæ. Ignatius Monachus ex secunda Cappadocum provincia. In Chronologia Nicephori, Ιγνάτιος ὁ νέος Θεοφόρος. Ignatius adhuc junior Symeoni Thessalonicensi memoratus. Vide Vindicias Ignat. parte II, p. 152. Quod Ignatius fuerit Episcopus Antiochiæ, tum ipse ostendit in Epistolis, tum alii omnes agnoscunt. Quamdiu sederit, & quo tempore ordinatus, nemo hactenus diligenter quæsivit, aut quicquam probabile attulit. A S. Petro ordinatum fuisse scribunt S. Chrysostomus, ejusdem Ecclesiæ Presbyter, & Theodoretus, ejusdem Diœceseos Episcopus. Eusebius in Chronico ad 14. Neronis annum, sed post Othonis mortem; *Antiochiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius*: post mortem Petri scilicet. Quo modo igitur S. Petri dextra ordinatus est? Baronius autem vult Petrum ordinasse Ignatium Presbyterum, sc. anno secundo Claudii, h. e. A. D. 42. Nec igitur puer fuit, quem Christus suscepit in manus; neque certe videtur fuisse Episcopus ille, qui anno 107. ut vult Usserius, exeunte passus est: hoc est, nisi 65. annis sederit. Halloixius, cui non placuit sententia Baronii, statuit quidem Ignatium ordinatum esse; quando certum habuit S. Petrus, & apud se constituit, Romæ deinceps domicilium collocare. Sed quod illud tempus fuit, non indicat. Videamus igitur, si aliunde ordinationis ejus tempus certius erui possit. Post

annum

annum 107. vel 115. non ſedit: quære, quot annos ante ſederit. In Chronico, quod Nicephoro attribuitur, legimus, Ιγνάτιος ἔτη δ'. in editione Pariſina, quæ corruptiſſima eſt: Ιγνάτιος ὁ θεοφόρος ὁ ἐπὶ Τραϊανοῦ μαρτυρήσας ἐν Ῥώμῃ ἔτη δ'. Quare Bollandus, vir ſane doctus & diligens, ſuſpicatus eſt legendum eſſe μ'. pro δ'. 40. pro 4. Sed in codice Londinenſi, pro δ'. legitur λ'. Αντιοχείας ἐπίσκοπος Ιγνάτιος ὁ θεοφόρος ἔτη λ'. Habemus igitur Ignatium ſediſſe Antiochiæ per 30. annos: quod etiam teſtatur Syncellus. Αντιοχείας ἐπίσκοπος Ιγνάτιος ὁ θεοφόρος ὁ ἐπὶ Τραϊανοῦ μαρτυρήσας ἔτη λ'. idque ex Euſebio ſumpſit, qui Ignatium ordinatum tradit Neronis 14. denatum Trajani decimo. In Anaſtaſii Hiſtoria deeſt annorum numerus. Sed nondum aſcendimus ad ætatem S. Petri. Quare videndum, quid ſenſerit Eutychius, qui diſerte annum ipſum indigitat, quo creatus eſt, p. 336. *Porro anno imperii Neronis Cæſaris duodecimo conſtitutus eſt Ignatius Patriarcha Antiochiæ:* h. e. A. D. 65. Quæ ſatis cum veteribus conſentiunt. Nam omnes fere veteres putabant tunc Petrum ſuperſtitem fuiſſe. Fateor autem numerum annorum, quem addit Eutychius, non competere. Sequuntur enim hæc verba, *qui quum annos triginta duos præfuiſſet, morte affectus eſt.* Nam 32 additi 65 efficiunt annos 97. qui vix pertingunt ad imperium Trajani. Ipſe tamen poſtea docet, Ignatium Romæ paſſum eſſe ſub Trajano, & Heronem ejus Succeſſorem anno Trajani 6. ordinatum eſſe. De anno ordinationis nihil puto certi colligi poſſe: de anno autem paſſionis, & de anno, quo epiſtolas ſcripſit, quod magis cognitu neceſſarium eſt, accuratius poſtea tractabo.

Ιγνατίου ἐπιστολαὶ] *Epiſtolæ Ignatii*, i. e. ab ipſo Ignatio, Epiſcopo Antiochiæ & Martyre, ſcriptæ. Hæ autem ſeptem ſunt, Euſebio viſæ & laudatæ, & diſtincte nominatæ, ſuiſque characteribus diſcriminatæ: & loco & tempore, quibus ſcriptæ ſunt, deſignatis; & eccleſiis, ad quas ſcriptæ ſunt, nominatis; & argumentis etiam explicatis, & ipſiſſimis verbis haud ſemel recitatis. Hæ, inquam, ſeptem Epiſtolæ, & fictarum conſortio & Interpolatoris manu liberatæ, jam tandem eadem facie nobis apparent, qua Euſebio & reliquis Patribus apparuerunt. Hæ ſeptem Epiſtolæ non potuerunt eſſe S. Polycarpo incognitæ, Smyrnæ tunc temporis Epiſcopo; quum earum quatuor in ipſa urbe Smyrnenſi ſcriptæ ſint, tres reliquæ Troade paullo poſt Smyrnam miſſæ, quarum una ad ipſum data eſt Polycarpum.

P. I.

P. I. *Ἰγνάτιος, ὁ καὶ θεοφόρος*] De nomine hujus Martyris, *Ignatio*, diximus: de hoc epitheto, quod loco cognominis ei adhæſit, dicendum eſt: & eo quidem latius, quod à viris quibuſdam eruditis rejicitur & deridetur. Θεοφορος à veteri Interprete, uti & vulgari, ſemper *Theophorus* redditur, ab Arnobio *Theoſerus*, ab Anaſtaſio *Deiſer*. Quippe erat, ut Menæa indicant, θεοφόρος καλούμενος φερωνύμως, quaſi qui alio nomine vulgari adjecto gauderet: quod & ὁ καὶ ſatis aperte oſtendunt. Sic enim in Inſcriptionibus Gruterianis legimus, p. CCCXIII. 10. Μ. Αὐρ. Ασκληπιάδης, ὁ καὶ Ερμόδωρος. Hoc nomen Ignatio noſtro attributum fuiſſe teſtantur ejus Acta: & ipſe, ut opinor, idem agnoſcit in Epiſtola; ut poſtea oſtendemus. Interim ne hoc vocabulum nimis inſolens videatur, quid ſignificet, & quam frequenter eodem ſeculo & ſequentibus uſitatum ſit, indicabimus. Θεοφόρος proprie *deiſer*, ſive *portans Deum*: h. e. *in ſe habens Deum*, compoſitione apud Græcos omnium tritiſſima. In veteri Latino Interprete 1 Cor. VI. 20. *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro* legimus: quum in Græcis codicibus legatur tantum, δοξάζετε. Sed ſine dubio Interpres ille in ſuo Græco codice vocem aliam aliquam vidit, quam *portate* reddidit. Certe Tertullianus ea verba ſic habet, *Glorificate & tollite Deum*: & S. Cyprianus in Orationem Dominicam, *Clarificate & portate Deum in corpore veſtro*; & libro Teſtimoniorum tertio eadem verba repetit. Nec aliter Auctor libri De duplici Martyrio. Ambroſiaſter etiam, vetus Scriptor, non tantum verba recitat, ſed & hanc expoſitionem addit: *Hoc eſt clarificare & portare Deum in corpore, ut ſecundum legem ejus ambulemus. Per legem enim ſuam ipſe videtur in nobis. Portare tamen Deum, hoc eſt, imaginem Dei in rebus bene geſtis oſtendere.* Omnium primus Irenæus, licet hoc loco tantum δοξάζετε legiſſe videatur, ſæpe tamen ea phraſi Græce uſus eſt, quam Interpres ejus *portare Deum* tranſtulit: ut l. IV. c. 37. *Videbitur Deus ab hominibus, qui portant Spiritum ejus*: & l. V. c. 8. *Paullatim aſſueſcentes capere & portare Deum.* Sic idem, *portare Chriſtum & portare Deum*, l. III. c. 18. *Ut per eum adoptionem percipiamus, portante homine, & capiente, & complectente Filium Dei.* Idem certe eſt θεοφόρος, & ὁ θεοφορῶν. quæ vox de quolibet ſancto uſurpari poteſt: ut eodem ſeculo Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VII. de ſuo Gnoſtico; Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς καὶ ἤδη ἅγιος θεοφορῶν καὶ θεοφορούμενος. Ut enim *portare Deum*, ſic & *vectari Deo aut Spiritu* veteres uſurpa-

usurpabant. Tertullianus, laudans Apostolorum Act. XV. 29. sententiam, sic eam repetit: *vectante vos Spiritu S.* ubi legendum esse voluit Josephus Scaliger, *vectate vos. Spiritui S. sufficit.* Sed emendatio hæc ex Viri magni ingenio tantum. Tertullianus tantummodo interpretatus est ea verba, quæ in suo codice Græco vidit. Sic enim Codex Cantabrigiensis antiquus ea verba addita habet, φερόμενοι ἐν ἁγίῳ πνεύματι· & ante Tertullianum eadem lectio apud Irenæum exstabat: ita enim ejus Interpres, l. III. c. 12. *Bene agetis, ambulantes in Spiritu sancto.*

P. 1. Εκκλησίᾳ θεοῦ πατρὸς] Interpolator nihil habuit, quod huic loco adjiceret, præter nomen *Altissimi:* quæ vox etiam inserta est Epistolæ ad Romanos. Notandum autem est, S. Ignatium signanter vocare *Ecclesiam Patris & Christi;* quibus verbis explicare videtur S. Paulum, qui vocare solet ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ. 1 Cor. I. 2. X. 32. XI. 16. 22. XV. 9. 2 Cor. I. 1. Sed in epistola I. ad Thessalonicenses, τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ Ιησοῦ Χριστῷ· & rursus in ep. II. ad eosdem.

Καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ιησοῦ Χριστοῦ] Interpolator hic inseruit, υἱοῦ αὐτοῦ, sed sine ulla necessitate. Nam ὁ ἠγαπημένος *dilectum filium* significat, præcipue ubi ad Deum respectus habetur: ut Ephes. I. 6. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.

Ελεημένη ἐν παντὶ χαρίσματι] Ηλεημένη. V. I. *habenti propitiationem:* minus apposite. Melius Vulg. *misericordiam consecutæ.* Ut Rom. XI. 30. νῦν δὲ ἠλεήθητε, *nunc autem misericordiam consecuti estis:* & 31. ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι, *ut & ipsi misericordiam consequantur.* Sed quum addatur ἐν παντὶ χαρίσματι, ostendit, quid consecuta fuerit Ecclesia Smyrnæorum per misericordiam, qua donata est: nempe varia Dei dona. Ut S. Paulus de seipso 1 Cor. VII. 25. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι, *tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis:* i. e. per misericordiam Domini hoc ab eo consecutus sum, ut fidelis essem. Sic igitur interpretor ἠλεημένη ἐν παντὶ χαρίσματι, *omne donum per misericordiam Christi consecutæ.* 1 Pet. II. 10. οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες· ubi Apostolus aperte locum respicit Oseæ, cap. II. 24. quem locum sic citat S. Paulus ad Romanos, IX. 25. ὡς ἐν τῷ Ωσηὲ λέγει, καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην· & hunc locum sic reddit V. I. *Sicut in Osee dixit, vocabo non plebem, plebem meam, & non dilectam, dilectum:* & tunc addit, *& non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.* quæ nunc

in codicibus S. Pauli non apparent. Sic tamen Veteres nonnulli legebant, ut Irenæi Interpres, lib. IV. c. 37. *Quemadmodum Apostolus ait, Fiat qui non populus, populus, & ea, quæ non est misericordiam consecuta, misericordiam consecuta.* Ita Tertullianus adversus Marcionem, l. IV. c. 16. *Cœpit expungi, quod dictum est per Osee, Non populus meus, populus meus, & non misericordiam consecuta, misericordiam consecuta, natio scilicet.* Alii tamen habent tantum, *& non dilecta, dilecta:* ut legitur apud S. Paulum, qui eo loco sequitur LXX. apud quos legitur; καὶ ἀγαπήσω τὴν ἐκ ἠγαπημένην. Et tamen in Alexandrino Codice LXX. Interpretum etiamnum legitur, καὶ ἐλεήσω τὴν ἐκ ἠλεημένην. & Hieronymus in suo codice ita scriptum invenit: nam eorum versionem in hunc modum interpretatur, *& miserebor ejus, quæ fuit absque misericordia.* Quinetiam Theodoretus ad locum sic legit: καὶ ἐλεήσω τὴν ἐκ ἠλεημένην, & ipse Hieronymus ita interpretatur, *primum Iezreel, secundum absque misericordia.*

P. 1. Πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ] Modus hic loquendi haud quidem usitatus, est tamen Apostolicus. Ephes. V. 38. πληρῦσθε ἐν πνεύματι, *implemini Spiritu.* Sic hoc loco, *repleta fide & dilectione*, sive *fidei & dilectionis plena:* ut Apostolus loquitur ad Romanos XV. 14. μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως. Quod quum non animadverteret Interpolator, in πεπληροφορημένῃ nulla necessitate convertit. Sic Clemens Romanus ad Corinthios, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίυ ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· *& plena S. Spiritus effusio super omnes facta est.*

Ανυστερήτῳ ὔσῃ παντὸς χαρίσματος] V. I. *indeficienti.* Vulg. *infraudatæ:* potius, *indefectæ;* & satis hæc eleganter. *Indefectæ* passive. Phædrus lib. I. fab. XXI. *defectus annis, & desertus viribus.* De Sejano Paterculus l. II. c. 116. *non merito sed materia adipiscendi triumphalia defectus est:* & c. 120. ait, *Varum magis Imperatoris defectum consilio quam virtute destitutum militum.* Apul. 32. *argumentis defecta.* Ad rem ipsam quod spectat, S. Ignatius sequitur Apostolum, 1 Cor. I. 7. ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Sic ipse ad Polycarpum, ἵνα μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Hic igitur Ignatius declarat, Ecclesiam Smyrnæorum non tantum omnia dona per misericordiam Dei accepisse, sed & ea conservasse, & quum scriberet, nullo eorum destitutam fuisse. Quod quidem antiquitati harum Epistolarum haud parum patrocinatur. Nam quod de Corinthiis dictum est à S. Paulo, ut de

de Smyrnæis etiam affirmaretur tot annis poſtea, inſigne illius Eccleſiæ præconium fuit. Poſt Ignatii tempora legimus in aliquibus Eccleſiis aliqua chariſmata perduraſſe. De dono prophetiæ Juſtinus in Dialogo: παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν. *Nam apud nos etiamnum ſunt prophetica chariſmata.* De dono prophetico aliiſque nonnullis adhuc in Eccleſia manentibus Irenæus l. II. c.56. & 57. præcipue ad converſionem Gentium. De dono prophetico, & ſanationis, & ejectionis Dæmonum ad ſua uſque tempora durante Origenes lib. I. contra Celſum p. 34. & alibi.

P. 1. Θεοπρεπεστάτῃ] Interpres uterque, *Deo-decentiſſimæ.* Origenes in exhortatione ad Martyrium, Θεοπρεπέστατε Ἀμβρόσιε. & Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. VI. c. 41. καὶ νῦν ὁ Θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος. De Chriſto ipſo Origenes adv. Celſum l. III. Θεοπρεπέστατος καὶ ἀληθῶς θεόθεν πρὸς ἡμᾶς κατελθών.

Ἁγιοφόρῳ] V. I. *ſanctiferæ.* Uno verbo dixit, quod Apoſtolus pluribus dicere ſolebat, κλητοῖς ἁγίοις, vel πᾶσιν ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις. Eccleſia autem recte *ſanctifera* dicitur, quia ſanctis referta eſt, eoſque quaſi parere videtur: ideoque *ferax ſanctorum* habetur; ut καρποφόρος, *frugifer*: Σιτοφόρος γῆ. Sic Epheſii dicuntur ἁγιοφόροι.

Τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ] Phraſis plane Apoſtolica, ubi ad Eccleſiam alicujus urbis ſcribitur: ut 1 Cor. I. 2. Τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. & 2 Cor. I. 1. & ubi Eccleſiæ nomen non uſurpat, τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἐν Ἐφέσῳ, ἐν Κολοσσαῖς, &c. Rom. XII. 3. παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν.

Τῆς Ἀσίας] Apoc. I. 4. 11. Ad Epiſcopos quinque urbium Aſiaticarum ſcribit Ignatius. Eraſmus vult plures eccleſias in Aſia, quam ſeptem, non fuiſſe, quum Joannes Apocalypſin ſcripſit. Sed quære. Undecim urbes Aſiæ certant apud Tacitum lib. IV. Annalium pro templo Tiberii. Urbes autem ad Commune Aſiæ pertinentes erant tredecim. Quatuor vero ex hiſce quinque nomen Ἀσίας adjungit Ignatius, quarum tres memorantur inter Septem Aſiæ Eccleſias Apocalypticas; quintam autem, ut diſtinguat ab urbe ejuſdem nominis ſatis celebri in eadem Aſia ſita, illa appellatione omiſſa, aliter deſcribit, viz. ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ. Eodem igitur ſenſu hic intelligenda eſt *Aſia*, quo locuti ſunt Apoſtoli, Petrus, Paulus, & Joannes. Scriptores alii has urbes ſigillatim recenſitas, aut Lydiæ, aut Æolidi aut Ioniæ adſcribunt, non Aſiæ. Lydia autem Æolidem & Ioniam complectebatur, & Aſiam proprie dictam conſtituebat: Ἀσία, τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ Λυδία. De qua re videndus

 omni-

omnino Aristides in προσφωνητικῷ Σμυρναϊκῷ. t. 1. p. 475. Smyrna urbs sub Tiberio omnium pulcherrima, ut testatur Strabo, hujus *Asiæ* metropolis. V. Marm. Oxon. p. 47.

P. 1. Εν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεῦ] Hæc ad posteriora pertinent, ut ex aliis salutationibus patet. Ita enim ad Ephesios optans loquitur, πλεῖστα ἐν Ἰησῦ Χριςῷ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν· & ad Romanos, πλεῖστα ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῷ ἀμώμως χαίρειν.

Πλεῖστα χαίρειν] *plurimum gaudere*: ut, *plurimum valere*. Digestorum l. VIII. t. 3. 37. Λύκιος Τίτιος Γαΐῳ Σείῳ πλεῖστα χαίρειν. Solita hæc in Epistolis salutatio, brevis & concisa. Ἴδιον γὰρ πάσης ἐπιςολῆς τὸ χαίρειν καὶ ἔῤῥωσο λέγειν, inquit Artemidorus l. III. c. 44. Ita S. Jacobus ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. Neque tantum in Epistolis, sed & in congressibus & allocutionibus quotidianis, præsertim matutinis, eadem forma à Græcis usurpata est. De qua familiari salutatione intelligenda est illa S. Joannis cautio epistola secunda de seductore, χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. Quamvis hæc allocutio, quam πρόσρημα, πρόσρησιν, & προσαγόρευσιν Græci vocant, antiquissima fuerit, & ab ipsis Homeri temporibus deducta; eam tamen Plato, Homero semper iniquior, cum in Charmide, tum in Philebo, rejecit: unde Lucianus in *Salutationis lapsu* de Platone loquens: Τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει, καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει: ut eum locum Luciani & supplendum & emendandum puto. Loco autem τῦ χαίρειν Plato posuit τὸ εὐπράτ]ειν. Τὸ δὲ εὐπράτ]ειν ἀντ' αὐτῦ εισάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. Pythagoræi semper τὸ ὑγιαίνειν usurpabant: de quibus iterum Lucianus: Καὶ ὅλως ἡγῦντο τὸ μὲν ὑγιαίνειν τὸ εὐπράτ]ειν καὶ τὸ χαίρειν εἶναι· ὔτε δὲ τὸ εὐπράτ]ειν, ὔτε τὸ χαίρειν πάντως καὶ τὸ ὑγιαίνειν. ut eum locum etiam supplevimus. Et ab his Pythagoræis, qui in Italia sive Magna Græcia vivebant, Romani, ut opinor, suas formulas derivarunt, *Salutem* scil. & *Bene valere*. Huc usque Inscriptio, quam nimis longam esse putant homines nimis delicati. S. Paulum utique imitatur noster: neque magis usquam, quam in Salutationibus. Inscriptio Epistolæ Paulinæ ad Romanos hac ipsa longior est, septem priores versiculos complectens.

P. 2. Δοξάζω Ἰησῦν Χριςὸν τὸν Θεὸν] Vetus Interpres, *Glorifico Jesum Christum Deum*. In MS. legitur δοξάζων, satis bene. Interpolator pro sua libidine, Δοξάζω τὸν Θεὸν καὶ πατέρα Ἰησῦ Χριςῦ· quibus verbis sententiam Ignatii de vera & summa divinitate Christi obscuravit, quam tamen ipse Ignatius semper aperte agnoscit & profitetur. Non aliter intelli-

gi po-

gi potest — δωρεὰ τῦ Θεῦ in hac ipsa epistola, & διακόνυς Χριςῦ Θεῦ in epistola ad Polycarpum, ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῷ in epistola ad Ephesios, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν, & λαϐόντες Θεῦ γνῶσιν, ὅ ἐςιν Ἰησῦς Χριςός. & ad Romanos, κατὰ πίςιν καὶ ἀγάπην τῦ Χριςῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν. Quæ omnia ad imitationem S. Johannis & S. Thomæ dicta sunt, qui aperte *Christum* ἐθεολόγουν, ut loquuntur Veteres, i. e. *diserte nobis ut Deum repræsentabant.* Ita certe Ignatii ætate loquebantur, & qui statim postea secuti sunt. V. Plinii epistolam ad Trajanum, & Euseb. H. E. l. V. c. 28. p. 196. & IX. 1. p. 348. D. Clem. Alexandr. 790. A. b. Insignis locus est Origenis adv. Celsum, 230. & in Joan. 129. Arnobius adv. Gentes, l. II. p. 85. *Et ideo Christus, licet vobis invitis, Deus: (Deus inquam Christus.) Hoc enim sæpe dicendum est, ut infidelium dissiliat & dirumpatur auditus.* Unde peculiari notione Θεολογία doctrina de deitate Christi: cui opponitur doctrina de humanitate, quæ Οἰκονομία dicebatur: & θεολογικὰ dicebantur, quæ tractabant de deitate Christi. Ephraimus apud Phot. 776. 20. De οἰκονομίᾳ v. Irenæum l. 4. c. 62. Græce, & p. 80. Vide eundem in penultima pagina Græcorum fragmentorum. Orig. 129. in Joan. ex Heracleone. Justin. 264. A. 331. A. Οἰκονομία καὶ Θεολογία Euseb. lib. 1. p. 4. D. Theodoret. proœmio ad Hebræos. Illud etiam ex verbo δοξάζειν apparet, quoniam toties in S. literis occurrit δοξάζειν τὸν Θεόν. In vetustissima doxologia in codice Trevirensi ante mille annos descripto, & in codice Cyrilli ante annos mille ducentos:

Κύριε ὁ Θεὸς,
Ο ἀμνὸς τῦ Θεῦ,
Ο υἱὸς τῦ Πατρός.
Domine Deus,
Agnus Dei,
Filius Patris.

Sub nomine προσευχῆς ἑωθινῆς ab ipso Athanasio agnita *de Virginitate* versus finem: & fortasse ᾠδὴ πολυώνυμος a Luciano circa medium secundi seculi notata est; ut observatum est a Viro erudito, & Amico nostro, Smitho Oxoniensi. Hoc maxime notabile, quod vetustissimi Christiani Christum *Deum* simpliciter vocabant: posteriores Hæretici *Dominum* tantum. V. Phœbadium.

P. 2. Τὸν Θεὸν] Christum vocat Ignatius Deum cum articulo. Ephraim. apud. Phot. Cod. CCXXVIII, pag. 810. 21. Καὶ ὁ θεοφόρος δὲ Ἰγνάτιος καὶ μάρτυς Σμυρναίοις ἐπιςέλλων ὁμοίως κέχρηται τῷ ἄρθρῳ· eo sc. modo, quo ante S. Matthæus & S. Paulus, non tantum in casu recto, sed etiam in obliquo.

De articulo Orig. in Jo. 109. B. ipse tamen usurpat contra Cels. 321. 322. 323. 325. Valesius in epistola ad Abgarum apud Euseb. in annotationibus pag. 22. condemnat vulgarem lectionem, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, propter auctoritatem aliquorum MSS. & rationem addit duplicem, quarum neutra mihi probatur. Artemon Hæreticus post Apostolos fatebatur Christianos Christum θεολογῆσαι. Theodoret. IV. 220. B. Quum dixisset Libanius Sophista de Christianis, τὸν ἐκ Παλαιστίνης ἄνθρωπον θεόν τε καὶ θεοῦ παῖδα ποιοῦσι, *Hominem quendam ex Palæstina Deum Deique filium faciunt;* recte ei respondit Socrates III. 23. ὅπως μὲν οὖν &c. p. 201. quem consule. An inde veteres inscriptiones Ι. Χ. Θ. Ἰησοῦς Χριστὸς Θεὸς; unde ΙΧΘΥΣ Tertulliani. V. Rutgers. Var. Lect. l. I. c. 1.

P. 2. Τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα] *Qui tanta vos sapientia imbuit & instruxit: qui vos adeo sapientes reddidit;* sapientia sc. salutari atque divina. Ita enim loquitur more Apostolico: ut 2 Tim. III. 15. τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. V. I. *quæ te possunt instruere ad salutem.* N. I. *quæ te possunt sapientem reddere.* Hac voce solus inter N. T. Scriptores S. Paulus usus est. Reperitur vero identidem cum accusativo personæ in Græca Versione Psalmorum. Psalm. XVIII. 8. & CIV. 22. Vetus Interpres οὕτως non agnoscit: agnoscit autem Interpolator cum suo Interprete: & sine dubio ita scripsit Ignatius. Veram igitur sapientiam atque divinam à Christo tribui ostendit, qui est θεοῦ δύναμις & θεοῦ σοφία. 1 Cor. I. 18. *& factus est nobis* σοφία ἀπὸ θεοῦ. 1 Cor. I. 30. De Mose Epiphanius: Ὁ δὲ Μωυσῆς συνέσει ἐκ θεοῦ κεχαριτωμένος. Ita Deus ἐν ἐνυπνίοις σοφίσας dicitur Josephum Naz. Orat. XXVIII. 281. B. Σοφισθέντες Justin. 247. B. 250. C. Barnabas pag. 228. ὅτι ἄγγελος πονηρὸς ἐσόφιζεν αὐτούς. Cyrill. Lex. Συνετιῶ σε, σοφιῶ σε. Glossa, Σοφίζω, *sapientiam præsto.* Aliter quoque usurpabant: Σοφίζω, λόγοις ἀπατῶ. ita scribendum, non λόγους.

Ἐνόησα γὰρ] *Observavi enim.* Quapropter jam fuerat ipse Smyrnæ, & eorum conversationem, dum apud eos esset, observaverat & ad Smyrnæos hæc Troade constitutus scribit, jam Asiæ valedicturus, & in Thraciam perrecturus.

Κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει] V. I. *perfectos in immobili fide.* Effectum hic explicat, quem divinæ sapientiæ, à Christo datæ, tanquam caussæ, adscribit: agnoscit enim Smyrnæos divina sapientia non mediocriter esse imbutos, quod fide immobili eos esse præditos cognosceret. Quod enim à Corinthiis in caussa schismatis expetebat S. Paulus

1 Cor.

1 Cor. I. 10 ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ, illud in Smyrnæis agnoſcit Ignatius, *compactos* ſc. ſeu *instructos* eos eſſe in *fide*, *eaque immobili & indiſſolubili*: quod eam ſc. à Schiſmaticorum & Hæreticorum inſultibus inconcuſſam conſervarent. Ακίνητον autem vocat, ut S.Paulus ἀκλινῆ· v. poſtea ubi ad Epheſios utitur verbis S. Pauli ipſiſſimis: ſed illa videntur aſſuta. 1 Cor. XV. 58. Εδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι. Ad Polycarpum, ἡδρασμένοι, ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον.

P. 2. Ωσπερ καθηλωμένες] Deſcribit eos *quaſi* καθηλωμένες *clavifixos*: *quaſi* inquam: nam V. I. male, *quemadmodum*; ac ſi clavis fixi eſſent Immobilitatem & firmitatem fidei illuſtrat Ignatius, dum eos adeo ſtabiles pronunciat, ac ſi clavis quibuſdam fixi eſſent. *Crucifixus* cum Chriſto: Gal.II.20. & VI. 14. Heſychius, καθήλωσε, τοῖς ἥλοις ἔσφιγξε. V. Æſchyli Prometheum.

Αρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῆ χάλα.

Lucianus pœnam Promethei deſcribit, quam σαύρωσιν vocat. Celſus apud Orig. 298. διότι ὁ διδάσκαλος αὐτῶν σαυρῷ ἀνηλώθη. Suidas, Ανάρτησις, ἡ ἐπὶ ξύλε καθήλωσις. Ita in Actis Pionii καθηλώσεις illius Martyris memorabantur, ut tradit Euſebius. Eleganter hæc exprimuntur à Clem. Alex. Pædagogi l. III. c. 12. Naz. 276. A. Vide etiam Theodotum Ancyranum, p. 25. Καθήλωσον τὰς σάρκας μυ Pſalm. CXVIII. 121. De Chriſto aliqui interpretati ſunt: ut Barnabas p. 219.

Σαρκί τε καὶ πνεύματι] Phraſis Ignatio maxime familiaris: i. e. *toti ac penitus*, *ac ſi ita Chriſto deſervirent tum corpore tum animo*, *ut ab illo avelli non poſſent. Empti enim ſumus Chriſto*, ſanguine ſc. Jeſu Chriſti in cruce effuſo: unde oportet *Deum glorificare & in corpore & in Spiritu*, *quæ ſunt Dei.* 1 Cor. VI. 20. Quod Clemens Alex. dixit πνεύματι καὶ σώματι, 275. B. Eccleſia Gallicana σώματι καὶ ψυχῇ apud Euſeb. 159. C. Διόπερ ἀναγκαῖον πνευματικῶς καὶ σωματικῶς χριστιανίζειν. Orig. in Jo. 9. D.

Καὶ ἑδρασμένες ἐν ἀγάπῃ] Secunda firmitatis metaphora: ut in epiſt. ad Polycarpum, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, & hac ipſa, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ· & in epiſt. ad Epheſ. ἑδραῖοι ἐν τῇ πίστει. S. Paulo ἑδραῖοι. 1 Cor. VII.27. & XV. 58. Coloſſ. I. 23. Clem. Alex. τῆς ἀληθείας ἑδραιότης, 317. D. Heſychius, Εδρασμένη, βεβαιωθεῖσα. Εδρα, βάσις· unde ἕδρανον, *firmamentum*, *ſtabilimentum*. Ancoram Poëta ſatis eleganter dixit νηῶν ἕδρανον ἀσαθέων· per quam metaphoram liber Epiphanii ab ipſo dictus Αγκυρωτὸς, *firmus*, *ſtabilis*, *vel more ancoræ firmans & ſtabiliens*.

P. 2. Πεπληροφορημένους] V. I. *certificatos*: Vulgatus, *confirmatos*: minus recte, ut opinor. Vox hæc à LXX. adhibita eſt, Eccleſ. VIII. 11. ad exprimendam vocem Hebræam מלא, quod alibi πληροῦσθαι redditur. Heſych. πληροφορία, βεβαιότης. Gloſſ. πληροφόρημα, *plenitudo*, *ſatisfactio*. πληροφορῶ, *morigero*, *ſatisfacio*. Licet autem πεπληροφορημένος nihil aliud ſignificet, ut videtur, quam πεπληρωμένος, hic tamen aliquid ulterius ſignificat, ut ex adjunctis patet, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν· & cjus ſignificatio omnino petenda eſt à Luc. I. 1. in quem locum Homilia ex interpretatione Hieronymi, *Effectum ſuum Lucas indicat ex ſermone, quo ait, in nobis manifeſtiſſime ſunt oſtenſæ, id eſt* πεπληροφορημένων, *quod uno verbo Latinus ſermo non explicat. Certa enim fide & ratione cognoverat, neque in aliquo fluctuabat, utrum ita eſſet, an aliter.* Novi quidem Fœderis Scriptores ea non uno modo utuntur. Solus Paulus cum Luca ſuo. Πληροφόρησον, 2 Tim. IV. 5. nihil aliud hic quam *implere* ſignificat. Πληροφορία ἀγάπης, Epiphan. p. 15. C. unde Clemens πεπληροφορημένος ἀγάπης. Hegeſippus apud Euſeb. l. II. c. 23. Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ιακώβου· Rom. IV. 21. & XIV. 5.

Πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον] Ut πιστεύοντας εἰς τὸν Κύριον, *firmiſſima fide penitus perſuaſos in Dominum noſtrum.* Baſil. Aſcet. Τί ἴδιον πίστεως; ἀδιάκριτος πληροφορία. Ita explicare videtur Hebr. X. 22. Unde poſtea πληροφορεῖν. Evagr. 347. D. Clem. Alex. p. 54. [a] de Apoſtolis, πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως, & μετὰ πληροφορίας πνεύματος βεβαιόπιστοι. V. Heinſ. 46. Ipſe in epiſtola ad Magneſ. πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει, καὶ τῷ πάθει, καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου.

Υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ] Locum hunc exſcripſit Theodoretus Dial. I. ubi ἀληθῶς male tranſponitur, & κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν, pro κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν, ut varia lectio, obſervari poteſt. Puto apud Theodoretum potius eam vocem mutatam fuiſſe. Certe ab Interpolatore

a Deſumta hæc ſunt ex Epiſtola Clementis Romani priore ad Corinthios, ut recte citavit priora verba D. Heinſius in Exercitat. Sacris pag. 346. non vero ex Clemente Alexandrino. Verba Clementis Romani Cap. 42. ita habent: Apoſtoli πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν I. X. καὶ πιστωθέντες --- μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου --- ubi loco πιστωθέντες Pearſon ſcripſit βεβαιόπιστοι. Cap. 54. occurrit etiam πεπληροφορημένος ἀγάπης.

non

non eſt. Quænam vero fuerit vera Ignatii lectio, dubitari poteſt ob auctoritatem Theodoreti, qui caute legendus eſt poſt Concilium Epheſinum: utraque tamen ſatis ſana. Licet enim κατὰ θεότητα ad divinam naturam hæc referre videtur, & κατὰ θέλημα generationi divinæ contradicere videatur, neutrum tamen verum eſt. Verbum enim non tantum κατὰ θεότητα Filius Dei recte dicitur, ſed & κατὰ θέλημα à Veteribus ſæpe dicitur. Certe Juſtino Martyri Dialog. cum Tryphone p. 284. dicitur ἐκ τοῦ Πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι· & poſtea ſeipſum exponens, ἐν τοῖς προειρημένοις διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην γεγενῆσθαι ἀπὸ τοῦ Πατρὸς δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ. Tatianus, Juſtini diſcipulus, θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ λόγος· &. ὁ λόγος προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως. Tertull. adverſus Praxeam, *Quis Deus in ea natus? Sermo & Spiritus, qui cum Sermone de Dei voluntate natus eſt.* Utcunque ſit, videtur Ignatius de Incarnatione loqui. Origenes Hom. II. in Cant. *Quia ſecundum diſpenſationem carnis ex Virgine cum voluntate Patris crevi.* Nazianzenus culpat eos, qui unam naturam Dei ita tradiderunt, μίαν μὲν, μικροπρεπῆ δέ τινα καὶ στενὴν, οὐκ ἔχουσαν τὸ μεγάλων εἶναι ἀρχὴν, ὥσπερ οὐ δυνηθεῖσαν ἢ μὴ θελήσασαν. 208. D. Hæc ad Trallianos è Smyrna brevius, eadem nunc è Troade ad Smyrnæos Ignatius ſcribit plenius & explicatius.

P. 2. Γεγενημένον] Forte γεγεννημένον. V. I. *genitum:* ut in ep. ad Trallianos, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη. V. I. *vere natus eſt.* Ex Maria natus, an genitus dicatur Chriſtus, non refert: certe eam diſtinctionem non curabant veteres; & apud Græcos γένησις pro γέννησις ſæpe ſcripta reperitur.

Βεβαπτισμένον ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου] Hæc ad veritatem naturæ humanæ ſpectant, quod fuerit Joannis manibus contrectatus, quod aquis immerſus, quod ablutus, ut alii.

Ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου] ut in Ep. ad Magneſ. ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου. Præter eos, qui enarrarunt Hiſtorice, primus Paulus, 1 Tim. VI. 13. *Temporibus Pontii Pilati Præſidis, qui fuit Procurator Tiberii Cæſaris.* Iren. l. I. c. 29. ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου σταυρωθέντα. Juſtin. Apol. juxta Symbolum Apoſtolicum.

Καὶ Ἡρώδου τετράρχου] Sub Herode. Juſtin. 247. C. 330. D. Sic Euſeb. l. II. c. 4. Οὗτος δὲ ἦν ὁ κατὰ πάθος τοῦ Σωτῆρος. Optime Herodem Pilato adjungit Ignatius, quia ſub ejus imperio & juriſdictione Chriſtus tunc fuit, quum judicaretur à Pilato, & à Pilato ad Herodem miſſus, ab eo ad Pilatum remiſſus eſt. Luc. XXIII. 7. Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος

τος Act. IV. 27. Inde explicatio Psalmi versu præcedente. Lactant. l. IV. c. 18. *Tum Pontius illorum clamoribus & Herodis Tetrarchæ instigatione, metuentis ne regno pelleretur, victus est.* Hic autem erat Herodes Antipas, Galilææ Tetrarcha, in qua erat Nazareth, Josephi habitatio: unde Christus sub ejus jurisdictione esse censebatur. V. Origen. in Matt. 265. & Huetium ibi. Herodes Tetrarcha Luc. III. 19. ut ab Herode magno distingueretur: unde etiam Herodes ὁ νέος sive *Junior* vocatur. Erat enim filius Herodis magni, cujus regnum, in tres partes divisum, tribus filiis traditum est, Archelao, Philippo, & Herodi. Tacitus lib. V. Hist. *Gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere.* Unde Philo vocat tetrarchiam Philippi τῆς πατρῴας λήξεως τρίτην μοῖραν. Jam ex sua tertia parte ejectus erat *Archelaus*, sc. Judæa, eique præfectus erat Pilatus, ut Procurator Tiberii. Philippus autem & Herodes suas partes adhuc tenebant: Philippus Trachonitidem, Galilæam Herodes. Antipatro nullam tetrarchiam dedit. Act. XIII. 1. Μαναὴν Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος. An Agrippa? *In Herodis locum Archelaus ab Augusto substituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.* Ita Euseb. in Chronico. V. Scaligerum ibi. Hæc videtur quibusdam maxime idonea ratio statuendi tetrarchias: sed vera non est. Non enim quatuor fratres habuit Archelaus: nam Antipater vivo Herode patre mortuus est, & Lysias aut Lysanias nullus ad eam familiam spectabat. Philippus & Herodes soli fratres erant. Luc. III. 1.

P. 2. Ἀφ᾽ οὗ καρποῦ] V. I. *à cujus fructu*, ligni sc. quod hic subintelligendum est. Patet hoc ex epist. ad Trallianos, p. 52. Edit. Voss. Ipse enim Christus, pendens in ligno, quasi fructus ejus intelligitur. Interpolator, quum non videret, quo modo hæc recte intelligi possent, expuncta voce καρποῦ, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν simpliciter dixit, *à quo*, sc. Christo, *nos sumus*.

Θεομακαρίου] MS. habet θεομακαρίτου: forte pro θεομακαρίστου. ut in epistola ad Polycarpum, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε.

Ἵνα] Ut ante finem baptismi ejus, ita nunc finem seu rationem crucifixionis ostendit.

Ἵνα ἄρῃ σύσσημον] Ita enim legit Interpolator. Quamvis ejus Interpres mire legit, *ut tollat secum sibi conjunctos*: unde colligit Usserius, eum legisse συσσώμους, non satis firmiter: & frustra eos esse recte monet Vossius, qui aliud substituunt. Σύσσημον est *signum*, ut recte noster, *ut levet signum.*

gnum. Αἴρειν σύσσημον & σημεῖον, phrasis Prophetica, Esaiæ sæpe usurpata. נס. Isa. V. 26. Τοιγαροῦν ἀρεῖ σύσσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι. Lat. *& elevabit signum in nationibus procul.* XLIX. 22. & LXII. 10. Neque LXX. soli hac voce utuntur, sed & Aquila. Isa. LIX. 19. Hieron. ad Isa. V. 26. *Legi in cujusdam Commentariis hoc quod dicitur*, Levabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, *de vocatione gentium debere intelligi, quod elevato signo crucis, & depositis oneribus peccatorum, velociter venerint atque crediderint.* An intelligit Origenem? *Sed nescio*, inquit, *quo modo huic sensui possint congruere, quæ sequuntur:* quasi vero Prophetæ minis promissiones non permisceant. Sed vide Cyrill. Catech. 62. B. & Lactantium l. IV. c. 26. *Quoniam is, qui patibulo suspenditur, & conspicuus est omnibus, & ceteris altior, crux potius electa est, quæ significaret, illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum, pariter & colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent.* Αἴρειν σύσσημον idem quod Græcis αἴρειν σημεῖον, qua phrasi nulla illis usitatior: unde Hesychius & Suidas, Σύσσημον, σημεῖον. Nihil igitur hoc in loco σύσσημον aliud quam σημεῖον. Sed somniavit aliquid latere vulgatus Interpres in conjunctione σὺν, ut Erasmus & Beza ad Marc. XIV. 44. ubi tamen σύσσημον nihil aliud est, quam S. Matthæi σημεῖον. XXVI. 48. Nude etiam in quibusdam MSS. legitur σημεῖον apud S. Marcum. Crux Christi omnes τοῦ σημείου usus exprimit, (*Si exaltatus fuero*) ad colligendum exercitum, ad collectum convocandum, ubi opus erat; ad exspectandum hostem; ad pugnandum; ad victoriam.

P. 3. Εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ] Valde signanter hæc scripsit, quia Christus post resurrectionem solis fidelibus apparuit. Potest aliter explicari. Sed per duplex εἰς hanc potius explicationem quæ sequuntur postulant.

Ἐν ἑνὶ σώματι] Ad unionem. Hic enim usus erat signi militaris, ut colligerent se & in unum congregarent, si quando erant dispersi aut dissipati.

Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν] Omnia quandam passionem includebant. Multa enim sustinuit præter crucem. Passus autem est hæc δι' ἡμᾶς. Phrasis præcipue notanda, an *loco nostri?* ut duo dicat, an *pro nobis*, an *propter nos?* Rom. IV. 24. 25. 1 Cor. VIII. 11. 1 Thess. I. 5. 1 Pet. I. 20. 2 Cor. VIII. 9. Finis passionum Christi, ἵνα σωθῶμεν· plane Apostolice. Polycarp. p. 21. Edit. Usser. ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε.

P. 3.

P. 3. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν] Hæc expressit Iren. 284. B. Origenes contra Celsum 70. & in sua fidei summa in procemio lib. I. περὶ ἀρχῶν. *Et quoniam his Christus natus est, & passus in veritate* — & in Jo. 154. B. Epiphanius Ancorato 483. ὅτι ἐ δοκήσει ἠμφίεσο τὸ σῶμα, ἀλλὰ ἀληθεία —

Ἄπιστοι] i. e. *Hæretici*. Hæreticos jam perstringit, quos *infideles* vocat, quod essent veræ fidei vacui: ut post, τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ὄντα ἄπιςα, ut alibi se explicat. Gloss. *Perfidus*, ἄπιστος. Hæreticorum non fides sed perfidia: ut in epist. ad Trallianos de Docetis, Εἰ δὲ, ὥσπερ τινὲς Ἄθεοι ὄντες, τυτέστιν ἄπιστοι, λέγυσι τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτόν. S. Cyprianus ad Demetrianum. p. 195. *Quæ tunc erit fidei gloria, quæ pœna perfidiæ, quum judicii dies venerit, quæ lætitia credentium, quæ mæstitia perfidorum?* Sulpitius Severus l. II. *Frequentibus Conciliis nihil actum, nostris in fide manentibus, illis de perfidia non cedentibus.* Hilarius. *Est autem hæc perfidia, non fides* — Ita reliqui postea locuti sunt. Epiphanius ἀπίστυς καὶ κακοπίστυς distinguit. 504. & ἀπίστους vocat Ἕλληνας seu *Gentiles*. Theodotus Ancyranus in initio, τὰ τῆς ἀπιστίας ζιζάνια.

Τὸ δοκεῖν] Unde hi hæretici Δοκηταί. Eorum origo à Simone Mago. His autem maxime in Episcopatu infestus est S. Ignatius. Nam Menander, discipulus Simonis & Doceta, Ignatio Synchronus fuit. De eo Justinus Martyr paucis annis post Ignatii Martyrium: Μένανδρον ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον πολλὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. Menandri discipulus erat Saturnilus, ut tradit Irenæus l. I. c. 22. & post eum Epiphanes, qui etiam docuit Salvatorem *putative visum hominem*, & τὰ πάντα ἐν τῷ δοκεῖν πεποιηκέναι. Sententiam Docetarum ita expressit Celsus apud Orig. p. 171. ἤτοι ὡς ἀληθῶς μεταβάλλει ὁ Θεὸς εἰς σῶμα θνητὸν, ἢ αὐτὸς μὲν ἐ μεταβάλλει, ποιεῖ δὲ τὺς ὁρῶντας δοκεῖν. Hesychius, Δόκησις, τὸ μὴ ὂν νομιζόμενον, οἷον φαντασία. Optime Iren. l. I. c. 21. III. 17. 20. 32. IV. 60. & V. 1. Δόκησις & δοκήσεις. III. 19. *Mendaces ostensæ sunt universæ doctrinæ illorum, qui octonationes & quaternationes putativas adinvenerunt.* Ita Interpres, qui Irenæum non intellexit: Græca enim verba sunt, ut ex Theodoreto patet, καὶ δοκήσεις. Hier. in Isa. LIII. 4. *Qui vere languores nostros, & peccata nostra portavit, & pro nobis dolet, non putative*, i. e. οἰομένως, *ut vetus & nova hæresis suspicantur.* Quid οἰομένως, an Græcum? quæ illa nova hæresis?

Αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες] Ut ad Trallianos, λέγοντες τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες. Acute. Hæc imitatus est Tertul-

Tertullianus, dum de Valentinianis agit: *Ita omnia in imagines vertunt, plane & ipsi imaginarii Christiani.* 300. D. Iren. l. III. c. 46. & IV. 60. Orig. in Jo. 60. D. Οἱ δὲ ἀποστραφέντες τὴν τοῦ ὄντος μετοχὴν τῷ ἐστερῆσθαι τοῦ ὄντος ἐγεγόνασιν οὐκ ὄντες. Epiphanius de Aëtio, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀνόμοιον Πατρὶ λέγων, σὺ ἀνόμοιος γέγονας, κληρωθεὶς τοῦτο τὸ ὄνομα.

P. 3. Οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς] V. I. *dæmoniacis*, male. Δαιμονιακὸς & δαιμονικὸς differunt. Δαιμονικὸς & δαιμονιώδης, *diabolicus*. Jac. III. 15. ubi male Beza, *dæmoniaca*. Orig. contra Celsum. l. VIII. p. 418. ὡς μοχθηρὸν καὶ ἀσεβὲς καὶ δαιμονικὸν μᾶλλον ἢ ἀνθρωπικόν. Origenes seu Rufinus in prooemio lib. de Principiis, *In hoc libello incorporeum dæmonium dixit, pro eo, quod ille, quicunque est habitus vel circumscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori vel visibili corpori.* Hieron. ep. 76. *Oppressa est ejus auctoritate & eloquentia, & in morem dæmonicorum Spirituum de terra loquitur.* Δαιμονιακὸς à δαιμονίζω. Δαιμονικὸς à δαιμόνιον seu δαιμονίζειν. nam δαιμονίζεσθαι passive sumptum aliud. Matth. XII. 22.

Ἐν σαρκὶ] Hic intelligendum est pro ἔνσαρκον. Iren. 278. B. διὰ τὴν ἔνσαρκον ἀνάληψιν αὐτοῦ, ὃς καὶ ἐν τῇ αὐτῇ σαρκὶ, ἐν ᾗ καὶ ἔπαθεν, ἐλεύσεται.

Οἶδα] V. I. *Vidi.* Hesych. ἴδμαι, γινώσκω, οἶδα. Gloss. οἶδα, *scio, novo, nosco. Scio*, ἐπίσταμαι, γινώσκω, οἶδα. *Certus sum*, πέπεισμαι, οἶδα. Hieronymus *vidi* etiam transtulit. Vulgatus Interpres, *novi:* rectius multo. Nam & Interpolator hæc retinuit. Rufinus *scio*, optime. Forte vetus Interpres Ignatii Hieronymo antiquior fuit, & illum in errorem duxit. Eusebius & Theodoretus οἶδα habent. Hæc autem mala interpretatio videtur profecta ex Joanne XX. 8. καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν. *Scio* Act. III. 16. τοῦτον ὃν θεωρεῖτε καὶ οἴδατε. 1. Jo. IV. 16. Rom. XIV. 14. οἶδα καὶ πέπεισμαι.

Τοὺς περὶ Πέτρον] V. I. *ad eos, qui circa Petrum.* Hieronymus in Catalogo, *ad Petrum, & eos qui cum Petro erant.* Mox Rufinus, *ad Petrum ceterosque.* Vulgatus Interpres, *ad eos qui cum Petro erant.* Græca locutio dubia. οἱ περὶ Πέτρον sæpe nihil aliud significat, quam Petrum ipsum: hic autem significat Apostolos, aliosque, qui tunc circa Petrum, συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς. Luc. XXIV. 33. οἱ περὶ τὸν Παῦλον. Act. XXI. 8. V. Reinef. p. 336.

Οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον] V. Orig. in prooemio l. I. περὶ ἀρχῶν· δαιμόνια ἀσώματα. Justin. 267. A. Clem. Alex. 791. C. b. Origenes Evangelium secundum Hebræos admittit & explicat. p. 58. D. in Jo. uti & Testamentum Patriarcharum,

rum, 77. E. quod *non contemnendam Scripturam vocat.* 78. D. Phrasis tralatitia ea ætate pro πνεῦμα. Luc. XXIV. 39. Act. XXIII. 8. 9. Hieronymus in procem. ad XVIII. l. in Esaiam: *Quum enim Apostoli eum putarent Spiritum, vel, ut juxta Evangelium Hebræorum lectitant, incorporale dæmonium*: & rursus de Ignatio nostro & hac epistola differens, *in qua* &c. Optime Eusebius, οὐκ οἶδα ὁπόθεν τοῖς ῥητοῖς κέχρηται, *non novi, unde ista verba, dæmonium incorporale, sumpsit*: quia talis locutio in Evangelistarum nullo exstat. Hieronymus autem, qui Evangelium secundum Hebræos, quo utebantur Nazaræi, tum in Græcum, tum in Latinum Sermonem transtulerat, ex illo Evangelio testimonium hoc Ignatium transtulisse asserit. Sed quum illud Evangelium Hebraice tantum, non Græce, exstitisse ante ætatem Hieronymi videatur, aut certe illud, quo tum utebantur Nazaræi, quodque transtulit Hieronymus, interpolatum fuerit, quumque eadem verba in libello, qui διδαχὴ Πέτρου dictus est, de eadem re exstarent, credibile potius est, hæc tria loca non ex libris aliquibus, sed ex historia verbis illis vulgo tradita desumi. Rufinus in procemio libri περὶ ἀρχῶν. *Si vero quis volet nobis proferre ex illo libello, qui Petri doctrina appellatur, ubi Salvator videtur ad Discipulos dicere, quod non sit dæmonium incorporale.*

P. 4. Συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν] Epiphan. in exposit. fidei. n. 17. Πέφηνε μὲν γὰρ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐψηλαφήθη ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ· καὶ τοῖς Ἀποστόλοις συνέφαγε καὶ συνέπιε, καὶ συνηυλίσθη μετ' αὐτῶν τεσσαράκοντα ἡμέρας. & in Panario, πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιεῖτο δι' ἑαυτοῦ τὰ ὅλα τελείως, καὶ συναυλίζεται οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἀληθείᾳ. Qui locus à Petavio male versus, utpote mancus, & ex Anacephalæosi restituendus est.

Ὡς σαρκικὸς] Iren. l. V. c. 31.

Καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρὶ] ut in epist. ad Magnesios, ἡνωμένος ὤν. Clem. Rom. ep. II. sect. IX. ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σάρξ· Ἐις θεότητα συνενωθείς. Epiph. 547. 41.

Προφυλάσσω δὲ] In epist. ad Trallianos: προφυλάσσω ὑμᾶς· Clem. Alex. 802. D. ἢ διὰ τὰ μέλλοντα προφυλαξαμένου. Euseb. lib. III. c. 36. D.

Θηρίων] Euseb. IV. c. 24. p. 146. A. οἱ πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσοβοῦντες αὐτοὺς ἀνεῖργον —— Lactantius de persecutoribus, *exsecrabile animal Decius.* De Juliano hæretico à Xysto Pontifice dejecto Prosper Aquitanus in Chronico: *Et ita*

omnes

omnes Catholicos dejectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tum primum superbissimam hæresin Apostolicus gladius detruncasset.

P.4. Ανθρωπομόρφων] Epiphan. θηριόμορφοι, p. 52. 50. ὀφιόμορφοι, 184. 8. Philo de Abrahamo p. 354. C. Δικαίου μὲν οὐδενὸς ὄντος ἀνθρώπου, κυριώτερον δὲ εἰπεῖν ἀνθρωπομόρφου θηρίου, μόνου δὲ, ὃς ἂν ζηλωτὴς ᾖ δικαιοσύνης. p. 350. E. ἀνθρωποειδὲς θηρίον. p. 366. A. ἀνθρωπόμορφος ἰδέαν· & de vita Mosis, ἀνθρωποειδῆ θηρία τὴν τοῦ σώματος μορφὴν εἰς ἡμερότητος δόκησιν ἐπὶ θήρᾳ καὶ ἀπάτῃ προβεβλημένοι. Vulg. Intepres, *hominum figuras habentibus.* Ita quidem origo hæc accipitur. Inde Ανθρωπομορφῖται hæretici, qui Deum tanquam ἀνθρωπόμορφον sub figura hominis colebant. Hic autem loquitur de hæreticis, qui sub forma humana sive essentia naturam bestialem habebant: ut apud S. Paulum μορφὴ θεοῦ & μορφὴ δούλου duas essentias, divinam & humanam, significant. Μορφὴ enim proprie non est figura, sed forma: quam vocem Latini ab Æolibus acceperunt, apud quos μορφὰ Doricum erat φορμά. Æoles enim permutatione literarum gaudebant.

Προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν] Oratio pro hæreticis, quam antiqua! Irenæus, l. III. c. 46. Talis oratio exstat in libris Sacramentorum quarta feria magnæ hebdomadis, & parasceve, p. 62, 63.

Οπερ δύσκολον] Iren. lib. III. c. 2. *Etenim si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnino impossibile errorem effugere, apposita veritate.* Pseudo-Tertullianus, vetus Auctor. l. 1.

Sed revocare pedem sævi latronis ab antro,
Dum spatium datur, & patiens pietate perennis
Facta per errorem miseris Deus omnia donat.

Τούτου δὲ ἐξουσίαν] Nullo modo communicandum Hæreticis docuit, donec pœnitentiam agerent, & sic, ut pœnitentes, admitterentur in Ecclesiam. Durum autem videri poterat, quod Catholici ad eorum pœnitentiam nihil agerent. Hoc igitur relinquendum esse Christo innuit, qui, uti nos ab illorum communione abstinere jussit, ita *habet*, inquit, *potestatem hujus*, dandi sc. illis pœnitentiam, ut recipiantur.

Τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν] In epist. ad Magnes. τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν. Infinitus pro substantivo. Lucian. 289. 25. 178. 8. & 48. ὥσπερ οὐκ ἐχόντων τὸ ἀληθινὸν φῶς, οὕτως οὐδὲ τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Orig. in Jo. 29. A. & 44. A. describit λόγον ἰδίαν περιγραφὴν ἔχοντα, οἷον τυγχάνοντα ζῆν καθ' ἑαυτόν· contra Celsum 86. B. 113. B. Artemidorus de patre, ὃς καὶ τοῦ ζῆν, καὶ τοῦ φωτὸς

αἴτιος

αἴτιος ἦν. l. I. c. 2. Idem de parentibus & præceptoribus, οἱ μὲν εἰσάγοντες εἰς τὸ ζῆν, οἱ δὲ ὅπως χρὴ τῷ ζῆν χρῆσθαι διδάσκοντες. l. II. c. 74.

P. 5. Μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν] Hæc epanorthosis, ut μᾶλλον ἐπισκοπημένῳ in epist. ad Polycarpum. V. etiam 2 Tim. II. 12.

Συνήγοροι] V. I. *Concionatores*, male. Interpolator pro ὄντες συνήγοροι posuit συνηγορῦσι. Vulg. Interp. *consentiunt*. sc. Hæretici, qui pro veritate advocati esse deberent, quæ ducit ad vitam, facti sunt hæreseos patroni, quæ ducit ad mortem. Hæc mens Ignatii. Συνήγοροι eligi solebant, ut & κατήγοροι. V. Harpocrat. & Suid. Gloss. Συνήγορος, *advocatus*, *rogatus*, *patronus*. συνηγορεῖν, *patrocinari*. Clem. Alex. 98. εἰ μὴ σφάλλομαι, ἐμαυτῷ συναγορεύων. Orig. in Jo. 89. A. contra Celsum. p. 8.

Οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα] Interpolator, ἀλλ' ὐδὲ· minus recte, & pro τῶν κατ' ἄνδρα, τὰ κατ' ἄνδρα. Sed Leicestrensis codex retinet τῶν, & vetus Interpres Medicéi codicis plane repræsentat: *neque nostra eorum, quæ secundum virum passiones.* Quæ interpretatio, quum valde obscura videretur, Glossator aliquis haud ineptus, ea ad marginem addidit, quæ ut & Usserio, ita & mihi non indigna videntur.

Σαρκοφόρον] V. I. *carniferum*. Christus dicitur σαρκοφόρος, σῶμα φορῶν· ut Orig. contra Cels. 340.

Νεκροφόρος] Dum vivit mortuus, ille νεκροφόρος. 1 Tim. V. 6. Apoc. III. 1. Matth. VIII. 22 νεκροὶ τοῖς παραπτώμασι. Eleganter. Πτῶμα enim cadaver. Gloss: πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ· ut apud Pythagoræos κενοτάφιον significavit. Orig. cont. Cels. 142. Marc. Anton. [a] l. VI. §. 13. Sophocles in Antigone,

—— τὰς γὰρ ἡδονὰς
Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, ὐ τίθημ' ἐγὼ
Ζῆν τῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγῦμαι νεκρόν.

Clem. Rom. ep. II. p. 1. καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο ὐδὲν εἰ μὴ θάνατος.

Ὢν νεκροφόρος] V. I. *existens mortifer*, male: potius *mortuum ferens*, *aut cadaver portans*. Interpolator nostro codici consentit: sed apud eum ὡς legisse videtur Interpres vulgatus pro ὢν, *sicut mortuum bajulans*: & quidem apud Theodoretum, ὡς νεκροφόρον. Vera est Medicéi codicis lectio, vetus interpretatio fidelior, vulgata melior. Νεκροφόρος enim potius est *mortem bajulans*, quam *mortifer*, qui Ignatio nostro θανατηφόρος est. Gloss. Θανατοφόρος, *letifer*, *mortifer*. Aliud θάνατος, aliud νεκρός. Onomasticum vetus, *Vespillo* νεκροφό-

[a] Forte L. IV. §. 26. ψυχάριον εἶ, βαστάζον νεκρόν.

νεκροφόρος, & *Pollinctor* νεκροφόρος. Glossarium Philoxeni, *Bispello*, νεκροφόρος, & *Sandapila*, νεκροφορεῖον. Ubi etiam reperitur *Barginna*, νεκροφόρος. i. e. opinor, qui in *bargo* suspensos atque inde acceptos ad locum sepulturæ portat. Unde verbum νεκροφορεῖν, ut à θεοφόρος θεοφορεῖν. Philo Jud. 988. A. Στέλλομαι γὰρ ὁ κακοδαίμων ἐγὼ τρόπον τινὰ νεκροφορῶν, ὥσπερ εἰς ἠρίον. Sic Methodius apud Epiphanium de animis, δίκην ὅπως ἂν ἴδρασαι νεκροφορεῦσαι παράχωσιν, p. 244. & 247. Orig. contra Cels. 88. Christus filium viduæ resuscitasse dicitur, στήσας τοὺς φέροντας τὸν νεκρόν. i. e. τοὺς νεκροφόρους. Breviter enim exposuit illa S. Lucæ VII. 14. ἥψατο τῆς σορῦ, οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. De Maximino tyranno Euseb. l. IX. c. 10. ὡς μηδ' ἄλλό τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ἤδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀποῤῥεύσαντι κατορωρυγμένης.

P. 5. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν] Statuit hic Ignatius nullum hæreticum nominare, quod in aliis etiam epistolis religiose observavit. Nullius enim hæretici nominatim meminit. Unde apparet 1. Interpolatoris inscitia, qui in lacinia epistolæ ad Trallianos Menandri, Basilidis, Theodoti, & Cleobuli diserte meminit. 2. Adversariorum ἀκρισία, qui hæc vero Ignatio opposuerunt.

Ὄντα ἄπιστα] Hic animadvertendus mos S. Scripturæ, qui, licet obscure, hoc loco insinuatur. Nam ἐγγράψαι ὀνόματα proprie & vulgari modo dicitur de ipsis virorum nominibus. Sed illud ὄντα ἄπιστα alium loquendi modum spectat, quo ὄνομα ipsam personam refert.

P. 6. Καὶ τὰ ἐπουράνια] Phil. II. 10. *Cœlestia*. V. I. *Supercœlestia*, uti etiam in epist. ad Trallianos, quod est ὑπερουράνια. Orig. in Jo. 15. D. contra Celsum 288. 316. in Jo. 15. D.

Καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων] Forte ἄγγελοι τῆς δόξης. Epiphan. 541. ὅτι ἄγγελοι, ὅτι ἀρχαί. Rom. VIII. 38.

Ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι] An qui apparere solent, & qui nunquam apparent?

Ὁ χωρῶν χωρείτω] V. I. *qui capit, capiat:* potius, *qui capax est, capiat.* Matt. XIX. 12. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω Gloss. χώρησις, *capacitas*. Hoc sensu proprie dicitur de vasis seu mensuris vel liquidorum vel aridorum ὁ χωρητικός. Orig. in Jo. 50. E. 66. D. ὡς ἕκαστος χωρεῖ.

Τόπος μηδένα φυσιούτω] V. I. *Qualitate nullus inflettur*. Τόπος hic *locus* sive officium Ecclesiasticum, sive ordo & gradus ministerii: qui quidem ordo ideo *locus* dictus est, quia illis ordinibus diversis distincta etiam loca in Ecclesia designabantur. Ante Ignatium S. Clemens Roman. 58. Iste autem locus insignis est, & maxime consulendus. Non diu post

P acce-

acceptam hanc epiſtolam ita locutus eſt Polycarpus ad Philippenſes: *Nimis contriſtatus ſum pro Valente, qui Presbyter factus eſt aliquando apud vos, quod ſic ignoret is locum, qui datus eſt ei.* Sic etiam Latini veteres poſt Ignatium noſtrum locuti ſunt. Cyprianus factioſos Presbyteros *nec Evangelii, nec loci ſui memores fuiſſe* docet. Epiſt. X. & Diaconum Rogatiani Epiſcopi contumelioſum accuſat, quod *immemor Sacerdotalis loci, & officii, ac miniſterii ſui oblitus eſſet.* Epiſt. LXV. ubi *Sacerdotalis locus* eſt ordo Epiſcopalis, qui Rogatiano competebat. *Talis*, inquit, *locus*, *ſeu ordo, aut gradus, aut dignitas, ſive Diaconi ſupra Laicos, ſive Presbyteri ſupra Diaconos, ſive Epiſcopi ſupra Presbyteros*, μηδένα φυσιέτω, *neminem inflet.* Vox hæc φυσιῶν ſæpius noſtro uſurpata eſt, dum inculcatur admonitio illa maxime neceſſaria, ut, dum quemque loci ſui dignitatem tueri oportuit, nemo tamen inde aliquid ſibi ſuperbe arrogaret, aut putaret ſe majorem eſſe, quam revera ſit. Φυσιώσεις. 2 Cor. XII. 20. Iren. l. IV. c. 44. *principalis confeſſionis tumore elati.* MS. *conceſſionis:* unde legendum puto, *confeſſionis*, ut *principalis confeſſio* nihil aliud ſit, quam πρωτοκαθεδρία; & ita Irenæum ſcripſiſſe exiſtimo. 1 Cor. XIV. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τȣ̃ ἰδιώτȣ, ſcil. Laici, quod ſubinnuit alios fuiſſe locos Cleri.

P. 6. Ετεροδοξȣ̃ντας] Ετερόδοξοι, vox Origeni familiaris, in Jo. 14. D. 79. E. de Gnoſticis 91. E. 114. C. de Valentinianis & Marcionitis 74. C. & ſæpe alibi. Clem. Alex. ἡ τῆς ἑτεροδόξȣ διδασκαλίας ἔκθεσις. 805. B.

Τῇ γνώμῃ τȣ̃ Θεȣ̃] V. I. *Sententiæ Dei:* ut in ep. ad Romanos verſus finem. Apoc. XVII. 17. Iren. l. IV. c. 71. Βία Θεῷ ȣ̓ πρόσεστιν, ἀγαθὴ δὲ γνώμη πάντοτε συμπάρεστιν αὐτῷ.

Οὐ μέλει αὐτοῖς] Hinc Polycarpus ad Philippenſes, ἐπισκεπτόμενοι πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελȣ̃ντες χήρας, ἢ ὀρφανȣ̃, ἢ πένητος. De Valentinianis Epiphanius p. 93. Παρ' οἷς ȣ̓κ ἔλεος, ȣ̓κ οἶκτος εὑρίσκεται. De Manichæis Athanaſius epiſt. ad Solitarios. 851. C. Παρὰ Μανιχαίοις γὰρ ἔλεος ȣ̓κ ἔστιν, ἀλλὰ ἐχθρὸν ἐστι παρ' αὐτοῖς τὸ ἐλεεῖν πένητα.

Θλιβομένȣ] Barnabas Ep. p. 226. ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονȣ̃ντες τὸν θλιβόμενον. Deſcribit Gnoſticum ſuum Clem. Alex. l. VII. Αμέλει θλιβόμενον ἐπικȣφίζει παραμυθίαις, παραινέσεσι, ταῖς βιωτικαῖς χρείαις ἐπικȣρῶν· ubi τῷ καταπονεῖν apud Barnabam τὸ ἐπικȣφίζειν apud Clementem opponitur. Fragmentum ſecundæ epiſt. Clementis Romani apud Cotelerium p. 183. καὶ πλȣ̃τος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε. Hermes

mes apud Coteler. p. 96. & 101. ὀνήσασθαι τὰς θλιβομένας ψυχάς. Interp. *redimere animas à necessitatibus.* ἴσ. ὀνήσασθαι· ὅτι φορτικὸν ἤδη ἔχων τὸν πατέρα, ὅτι ὑπὸ πενίας θλιβόμενον. Artemid. l. III. c. ult. Θλιβόμενοι, οἱ ἐν θλίψει. Jac. I. 27. ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανὸς, καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν. Ecclesia enim antiquitus viduas & indigentes seu infirmos publico sumptu alebat. Cornelius Episcopus Romanus epist. ad Fabium Episcopum Antiochenum docet suo tempore in Romana ecclesia χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, *quibus universis*, inquit, *gratia & benignitas Dei alimenta suppeditat.* Euseb. l. VI. c. 43. Inde Valesius satis probabiliter in epistola Cleri Romani ad Clerum Carthaginiensem de secessu Cypriani pro *clydomeni* legit *thlibomeni.* Hi sunt, opinor, quos Apostolus Paulus appellat Act. XX. 35. ἀσθενοῦντας, *debiles & infirmos*: & huc pertinet illud, Rom. XII. 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες.

P. 6. Εὐχαριστίαν] V. Iren. l. IV. c. 34.

Ἐν χρηστότητι] V. Iren. l. V. c. 2. χρηστότης vox Apostolica Gal. V. 22. Rom. II. 4. ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. & Tit. III. 4. Iren. l. IV. c. 37. μετοχὴ δὲ Θεοῦ ἐστι τὸ γινώσκειν τὸν Θεὸν, καὶ ἀπολαύειν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ.

P. 7. Ἀγαπᾶν] videtur significare ἀγάπην ποιεῖν, *agapen celebrare, & Eucharistiam percipere:* unde Resurrectio? Sed cogita. Forte *acquiescere.*

Πρέπον οὖν ἐστιν] Matth. XIII. 15. 1 Cor. XI. 13.

Ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων] Voce ἀπέχεσθαι utitur Apostolus semper de rebus malis: hic autem de personis Hæreticorum, à quibus fideles abstinere vult. Unde postea à Latinis excommunicati dicebantur *abstenti.*

Κατ' ἰδίαν] V. I. *Seorsum*, privatim. Phrasis, Evangelistis præsertim, usitatissima. Sequitur S. Paulum.

Περὶ αὐτῶν] V. I. *de ipsis.* Interpolator, μετ' αὐτῶν· ut sensus clarior. An spectat ad περιλαλεῖν per tmesin? Sic alibi περὶ αὐτῶν ὁμιλίαν μὴ ποιεῖν. A Rustico didicit Marcus Antoninus μὴ τοῖς περιλαλοῦσι συγκατατίθεσθαι. V. Orig. in Jo. 31. E. in Matt. 341. C.

Κοινῇ] V. Lysiam apud Athen. 534. F.

Προσέχειν δὲ] Pulchra ἐναντίωσις. ἀπέχεσθαι, *abstinere* ab hæreticis jubebat: προσέχειν, *adhærere*, *attendere* Prophetis & Evangelistis jubet. Quæ vox etiam apud Apostolos frequens.

Τῷ Εὐαγγελίῳ] An unum tantum Evangelium viderat?

Ὡς θεοῦ ἐντολὴν] *tanquam Dei præcepto institutos*, ut in epist. ad Trallianos.

P. 7. Χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου] V. I. *sine episcopo*, quod est ἄνευ. non satis plene. *Separatim ab Episcopo*, *vel seorsim*. χωρὶς & ἄνευ de eadem re, ubi Interpres tantum *sine* habet. Χωρὶς nunc ut adverbium, nunc ut præpositio Græcis usurpatur. Ubi adverbium est, clare *separationem* indicat: sed & eadem significatio est, ubi loco præpositionis ponitur. V. Gatak. Misc. p. 2. 3. ubi ex loco Xenophontis hæc optime explicantur. Jo. XV. 5. χωρὶς ἐμοῦ. ad quem locum vide Bezam.

Τῶν ἀνηκόντων] V. I. *quæ conveniunt in Ecclesiam*. Rectius vulgatus, *quæ ad Ecclesiam* pertinent. Barnab. 247. Clem. Alex. 633. D.

Η καθολικὴ ἐκκλησία] *Catholicæ cognomen, quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere*, inquit Valesius ad Euseb. *Prima illius mentio in Polycarpi martyrio sub Marco Antonino, secunda in passione Pionii sub Decio:* male. Hæc ab eo observatio facta est, priusquam verum Ignatium viderat. Nam Interpolator alio hæc traxerat.

P. 8. Οὔτε ἀγάπην ποιεῖν] *Agapen facere*. De Eucharistia intelligere videtur, ut & Interpolator, qui pluribus verbis reddit, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν. Sed de Eucharistia antea locutus est. Videtur igitur solennem cœnam significare, qua se excipiebant Christiani. De his cœnis Judas Apostolus. Clem. Alex. 430. C. Tertull. Apolog. C. XXXIX. Faustus Manichæus apud August. l. XXV. c. 20. Canon. XI. Concilii Gangreni. Salmasius ex hoc loco mire concludit, agapas invaluisse ad finem secundi seculi; in Apparatu.

Αγάπην ποιεῖν, ut δοχὴν ποιεῖν. Luc. V. 29. & XIV. 13. Ita Interpolator, & Constit. l. II. c. 28.

Καλῶς ἔχει] V. I. hæc non habet, & Interpolator præteriisse videtur.

Φίλωνα] Nomen viri ubique obvium. Philo ex Cilicia, Agathopus è Syria per Philadelphiam.

Και Ῥέον καὶ Αγαθόπουν] Lege Ῥέων Αγαθόποδα· ut in epistola ad Philadelph. ἅμα Ῥέῳ Αγαθόποδι. Sunt duo nomina unius viri. V. I. *& Reum & Agathopedem*, male: nec enim & ibi habetur. Certe duos tantum nominat Ignatii Simia. Sic apud Clementem Romanum ad finem epistolæ quinque personæ ex mala interpunctione exhibentur, quæ tres tantummodo fuere. Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν, Κλαύδιον, Εφηβον, καὶ Οὐαλέριον, Βίτωνα, σὺν καὶ Φορτουνάτῳ. Nam Κλαύδιος Εφηβος, Οὐαλέριος Βίτων duo tantum sunt. Ultimum καὶ addidimus ex MS. Clem. Alex. Strom. l. III. p. 450. Οὐαλεντῖνος δὲ ἐν τῇ

πρὸς

πρὸς Ἀγαθόποδα ἐπιστολῇ. Verisimile est ad hunc Agathopum scriptam fuisse illam Valentini epistolam. De Philone & Agathopede V. Martyrologium Romanum ad April. XXV. Agathopus nomen non infrequens apud Græcos & Romanos. Inter Olympionicas Ἀγαθόπους Αἰγινήτης στάδιον. 238. & 239. Inscript. MSS. ΑΓΑΠΟΥΣ ΕΥΦΙΜΟΥ, lege Ἀγαθόπους Εὐφήμου. Spon. 57. Ἀγαθόπους Εἰσιδώρ. Ἀφι. i. e. Agathopus Isidori filius, Aphidnæus. 51. Ἀγαθόπους Γοργίου. 162. Agathopus Diaconus Martyr Thessalonicensis in Synaxario Basilii. Apud Latinos in Inscriptionibus Gruteri. Agathopus Augg. Lib. Invitator. 605. 5. Reines. Agathopo, Successo, & Nicandro 590. Agathopus Lib. 591. 698. Agathopus, Silvanus, Callistus. in inscript. Reinesii non raro. Nec videtur aliud nomen fuisse, quod in inscriptione de domo Vespasiani cuditur Agatophus. L. Cassius Agatophus. P. Licinius Agatophus. Agathopus idem nomen Græce, quod Namphanio Punice. Præclarus Martyr apud Afros erat, cujus meminit Maximus Madaurensis in epistola ad S. Augustinum ep. XLIV. *Namphanio quid aliud significat, quam boni pedis hominem, i. e. cujus adventus afferat aliquid felicitatis? sicut solemus dicere, secundo pede introiisse, cujus introitum prosperitas aliqua consequuta sit.* Quem locum explicat Petitus Misc. l. 2. c. 3.

P. 9. Ἀνεπαύσατε] *Consolati estis.* Euseb. 92. A. Orig. in Jo. 268. D. Ἀνάπαυσις αἰώνιος. Heracleon apud Orig. in Jo. 280. D. in Matt. 384. E. ἐν τῇ ἀναπαύσει τοῦ θείου παραδείσου. 394. E. Matt. XI. 28. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. V. Int. *& ego reficiam vos.* Opus imperfect. *& ego reficiam vos, id est, repausabo.*

Ἀντίψυχον] V. I. *Conformis animæ vestræ Spiritus meus:* haud bene. Melius Vulgaris, *pro animabus vestris Spiritus meus.* Sæpius hac voce utitur Ignatius: at in epist. ad Polycarpum V. I. mire reddidit, *refrigerium.* quasi esset ἀνάψυχον· quod tamen minime Græcum est.

Ὑπερηφανήσατε] Ὑπερηφανέω & ὑπερηφανεύω, voces à LXX. usitatæ. Clem. Alex. 36. C. 367. D. Orig. in Jo. 12. D. Hinc expendendus Origenes contra Cels. p. 412. De hac voce Suidas, Ὑπερηφανῶ αἰτιατικῇ, accusativo gaudet: addens postea, ὑπεριδεῖν, τὸ καταφρονεῖν γενικῇ. Idem, ὑπερσοφιζομένου, ὑπερηφανευομένου ——

Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας] Ut distinguatur à reliquis ejusdem nominis urbibus, quæ plures erant: at hæc earum, ut loquitur Stephanus, πρώτη. Ἀντιόχεια δέκα πόλεις ἀναγράφονται· decem sc. urbes eo nomine insignitas invenerat ἐν ἀναγραφαῖς· εἰσὶ δὲ, inquit, πλείους. Ipse sc. plures observaverat,

& tredecim enumerat, ut nunc editur. Addenda autem est decima quarta ex MS. veteri, ιδ' Ισαυρίας ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. Appianus etiam tradit sedecim Antiochias ab uno Seleuco conditas esse in memoriam Patris sui. Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἑκκαίδεκα μὲν Αντιοχείας ἐπὶ τῷ πατρί. Syriacis p. 86. Recte etiam Antiochia Syriæ dicitur, ut non solum distinguat ab illa Antiochia, quæ in ipsa Asia Lydiaca sita est, & Stephano dicitur Αντιόχεια Λυδίας, & Phlegonti, ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ· unde in veteri nummo Αντιοχέων Μαιάνδρος, ut observavit Holstenius, sed etiam ab earum una, quæ in ipsa Syria fuit, sed non ejusdem famæ, quæ dicebatur *Antiochia ad Euphratem*; hæc autem *ad Daphnum aut ad Orontem*, dicta est *Antiochia Syriæ*, non tantum, quia in Syria sita est, sed quia Syriæ metropolis fuit, quam Strabo *caput Asiæ*, Marcellinus *pulchrum Orientis apicem* vocat. Stephanus Δάφνη, προάστειον ἐπισημότατον τῆς Εῴας Αντιοχείας μητροπόλεως. Hic quidem Ignatius non dicit, sed indicat se fuisse episcopum Antiochiæ, & ibi in vincula conjectum, ad Troadem jam perductum esse. Sed in epistola ad Romanos vocat seipsum diserte τὸν ἐπίσκοπον Συρίας, quod idem & aliquid majus significat. Et certe veteres omnes tradunt eum Episcopum Antiochiæ fuisse: & quia constat, tum Petrum, tum Paulum Antiochiæ versatos esse, ideo ab Apostolis ordinatum fuisse aliqui tradunt. quod non est perinde certum.

P. 9. Κατὰ θέλημα] Absolute pro *voluntate Dei*, ut in epist. ad Polycarp. ὡς τὸ θέλημα προστάσσει· & propius ad hanc rem in initio epist. ad Romanos. Certe Interpolator hoc loco habet θέλημα τοῦ Θεοῦ· & ita V. I. in suo codice legisse videtur. Quære an respexerit 1 Cor. XVI. 12?

Χειροτονῆσαι] 2 Cor. VIII. 19. Πρεσβεύοντες, οἱ τοὺς πρέσβεις χειροτονοῦντες καὶ πέμποντες. Thomas Magister.

Θεοπρεσβευτὴν] V. I. *Deo venerabilem*, subaudi, *virum*. Nam in MS. legitur θεοπρεσυύτην per duplex υ· ubi prius υ pro β ex pronunciatione Græcorum ponitur. Voluit igitur θεοπρεσβύτην vel θεοπρεσβευτήν. quod certissimum. Nam & eadem vox ab Interpolatore hic retinetur, & in genuina ad Philadelphenses epistola à Troade eodem tempore scripta sic explicatur: χειροτονῆσαι διάκονον εἰς τὸ πρεσβεῦσαι ἐκεῖ θεοῦ πρεσβείαν. Πρεσβευτὴς vox Attica in numero singulari. Thomas Mag.

Οτι εἰρηνεύουσιν] De tempore differendum contra Baronium & Halloixium. An tempore terræ-motus?

P. 10. Ασπάζεται] Imitatio Apostolorum, præcipue S. Pauli, cujus epistolæ salutationibus plenæ sunt. 1 Cor. XVI. 20.

Ασπά-

Ασπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Phil. IV. 21, 22. Tit. III. 15. Gloss. Ασπάζομαι, *saluto*, *amplector*. *Salutat*, Ασπάζεται. *Salutatio*, ἀσπασμός. Insignis salutatio Caldonii Episcopi inter Cyprianicas XXIV. *Salutate nostros*, *vos nostri.* an *vestros?*

P. 10. Η ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] i. e. ἀδελφοί. 1 Cor. XVI. 20. Phil. IV. 21. Tit. III. 15.

Εν Τρωάδι] Ex Syria per Troadem iter. Lucianus p. 392. de seipso, Ηκον ἀπὸ Συρίας, ὡς ἀπὸ Τρωάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ. sc. Peregrino Philosopho ad Olympia. De Troade V. Stephanum.

Οτι κατὰ] Ος pro ὅτι ex MS. posuimus, cui consentit V. I.

P. 11. Εν ὀνόματι] Hæc in textum ex margine primo irrepsisse videntur: ubi vel ut glossema, vel ut varia lectio, aut correctio habebatur: nam paullo ante dixerat, ἐν ὀνόματι. Certe hæc non agnoscit V. I. & plane superflua sunt.

Ασπάζομαι τοὺς οἴκους] Οἴκους vocat, quos S. Paulus nunc οἴκους, nunc οἰκίας nominat: familiæ autem quæ intelligantur, explicat, σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Hinc lux illi loco 1 Cor. I. 16. ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον· i. e. non tantum Stephanum, sed omnes, qui ad ejus familiam pertinebant. Ασπασμὸς videtur esse tum salutatio propter salutem, tum valedictio. Artemid. l. II. c. 2. Ασπάζεσθαι δὲ τοὺς συνήθεις, καὶ προσαγορεύειν, καὶ καταφιλεῖν, ἀγαθόν. Salutationes signa communionis Ecclesiasticæ: unde Lucianus Confessor inter epistolas Cypriani XXII. *Saluta Numeriam & Candidam.*

Τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας] Gloss. χήρωσις, *viduitas*, *cœlibatus*: χηρεία γυναικὸς, *viduitas*. χηρεία ἀνδρὸς, *cœlibatus*. Harmenopulus l. VI. tit. de V. S. Seneca in Agamemnone,

Ante te morantur virgines
Viduæ domi.

Tertull. de velandis virginibus c. 9. *Plane scio alicubi virginem in viduatu ab annis nondum viginti collocatam:* qua de re queritur.

Τὸν οἶκον Ταουΐας] V. I. *domum Thaviæ*. Vulg. legit Γαουΐας· quumque Γ & Τ. tam similes literæ sint, & in MSS. sæpe confusæ reperiantur, dubitari non immerito potest, an mulieris hujus nomen Gavia fuerit, an Tavia. Mihi Gavia potius fuisse videtur. De Gavia enim sæpe legimus, de Tavia non item. Reines. 664. 671. 693. 743. Gavia mater & filia. Gavia Gorgonia. Gruter. 1031. 8. Gavia filia

Gavii Daphni. Reinef. 693. & 664. Gaviæ Domatæ vel Donatæ, filiæ dulciffimæ. Gavius Quinctilianus. Gavius inter Græcos nomen tritiffimum.

P. 11. Ἀλκην] Cujus quoque meminit in epift. ad Polycarpum. Infcript. XXXII. in appendice Marm. Oxon. Ἀλκη Τιμοκράτους τοῦ Ἀπίλλου. Inter Latinos Grut. Infcript. 310. 4 *Alce fecit.* Alce nomen erat cujufdam feminæ, quæ tricefimo plus minus abhinc anno Smyrnæ vixit, & foror erat Nicetæ, quem certum eft hoc ipfo tempore Ignatii vixiffe, & patrem fuiffe Herodis, qui tunc Smyrnæ Irenarcha fuit, (De Niceta Smyrneo V. Reinef. 609. qui eum ante vixiffe vult) quum S. Polycarpus paffus eft, A. D. CXLVII. Quæ quidem eadem effe potuit cum hac noftra: nam Chriftiana inde fuiffe videtur, quia Acta eam honoris cauffa nominant. Quum enim Acta illa Polycarpi prius Herodem, & patrem ejus Nicetam, memoraffent, poftea addunt, ὑπέβαλον γοῦν τινες Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Δάλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι· ubi hæc femina corrupte Dalce nominatur: qui quidem vetus error eft. Sic enim locus ille à Rufino tranflatus eft: *Inftigabatur autem Nicetas, Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire judicem.* Varie autem corrupti funt hi codices; quum unus Δάλβης, alius Δάρκης habeat, ut teftatur Valefius. Sed codex Actorum Ufferii recte habet, ἀδελφὸν δὲ Ἀλκης, & vetus illorum Actorum Interpres, *fratrem vero Alces:* & codex MS. Savilii pariter, ἀδελφὸν δ' Ἀλκης. Idem igitur nomen fuit, fi non & eadem femina, ratione cujus, utpote Chriftianæ, frater ejus Nicetes intercefferat pro Polycarpo.

Τὸ ποθητόν μοι] MS. μου· & ita etiam in epift. ad Polycarpum editum eft. Phil. IV. 1. Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι.

Καὶ Δάφνον τὸν ἀσύγκριτον] V. I. ita legebat, *& Daphnum incomparabilem.* Infcrip. apud Grut. 780. A. Fabius Daphnus. 1077. C. Cornelius Daphnus. Reinef. L. Valerius Daphnus, 589. bis. Ti. Claudius Daphnios pro Daphnus. 640. Daphnus enim vulgare nomen erat ea ætate, ut multæ aliæ Infcriptiones apud Grut. oftendunt. 654. 1. Daphno Sumptuario. 333. 5. Daphnus Imp. T. Cæf. Aug. Vefpafiani Ser. Pecul. 1069. 8. Infcript. de domo Vefpafiani. 240. Qu. M. Cœlius Daphnus. A. Cafcellius Daphnus. P. Faunius Daphnus Inter Deipnofophiftas Athenæi numeratur Daphnus Ephefius. Ἀσύγκριτος S. Paulo viri nomen eft. Rom. XVI. 14. hic autem epithetum effe articulus Daphnum fequens indicat, & *incomparabilem* fignificare videtur: ad Latinæ linguæ

phrafim

phrasim accommodatum. Græci enim veteres aliter eam vocem usurparunt. Hesych. Ασύγκειτον, ἀνόμοιον, ὑπερέχον. Glossa vero, Ασύγκριτος *incomparabilis*. Epiphan. 418. & 413. Hermes pag. 50. καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Versio Latina, *& omne negotium tuum erit incomparabile.* Vox hæc in Latinis inscriptionibus frequenter occurrit. Gavius Leo filio incomparavili Pompeio. V. pro B. Reinef. 919. Marito incomparabili, 728. 1022. Patri incomparabili, 710. Animæ incomparabili, 748. Conjugi incomparabili, 423. 429. 574. 701. 711. 730. 732. Amico suo incomparabili, 425. Conjugi karissimæ & incomparabili, 563. Filiis incomparabilibus, 656. 664.

P. 11. Ἔρρωσθε] Solennis formula. Ita Apostoli Act. XV. 29. V. Artemid. l. I. c. 85.



IN
EPISTOLAM
AD POLYCARPUM.

P. 12.  ᾶλλον δὲ ἐπισκοπημένῳ] Pulchra Epanorthosis & plane Apostolica. Galat. IV. 9.

Ἀποδεχόμενος] V. I. *acceptans*, Vulg. *suscipiens*. Gloss. Ἀποδέχομαι, *probo*, *acceptum habeo*, *comprobo*. *Comprobat*, ἀποδέχεται.

Τὴν ἐν Θεῷ γνώμην] Ut in epist. ad Romanos, τὴν εἰς τὸν Θεόν μου γνώμην. V.I. *sententiam*. Ita quidem Glossographi.

Τοῦ προσώπου σου] Nunquam igitur ante viderat Polycarpum.

Οὗ ὀναίμην ἐν Θεῷ] V. I. *qua fruar*. Vulg. *quam acquisivi*. Phrasis Apostolica. Ad Philem. v. 20. Ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Theophylactus, Ἀπολαύσαιμι τῶν σῶν χαρίτων. Idem locus apud [a] Hesychium plenius explicatur: Ὀναίμην, τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. & rursus, Ὄναιτο, ἢ ὄναιτο, ὠφεληθείη. Sed pro ὄναιτο legendum ὀναίατο, ut res ipsa postulat, & sine dubio respexit Hesychius locum Sophoclis. p. 91. Frequens apud veteres hujus vocis usurpatio: ut in [b] Vindiciis ostendi. Post Ignatium statim alii usurparunt; ut Valentiniani. Ὀναίμην τοῦ ὀνόματός σου, σωτὴρ ἀληθείας. Iren. l. I. c. 18. Interpres, *Fruar nomine tuo*, *Salvator veritatis*. Lucianus, 250. 43. Ὄναιο δὲ τούτων τῶν καλῶν ἔργων.

Ἧι ἐνδέδυσαι] V. I. *qua indutus es*. Ita Græci, qui hanc loquendi formam à Latinis accepisse videntur. Imitatur autem S. Paulum, qui voce ἐνδύω & ἐνδύομαι hoc sensu sæpe utitur. Ephes. VI. 14. Coloss. III. 12. Vide etiam Luc. XXIV. 49. Quære, an Græco more ᾗ ἐνδέδυσαι pro ἥν.

Προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου] V. I. *Apponere cursui tuo*. Vulg. *Adjicere ad cursum tuum*. Πληροῦν τὸν δρόμον, Act. XIII. 25. Τελειοῦν τὸν δρόμον, Act. XX. 24. 2 Tim. IV. 7.

Ἐκδίκει σου τὸν τόπον] Pulchra hortatio & modesta. Clemens Romanus ad hæc alludit, p. 58. 7. & planius 53. 9. V. I. *Justifica locum tuum*. Gloss. Ἐκδικῶ, *vindico*, *defendo*, *ulciscor*. Τόπος autem locus, quem habuit in Ecclesia, sc. Episcopatus. Hortatur igitur Polycarpum, ut locum & di-

a Vide etiam Hesychium & Suidam in ἐγώ, b Parte II. c. 15.

gnita-

gnitatem officii sui tueatur & defendat; eaque, quæ ad sedem suam pertinebant, vindicet. Ita Origenes in Matth. p. 279. Ἐπεὶ δὲ τὸν τόπον ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες, χρῶνται τῷ ῥητῷ ὡς Πέτρος . . . . . λεκτέον, ὅτι ὑγιῶς λέγουσι. Novatianus, ut scribit Cornelius, Episcopos tres μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειροθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι, ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ· apud Euseb. H. E. lib. VI. c. 43. Imo idem Novatianus scipsum ἐκδικητὴν εὐαγγελίου vocabat. Ita apud Latinos veteres *locus* nominatur. Cyprianus Epist. XVI. *Quando aliqui de Presbyteris nec Evangelii nec loci sui memores:* & paullo post; *memores loci nostri.* Epist. XV. initio, *Sollicitudo loci nostri.* Epist. III. de Diacono, *Immemor sacerdotalis loci tui & officii, ac ministerii sui oblitus.* Epist. XL. de Numidico Presbytero: *Promovebitur quidem, quum Deus permiserit, ad ampliorem locum religionis suæ.* h. e. ad Episcopatum. Ambrosiaster, vetus Auctor, *Scholæ enim sunt, quæ positis in se dant dignitatem; ut loci honor faciat gloriosum, non propria.* Ad cap. XII. primæ ad Corinth. Alexander Episcopus Hierosolymitanus ante Cyprianum in epistola ad Antinoitas apud Euseb. l. VI. c. 11. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε. Opus imperfectum Hom. XLIII. p. 695. A. *Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram. Non locus sanctificat hominem; sed homo locum.* Hæc in Didascalia primo, post in Constitut. lib. II. c. 2. ὁπότε χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς —— Epiphanius p. 386. 42. Οὕτω κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἦσαν οἱ τόποι. Plinius Panegyrico: *Nemo est ergo tam tui, tam ignarus sui, ut locum istum post concupiscat.* Salmasius de Episcopatu sive officio Episcopi ista affert ex Hesychio, Ἐπισκοπή, ἐκδίκησις, ut probet, Episcopatum *nihil aliud esse, quam patrocinium & protectionem eorum, qua sibi subjectos quis defendat ac tueatur.* Sed argumentis ad eam rem probandam se destitutum esse significavit, quum hoc utebatur. Non enim Hesychium intellexit, qui vocem propheticam hic, ut multas alias alibi, exponit. פקוד nunc ἐπισκοπή, nunc ἐκδίκησις à LXX. transfertur: unde orta est illa expositio. Neque enim unquam Episcopi officium dicitur ἐκδικεῖν fideles, sed locum suum ἐκδικεῖν. Ita Polycrates apud Euseb. l. V. c. 24. περιμένων τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπήν, i. e. ἐκδίκησιν. Antiochus homil. CXI. ὠφελείας διόρθωσις γενέσθω παρ᾽ αὐτῷ ἐκδικεῖν αὐτοῦ τὸν τόπον. An ἀφελείας? V. quoque Isidor. Pelus. l. II. ep. 52.

P. 13. Ἀκοίμητον] Cyrilli Lex. Ἀκοίμητον, ἄπαυστον. Gloss. Ἀκοίμητον *indormis.* Apud Damascenum legitur ἀκοίμητον ὄμμα·

quod

quod idem eſt. Intelligit enim ὄμμα τῆς ψυχῆς, ut Iſidor. Peluſ. l. III. ep. 324. Inde poſtea Monachi quidam dicti ſunt ἀκοίμητοι, de quibus videndus du Freſne voc. *Acœmiti.*

P. 13. Κατὰ βοήθειαν] V. I. *ſecundum conſuetudinem.* Non igitur βοήθειαν, ſed ὁμοήθειαν legebat: ut ad Magneſ. ὁμοήθειαν θεοῦ vertit *eandem conſuetudinem Dei.* Vetus igitur lectio hoc loco videtur eſſe ὁμοήθεια· quæ vox ab Interpolatore retinetur. ϐ & μ in MSS. ſæpe vix diſtingui poſſunt: ſed repudianda prorſus verſio. Philoſtratus in vita Apollonii. Ανέχεται τὰ ἐκ τῶ ἀνθρώπω πάντα, καὶ ὁμοήθειαν ἐπιτηδεύει πρὸς αὐτόν. Clem. Alexandr. 745. A.

Πάντων τὰς νόσους βάσαζε] Quid eſt βασάζειν τὰς νόσους, vide Matth. VIII. 17. ex Iſaia, ſecundum Hebr. non LXX. unde fortaſſe colligi poteſt, S. Matthæum Hebraice ſcripſiſſe. Grotius ad locum, Εϐάςασε *portavit*, *abſtulit interpretatur Tertullianus.* minime gentium. Sic enim Tertull. l. 3. adverſus Marcionem c. 17. *Ipſe enim imbecillitates noſtras abſtulit*, & *languores portavit.* Εϐάςασεν igitur Tertullianus, ut alii, *portavit*, non *abſtulit*, interpretatus eſt: *abſtulit* autem poſuit pro ἔλαϐε.

Ως τέλειος ἀθλητὴς] Polycarpum ut *Athletam* hortatur, & quidem perfectum, ſive pancratiaſten, ſive pentathlon: unde τέλειον & τελειώτατον γυμνάσιον apud Galen. ὑγι. in initio lib. 3. pag. 245. 12. Plato ὁ τελέως συγκράτιον ἠσκηκὼς, ἢ πυγμὴν, ἢ πάλην· l. VII. de legibus.

Οπυ πλείων κόπος] Vide 1 Cor. III. 8. Pulchra hæc eſt γνώμη ſive ſententia, quam exhortationibus interſerit. Κόπος labor vehemens, & agitatio corporis violenta, unde laſſitudo oriri ſolet: major ſcil. quam quæ à corpore ferri poſſit. Κόπος Athletas proprie ſpectat.

Λοιμοτέρυς] Ita enim legit Interpolator. Vulg. Interpres, *peſtiferos.* Interpres vetus, *deteriores.* Antiochus, Antonius, & Damaſcenus, ſenſum reſpicientes, verba mutarunt, & pro λοιμοτέρυς exhibuerunt ἀπειθεςέρυς. Eſt enim quaſi peſtis Eccleſiæ inobedientia. Act. XXIV. 5. Ευρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τῦτον λοιμὸν καὶ κινοῦντα ςάσιν. Vulg. *peſtiferum*, Beza *peſtem.* male. Chryſoſtomus exponit λυμεῶνα. υἱοὶ λοιμοὶ, 1 Sam. II. 12. οἱ υἱοὶ Ηλεὶ υἱοὶ λοιμοί. V. I. *Filii Eli filii Belial.* Hieronymus ad Epheſ. cap. IV. *filii peſtilentiæ.* Origenes contra Celſum l. VIII. p. 394. ὥσπερ οἱ φαῦλοι ἄνθρωποι, ἄνθρωποι ἁμαρτίας, υἱοὶ λοιμοὶ, ἢ υἱοὶ ἀδικίας. Sic ἄνδρες λοιμοὶ in libris Maccabæorum ſæpius. Lib. I. c. X. v. 61. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ Ισραὴλ, ἄνδρες παράνομοι· ſic c. XV. 3. 21. quibus locis deſcribuntur viri immorigeri, turbulenti, & ſeditioſi.

Prov.

Prov. XXI. 24. Θρασὺς καὶ αὐθάδης καὶ ἀλαζὼν λοιμὸς καλεῖται. ὃς δὲ μνησικακεῖ παράνομος. & XXII. 10. Ἔκβαλε ἐκ συνεδρίου λοιμὸν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος. Ubi Aquila, Symmachus, & Theodotio χλευαστήν. Apud Hesychium, λοιμῶν, φθοροποιῶν ἢ ἁμαρτωλῶν τῶν τοῦ κόσμου, ἐλιπαίκτων, lege ἐμπαικτῶν. Respexit enim Lexicographus ad Psalm. I. 1. ubi Aquila transtulit χλευαστῶν, quem secutus est Hieronymus, *in cathedra derisorum.* Καθέδρα λοιμῶν τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν κατὰ διάδοσιν γινομένην —— Ita Theodoretus. Quæ quidem expositio est arguta nimis. Cyprianus libro *de unitate. Quos designat in Psalmis Spiritus S. sedentes in pestilentiæ cathedra, pestes & lues fidei.* Quæ Psalmi verba ita exponit Barnabas, p. 232. quasi λοιμοὶ iidem essent ac *rapaces*: καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε, καθὼς τὰ πετεινὰ τὰ καθήμενα εἰς ἁρπαγήν. Clem. Alex. habet ἕτοιμα per modum explicationis. De his Viris, qui λοιμοὶ dicuntur, quærendum ajebat S. Basilius: Ἐξέτασον λοιπὸν τίνας ὀνόμασε τοὺς λοιμοὺς, & postquam de ea re paullo latius disseruisset, inquit, οἱ τοιοῦτοι λεγέσθωσαν, μὴ τοίνυν καθίζῃς ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν, ἢ μὴ μετάσχῃς συνεδρίου ἀνθρώπων φθοροποιῶν καὶ λυμεώνων. Idem igitur λοιμὸς & λυμεὼν, λοιμοὶ & λυμεῶνες. Suidas λοιμὸς ὁ φθορεύς. Ab hoc adjectivo λοιμὸς est λοιμότερος. Noster autem respicit potius Actorum quam Psalmi locum, & turbulentiores & perniciosiores intelligit, quos bonis & morigeris opponit, quos non vi sed mansuetudine subjiciendos esse docet. Quæ verbi notio semper apud LXX. habetur & Scriptores Hebraicos.

P. 13. Ἐν πραότητι ὑπότασσε] Ad exemplum Timothei, 2 Tim. II. 25. ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους.

Οὐ πᾶν τραῦμα] *Imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur collyrio.* Hieron. ep. LXI. p. 661. A. Idem in Præfatione ad Ephesios. *Ita S. Apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis, nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare.*

Παροξυσμοὺς] V. I. *Exacerbationes.* Vulg. *Acredines.* Act. XV. 39. Ἐγένετο οὖν παροξυσμός. Vulg. *facta est autem dissensio.* Erasmus, *acris disputatio.* Beza, *exacerbatio. Quum passio vehementescit:* ut loquitur Aurelianus Sicensis, l. I. c. 12.

Ἐμβροχαῖς] V. I. *in pluviis*, quasi legisset ἐν βροχαῖς· ut apud Antiochum legitur, & ἐν βρόχοις apud Damascenum: perperam. μ & ν sæpe in MSS. confunduntur ἐμβροχή Dioscorid. l. 6. c. 14. Glossa Græco-Lat. ἐμβροχὴ *humectatio.* ἐμβροχαῖς *inpluviis*, ut Glossatores pro *impluviis.* Gloss. *implurimus* μαδυρός. Latina vox corrupta. Vulcanius

canius legit *implumis.* male. lege *impluvius.* ἰμβροχὴ *impluvium.* Onomasticum vetus, ἰμβρέχω *impluo.* Gloss. Latino-Græc. *pluit* βρέχει. Græco-Lat. βρέχω *pluo.* Sensus hujus consilii optime illustrari potest ex Constit. l. II. c. 20. & 41,

P. 13. Παῦε] Vox à Medicis sæpe usurpata, & hic recte posita. Vide Foësii Oeconomiam. Παῦσις *accessionis declinatio.* Origenes in Joan. p. 254. Οὐ μάτην δὲ ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. ὁ γὰρ ἀριθμὸς ἀναπαύσεως ἦν· alludens, ut solet, ad diem Sabbati, qui dicebatur ἡμέρα ἀναπαύσεως.

Σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς] Male hæc sugillant nuperi Critici. Recte explicat Interpolator.

Τὰ φαινόμενά σου] i. e. corpus tuum.

Κολακεύῃς] Interpol. ἐπανορθώσῃς· an κολακεύῃ, ut apud Antiochum?

P. 14. Ὁ Καιρὸς] Vide Antiochum & Usserium.

Εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν] V. I. * *à Deo potiundum:* an pro *ad Deo potiundum?*

Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητὴς] V. I. *Vigila, caute te gere.* In Epist. ad Smyrn. ἀνανῆψαι. 2 Tim. IV. 5. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον. V. Philon. apud Euseb. l. II. c. 18. p. 58. B. Origen. in Joan. 146. B. Celsum apud Orig. l. III. 157. Philonem Jud. p. 1030. E. Polycarpus, νήφοντας πρὸς τὰς εὐχάς. Tertullianus ad Martyres: *Nempe enim ut Athletæ segregantur in strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent, continentur à luxuria, à cibis lautioribus, à potu jucundiore; coguntur, cruciantur, fatigantur: quanto plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant.* Vide quoque Theophylactum ad 2 Tim. IV. 5.

Τὸ θέμα] V. I. quum recte reddere non potuit, caute Latinis literis expressit. Interpolator pro sua libidine vocem mutavit, & pro θέμα θέλημα posuit. Hujus vocabuli, quum variæ & valde diversæ significationes ei tribuuntur, expositio hoc in loco pendet ex præcedentibus: Νῆφε; ὡς Θεοῦ ἀθλητής. Est enim vox Agonistica, ad Athletas pertinens. Vult igitur Polycarpum, ut athletam, non hominum, sed Dei, prœmium quidem, ut athletæ solebant, exspectare, non autem humanum, non coronam aut pecuniam, sed à Deo dandum, & munus Deo dignum, immortalitatem sc. & vitam æternam. Illud enim est ἆθλον Dei athletis proprium. Sic eam vocem usurpavit posteriorum Sibyllinorum conditor, secundi seculi Scriptor, prœmium ipsum nunc θέμα simpliciter, nunc ἆθλον τοῦ θέματος appellans. p. 196

* Prout Uss. edidit.

Αγνὸς

Ἁγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, a ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι·
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος.

Hæc Phrygia femina, ejusdem cum S. Ignatio seculi, scripsit. Nam agonum victores apud veteres à prœmio vel στεφανῖται dicebantur. Athen. p. 584. C. Οὐ γὰρ στεφανίτης ὁ ἀγών ἐστιν, ἀλλ' ἀργυρίτης. Gr. Inscript. p. 314. 1. à latere. vel θεματικοὶ, ut Jul. Poll. l. III. c. 20. Θέμα etiam quoddam argentum sive pecuniam significabat, quum apud Trapezitas depositum fuit. V. Salmas. de fœnore Trapez. p. 563. Huc refer Tobiæ IV. 9. θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Θεματικοὶ autem Ἀργυρῖται dicti sunt: unde Pindarus.

Σικυῶθεν δὲ ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.

Inter Marmora Arundelliana recitantur Publii Citharœdi agones, additurque, θεματικοὺς τε καὶ ταλαντιαίους. Seldenus reddit, *omnia proposita præmia habuere, & fuere difficillima.* At quis ταλαντιαῖον Græce dixit pro *difficillimo*? Agones omnes illi erant argentarii seu pecuniarii, neque ullum ex illis prœmium habuit talento minus. Exodi XXV. 1. λυχνία ἡ ταλαντιαῖα. Orig. in Matt. 347. E. ταλαντιαῖοι λίθοι. Suidas in τάλαντον. Hesychius, ταλαντιαῖον, βαρύ. Socrates Rhodius in descriptione convivii Cleopatræ apud Athenæum p. 148. ταλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθοὺς δέδωκε, interprete Dalechampio, *talenti sumptu convehendas rosas curavit.*

P. 14. Ἀντίψυχον] V. I. mire reddidit *refrigerium*, quasi legisset ἀνάψυχον· ut ipse in epist. ad Trallianos, ἀναψύχειν vertit *refrigerare.*

Ἑτεροδιδασκαλοῦντες] 1 Tim. I. 3. & VI. 3. Δύσφημοι ἑτερόδοξοι. Euseb. p. 522. D.

Καταπλησσέτωσαν] V. I. *stupefaciant.* Gloss. καταπλήσσω, *stupefacio.*

Στῆθι ἑδραῖος] Hesychius, Ἑδραῖοι, σταθεροὶ, ἀσάλευτοι. Cyrill. Lex. Ἑδραῖοι, σταθεροὶ, ἀσάλευτοι, στερεοί. Respiciunt ad 1 Corinth. XV. 58. & VII. 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος. Pertinet ad omnes fideles, ut sint ἑδραῖοι, præcipue vero ad Ecclesiæ Pastores. Gloss. ἑδραῖος, *firmus*, *stabilis.* Ab ἕδρα ἑδραῖος, ab ἑδραῖος ἑδραιόω & ἑδραίωμα· unde S. Paulo στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας. 1 Tim. III. 15. Ita Lugdunenses apud Euseb.

a Μέχρι καὶ θανάτου ποιοῦσιν ἀγῶνα.

Attalum

Attalum vocant στύλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐνταῦθα. Basil. Cæsar. ep. LXII. de Musonio Neocæsariensi Episcopo, ἔρεισμα πατρίδος, ἐκκλησιῶν κόσμος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Triephon. apud Lucianum, ἐχ ὁρᾶς, ὡς ἐκ ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν, και ἀμφίλοξα, καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα.

P.14. Δέρεσθαι] *Magni est athletæ*, Pancratiastæ aut pugilis. Δέρεσθαι. Gloss. *vapulat* δέρεται. Δέρω, τύπτω, *vapulo*, *castigo*. Δέρω, ἐκδέρω, *cædo*. 1 Cor. IX. 26. οὕτω πυκτεύω, ἐχ ὡς ἀέρα δέρων. Idem est quod δαίρω · quamvis Suidas distinguit : ipse tamen aliter in δέρτρον. Hesychius, Αδαρτος, ἀμαστίγωτος. Gloss. Αδαρτος *incæsus*. Apud Suidam Ποταμοδάρτης, *fluvium tundens*. Portus, satis inepte. Legendum enim Ποταμοδιάρτης, quam vocem Suidas habet ex Artemidoro.

Ενεκα Θεῦ] Ita sæpe Christus ἕνεκα ἐμοῦ. Ενεκά σε. Rom. VIII. 36. *propter te*, ut Vetus Interpres, vel *tui caussa* ut Novus.

Πάντα ὑπομένειν] Gloss. *Tolerare*, ὑπομεῖναι. Onomast. *Sustinet*, ὑπομένει. *Tolero*, φέρω, ὑπομένω. ὑπομένω, *tolero*, *fero*, *passo*, *sustineo*, *patior*, *perpesso*, *persero*. πάντα ὑπομένειν, exemplo S. Pauli, 2 Tim. II. 10.

Καιρὲς καταμάνθανε] *Considera*, non male. Gloss. Καταμανθάνει, *considerat* : & καταμανθάνω, *considero*, *condisco*. Καταμάθησις, *consideratio*. Matth. VI. 28. Καταμάθετε τὰ κρίνα τῦ ἀγροῦ. V. I. *Considerate lilia agri*. Δοκιμάζειν τὸν καιρὸν, Luc. XII. 56. Τῷ καιρῷ δυλεύειν, Rom. XII. 11. Εἰδέναι τὸν καιρὸν, Rom. XIII. 11. Εξαγοράζειν, Ephes. V. 16. Coloss. IV. 5.

Τὸν ὑπέρκαιρον] Pulcherrimus hic locus est, & accurate explicandus.

Αχρονον] Clem. Alex. lib. VII. 700. C. Τὴν ἄχρονον καὶ ἄναρχον ἀρχήν τε καὶ ἀπαρχὴν τῶν ὄντων τὸν υἱόν. Ad hunc alludere videtur Epiphanius, 369. 20. V. Athanas. 2. dial. de Trinitate.

Τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν] Iren. p. 277. D. *Invisibilis & visibilis factus*, *incomprehensibilis factus comprehensibilis*, *& impassibilis passibilis*. Idem 379. D. 331. B.

P. 15. Τὸν ἀψηλάφητον] Athanas. ad Epictetum p. 586. C. V. Theodotum Ancyranum. Concil. Ephes. 1014. D.

Παθητὸν] Theodotus Ancyranus. pag. 11. Naz. Orat. XVII. 273. C. τὰ τῦ ἀπαθῦς πάθη. Orat. XL. 671. C. ἀπαθῆ θεότητι, παθητὸν προσλήμματι. Orat. LI. 538. C. D. παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητι ---- quem & vocat θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Orat. XXXVI. Videndus omnino Eranistes Theodoreti, & discutiendus.

P. 15.

P. 15. Τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν] Barnabas: Πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν, εἰ μὴ διὰ ἡμᾶς.

Ὑπομείναντα] Barn. 219. οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινε. 241. διὰ ἡμᾶς ὑπομεῖναι.

Φροντιστὴς ἔσο] Non tantum φρόντιζε *curam suscipe*, sed ut V. I. *curator esto:* ut sc. Episcopus ad officium suum pertinere sciat, quod sit Φροντιστής. V. Philip. IV. 3. & Cyprianum de habitu Virginis.

Μηδὲν ἄνευ γνώμης σοῦ] Hæc habet S. Chrysostomus tom. VI. p. 645. Vide quæ diximus contra Savilium & Usserium in Vindiciis.

Μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ γνώμης τὶ πράσσε] V. I. *Neque tu sine Deo quid operare.* Non videtur legisse γνώμης hoc loco.

Ὅπερ οὐδὲ πράσσεις, εὐσταθὴς] Pessime hæc reddidit V. I. *Quod autem operaris, sit bene stabile:* ac si legisset δὲ pro οὐδὲ & εὐσταθὲς pro εὐσταθής. Lectio cod. MS. vera est. Tu igitur cum D. Vossio redde: *quod neque facis, constans quum sis.* Ex hoc loco desumpta sunt, & in didascalia Ignatii conjecta, quæ nunc Constit. Apostol. lib. II. c. 2. exstant de Episcopo: Ἔστω οὖν καὶ νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, εὐσταθής. Nescire se profitetur Phrynichus, qui post Ignatium scripsit, unde εὐστάθεια & εὐσταθὴς in Græcam linguam irrepserint, & eam rem consideratione dignam judicavit. Nos igitur paullo consideremus. Εὐσταθὴς quidem de constitutione corporis usurpabant Epicuræi: de qua Orig. contra Cels. l. III. p. 159. τὸ τῆς σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα. De animo potius accipitur, & de constanti & immoto ejus tenore, & stabili, placido & quieto statu. Optime Plutarchus ostendit in Lycurgo: *illud nec timori nec iracundiæ subjicitur, sed cum spe & fortitudine consistit.* In Psalmo VI. Solomoni attributo, Ἐν εὐσταθείᾳ καρδίας αὐτοῦ ἐξύμνησε τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Appianus in Syr. p. 66. τῆς πολιτείας οὐδὲν βέβαιον, οὐδὲ εὐσταθὲς ἐχούσης. Hippolytus de Susanna, τὸ γὰρ σῶφρον καὶ ἐμπαθές· ἴσ. εὐσταθές. Gloss. V. Εὐσταθὴς, *firmus, constans. Quiescit,* εὐσταθεῖ. Orig. contra Cels. p. 128. 56. & 152. 35. εὐσταθοῦντας apud Hermam. p. 48. Orig. in Jo. ποιμαινόμενοι ὑπὸ Χριστοῦ διὰ τὸ σφῶν αὐτῶν πρᾶον μὲν καὶ εὐσταθές. 30. B. & contra Celsum. 50. εὐσταθὲς καὶ πρᾶον. Jos. 739. 29. Cyril. Catech. 241. B. σταθερὸν ἄνθρωπον culpat Phrynichus. sæpe utitur Philo. τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ εὐσταθές. Orig. contra Cels. p. 363. Religione Christiana fiunt homines ἐπιεικέστεροι, σεμνότεροι, εὐσταθέστεροι. Ἐκκλησία μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, φέρ' εἰπεῖν, ἡ Ἀθήνησι, πραεῖά τις καὶ εὐσταθής. 128. ἀθρόως προτρέποντας πλήθη ἐπὶ τὸν ἐξ ἀκολάστων εἰς τὸν εὐσταθέστατον βίον. 152. qui locus est corruptus. εὐσταθῆ καὶ νηφάλεον κατήφειαν. Philo 385. E. 2 Macc. XII. 2. οὐκ

εἴων αὐτοὺς εὐσταθεῖς καὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἄγειν. Ευστάθεια Philo 978. E. 984. E. Ἀνδρείας μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δὲ ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς, ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι. Socrates apud Stobæum p. 4. & Democritus apud eundem. αἱ ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι τῶν ψυχέων, οὔτε εὐσταθέες εἰσὶ, οὔτε εὔθυμοι.

P. 15. Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν] V. I. *Sæpe congregationes fiant.* Gloſſ. πυκνῶς, *crebro*, *aſſidue*. V. Suidam in πυκνὴ ex Clidemo & Harpocratione. *Frequentius* potius verterim, quod Latine utrumque ſignificat. Non enim de crebris, ſed de confertis & plenis conventibus agit: ut ſequentia oſtendunt, & ipſe ad Epheſios §. XIII. Lucian. 143. 13. καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω καὶ πυκνός. Συναγωγαὶ idem quod συνάξεις. Συναγωγὴ, *Collegium*, *Collectus*, *Conventus*, *Concilium*.

Δούλους καὶ δούλας] Totam hanc ſententiam ipſiſſimis verbis exſcripſit Auctor incertus in libro, qui exſtat in Bibl. Medicéa, ſcamno 6. numero 4. cui titulus eſt *Expoſitio præceptorum Chriſti*: qui ſic habet fol. 18. Τοῦ ἁγίου Ιγνατίου τοῦ Θεοφόρου πρὸς Πολύκαρπον ἐπίσκοπον Σμύρνης. Δούλους καὶ δούλας —— uſque ad ἐπιθυμίας.

Ὑπερηφάνει] Orig. in Matth. 376. A.

Τὰς κακοτεχνίας] V. I. *Malas artes fuge.* ut κακοδιδασκαλία, in Epiſt. ad Philadelph. §. VI. Φεύγετε τὰς κακοτεχνίας καὶ ἐνέδρας —— Clem. Alex. 249. D. 39. A. Euſeb. 522. C. Iamblich. de Myſteriis. 174. Galenus ad Thraſybulum. Orig. contra Celſ. 321. A. Philo Jud. 1003. D. μέσαι τέχναι, Orig. in Matth. 380. Theages Pythagoricus apud Stobæum, Προσέοικε γὰρ μὲν φρόνησις τᾷ τέχνᾳ, ἁ δὲ κακία τᾷ κακοτεχνίᾳ.

Περὶ τούτων] Ut in Epiſt. ad Smyrn. μήτε περὶ αὐτῶν λαλεῖν.

Ομιλίαν μὴ ποιοῦ] V. I. *Homiliam fac.* Particulam negativam non agnoſcit: & fortaſſe delenda eſt. Videntur enim hæc non ad priora, ſed poſteriora ſpectare.

P. 16. Αρκεῖσθαι] V. I. *Sufficere.* male: potius, *acquieſcere*, *contentus eſſe*. Luc. III. 14. 1 Tim. VI. 8. Ebr. XIII. 5. Orig. in Celſ. p. 116. τῇ χρείᾳ μόνῃ ἀρκουμένους. Epiphan. 452. 8. αἱρησόμενοι σπέρμασιν ἀρκεῖσθαι ἢ τραπέζῃ καὶ βρώμασι. n. 14. ἀρκεῖσθαι τῷ λόγον κηρύττειν. Orig. contra Celſ. ad finem operis: Εὖ ἂν ἔχοι ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς τοῖς ὀκτὼ πρὸς τὸν λόγον αὐτοῦ ὑπαγορευθεῖσι βιβλίοις. p. 166. de Chriſto, τούτου μᾶλλον ἀρκεῖσθαι τῷ αὐτὸς ἔφα, ἢ ἄλλου τινὸς οὖν. Male illic Interpres. Epiphanius in Ancorato c. 106. ἐρώσης μὲν καὶ μὴ ἀρκουμένης τοῖς ἔξωθεν ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ ἕως τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ φθανούσης. Clem. Rom. p. 3. τοῖς ἐφοδίοις τοῦ θεοῦ ἀρκούμενοι. Sic Irenæus dixit Valentinianos

nulla

nulla apolytrosi sensibili usos esse, καὶ ἀρκεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν ὅλων ἐπιγνώσει. V. I. *& sufficere iis universorum agnitionem*: potius, *contentos esse*. l. I. c. 18. Alexander apud Joseph. l. II. belli Judaici: Απέχεη σοι ὁ κατὰ Λιβύην γάμος. σὺ δὲ ἐκ ἀρκεσθεῖσα τούτῳ, πάλιν ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἑστίαν ἀνακάμπτεις.

P. 16. Τοῖς συμβίοις] *Viris*, *maritis*. Ὁ σύμβιος *maritus* ἡ σύμβιος *uxor*. Dionysius Alexandrinus apud Euseb. l. VI. c. 42. de Chœremone Episcopo Nili, Οὗτος εἰς τὸ Αράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ φυγὼν, ἐκ ἐπανελήλυθεν. Unde συμβίωσις, *mariti & uxoris in vita consuetudo* Clemens Alex. 178. A. 423. A. Marm. Arundell. apud Reinesium pag. 725. 773. Inscriptio apud Gruter. pag. 1068. 1.

Ανθ' ὧν δ' ἐνχερονίσας ἐπετήσιον ἐκ ἀπέδωκεν
Συμβίε ἁγνοτάτας τῶδε καταφθιμένας.

Ita ὁ καὶ ἡ σύζυγος. Orig. in Jo. 71. A. Unde vetus illa lectio apud Apost. Phil. IV. 3. σύζυγε γνησία· quam Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, & Theophylactus rejiciunt. Sed Isid. Pelusiota l. IV. ep. 112. mire legit & explicat. Cyrilli Lex. Ομόζυγον, γαμετήν. Inscriptio apud Aringhum l. IV. c. 27.

ΑΥΡΗΛΙΑ ΘΡΕΠΤΗ.
ΑΥΡΗΛΙΩ ΗΛΙΟΔΩΡΩ.
ΣΥΛΛΒΙΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ.

Sic apud Reines. ubi duplex ΛΛ male ponitur pro simplici Μ. Sic ΛΛ VIII. pro Μ. i. e. menses VIII. & p. 970. Certissima emendatio ex alia inscriptione. Reines. 869. 906. 929.

Αγαπᾷν] V. I. *diligere uxores*. Ex quo patet legendum τὰς συμβίας, ut nos ex codice MS. supplevimus: in quo scribitur συμνίας pro συμβίας ex vulgari pronunciatione: non, *ut illæ sufficiant viris*, *sed illis viri sui sufficiant*: ut loquitur Auctor operis imperfecti in Matt. Hom. IV. 621. D. *Bonus homo*, *si uxorem habuerit*, *non tentatur in libidine*, i. e. non fornicatur: *sed sufficit ei uxor sua*: *malus autem habens uxorem fornicatur*, *& non est contentus una*.

Εν ἁγνείᾳ μένειν] 1 Cor. VII. 8.

Εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου τῆς σαρκὸς] V. I. *in honorem carnis Domini*: an potius *Domini carnis*? Interpolator, εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου.

Εν ἀκαυχησίᾳ μενέτω] V. I. *in ingloriatione*. Ita habet uterque MS. Qui *in gloriatione* legebant, addiderunt, *Domini*.

Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι] Nuptiæ sc. in Ecclesia fiebant, & benedictio sacerdotalis solenniter impertita nuptiis. Hoc se-

culo secundo. Clem. Pædag. l. III. c. 11. p. 248. B. Τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας, καὶ αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν. Tertull. ad uxorem l. II. c. ult. & de pudicitia cap. 4. Ex his omnibus *haud evinci potest* --- inquit Seldenus Ux. Hebr. l. II. c. 28. qui hic confutandus.

P. 16. Συγκοπιᾶτε] Alloquitur Episcopum, Presbyteros, & Diaconos. Οἱ κοπιῶντες ἐν τῷ λόγῳ.

P. 17. Οἰκονόμοι] Episcopi, Luc. XII. 42. Tit. I. 7. 1 Cor. IV. 1. 1 Pet. IV. 10.

Πάρεδροι] Presbyteri. Thomas Magister: Πάρεδρος, οὐ συγκάθεδρος, σύνεδρος δέ.

Ὑπηρέται] Diaconi.

Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε] Hic militiam Christianam explicare aggreditur: quæ quidem spiritualis est, non carnalis. 2 Cor. X. 3. 4. Adhortatur igitur, *ut sint boni milites Jesu Christi:* ut loquitur S. Paulus 2 Tim. II. 3. Explicat autem more Paulino respectu ad Ministros Evangelii, ut 2 Tim. II. 4. V. I. *qui se probavit* στρατολογήσαντι· quia delectus fiebat per literas probatorias. Τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις. 1. Clem. Roman. p. 48.

Ὀψώνια κομίζεσθε] Quod S. Paulo λαβεῖν ὀψώνιον. 2 Cor. XI. 8. Κομίζεσθαι idem est quod λαμβάνειν. V. Theodor. in loc. Ὀψώνια. Lat. *stipendia.* Philoxeni Gloss. *Stipendium*, σιτηρέσιον, ὀψώνιον στρατιωτικόν. V. I. *Stipendia fertis.* Interpolator κομίσεσθε de futuro. Rectius & Græcus & Latinus de præsenti: loquitur enim de Clero, qui à populo ὀψώνια accipiebat.

Δεσέρτωρ] V. I. *Otiosus*, minus recte. V. Stewechium pag. 70. *Emansor & desertor.* Excerpta vetera, *Desertores*, λειποτάκται. De Maximino Lactantius de mortibus Persecutorum, cap. XLVII. *Ademerat enim pudorem deserendi desertor Imperator.*

Μενέτω ὡς ὅπλα] Μενέτω· nam desertores arma abjiciebant. V. I. *maneat*, *ut scutum:* quasi ἀσπὶς legisset, vel ὅπλον, & quia Scuti postea mentio nulla. Onomasticon V. *Scutum*, ὅπλον. Philox. Glossa, Scutum, ἀσπίδα καὶ ὅπλον. Inde ὁπλῖται, gravis armaturæ milites, propter scutum & hastam Gloss. ὅπλον, *telum*, *scutum.* Psalm. V. 3. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. Vetus Versio, *ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* XC. 5. ὅπλῳ κυκλώσει με ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. *Scuto circumdabit me veritas ejus.* Alludere videtur ad verba S. Pauli, τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Rom. XIII. 12. Baptismus enim semper ut φωτισμὸς spectabatur. Hebr. VI. 4. & X. 32. φωτίζειν

ζειν καὶ κατηχίζειν idem. 2 Reg. XII. 2. & XVII. 27, 28. Hæc ſuggillat Blondellus pag. 40. qui hic caſtigandus eſt.

P. 17. Η πίστις ὡς περικεφαλαία] *Fides ut galea.* Epheſ. VI. 17. 1 Theſſ. V. 8. Eſa LIX. 17. V. Iſidor. Peluſ. ep. l. I. 126. Fides comparatur ſcuto apud S. Paulum, quod idem ſignificat: & idem quoque in Oneirocriticis ſignificat, quoniam utrumque inter τὰ σκεπαστὰ ὅπλα numeratur. Artemidorus, ἰδίως δὲ καὶ ἡ ἀσπὶς γυναῖκα σημαίνει, καὶ ἡ περικεφαλαία.

Η ὑπομονὴ ὡς πανοπλία] V. I. *ſuſtinentia ut omnis armatura.* Veteres *armaturam* ſimpliciter dixere. Gloſſ. πανοπλία, *armatura.* Epheſ. VI. 13. Αναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, *accipite armaturam Dei.* & VI. 11. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, *induite vos armaturam Dei.* Cyprianus, *induite tota arma Dei*, ad Thibaritanos: at in libro tertio Teſtimoniorum, *induite arma Dei.* Tertull. adv. Marcionem l. V. *Porro quum quidem induere nos jubeat armaturam, in qua ſtemus, ad machinationes diaboli.* Ambroſiaſter, Epheſ. VI. 11. *induimini vos armis Dei.* 13. *ideo accipite univerſitatem armorum.* Primaſius, *propterea accipite arma Dei.* Prudentius in Pſychomachia: *Lex habet iſtud*

Noſtra genus belli, furias, omnemque malorum
Militiam, & rabidas tolerando exſtinguere vires.

Et mox,

Omnibus una comes virtutibus aſſociatur,
Auxiliumque ſuum fortis patientia miſcet.
Nulla anceps luctamen init virtute ſine iſta
Virtus: nam vidua eſt, quam non patientia firmat.

Optime Iſidor. Peluſ. l. I. epiſt. XXV. ἀλλ' ὁπλοφόρος ὅλος γίνεται.

Δεπόσιτα] Gloſſæ juris, δεπόσιτον, παρακαταθήκη. Τῆς οὐσίας ὑπὸ τοῦ φίσκου καταληφθείσης. Artemid. 237.

Ως ἐδηλώθη μοι] Quum eſſet Troade, certior factus eſt, finem perſecutioni Antiochiæ per Trajanum impoſitum eſſe. De qua re dubitari non debet: nam à Joanne Antiocheno, Hiſtorico probato, apud Suidam, obſervatum eſt, ὅτι Τραϊανὸς τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα τῆς τιμωρίας παρέχειν· & tum ſubjungit Tiberiani hiſtoriam. Tiberiani autem relatio facta eſt ad Trajanum, quum eſſet Antiochiæ, ut teſtatur Joannes Mallela, Antiochenus & ipſe.

Εν ἀμεριμνίᾳ] Gloſſa, *ſecurus* ἀμέριμνος. Suidas, ἀμεριμνία ἡ ἄνεσις, Heſych. εὐθυμία, εὐθημοσύνη, ἀμεριμνία, χαρά. V. I. *in ſollicitudine:* ſed ſine dubio ſcriptum fuit, *in inſollicitudine:* ut in Gloſſario ἀμέριμνος, *immetuens:* ſic ἀχρηστιμότης, *incommoditas*, ἀσυνείδησις, *inconſcientia*, ἀπραγμοσύνη, *incurioſitas*, ἀμαθία, *indiſciplina.* Philoxeni Gloſſ. *inlubre*, ἀλουσία. Scriptum eſt pro *inlubio*, b pro u, *inluvies*, vulgo *illuvies.*

P. 17. Εν τῇ ἀναστάσει] V. I. *in oratione* ex MS. Caiensi: an legit ἀνατάσει; Ea enim vox aliquoties male ἀνάστασις scribitur: an legit αἰτήσει, ut apud Interpolatorem exstat? Sed Montacutii codex *in resurrectione*: quod verum est, & illud *oratione* abbreviatura est.

Μαθητὴν] MS. παθητήν. Quære, an ut à μαθεῖν μαθητὴς, ita à παθεῖν παθητής.

Πρέπει] Hæc refert S. Polycarpus in epistola ad Philippenses.

Θεομακαριστότατε] V. I. *Deo-beatissime.* Hinc colligo hanc interpretationem factam fuisse ante A. 650. quando Scriptor quidam Martinum Papam *Deo-beatissimum* vocat, p. 66. B.

P. 18. Καταξιῶσαι] V. I. *dignificari.* minus recte. Glossa Philoxeni, καταξιοῖ, *dignatur.*

Οταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε] V. I. *qui ipsi perfecti estis*, vel, ut codex Montacutii, *quoniam.* Legebat igitur Interpres αὐτοὶ, quod puto verum esse, & ὅτι pro ὅταν· quod etiam verum esse sequentia suadent.

—Τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας] V. I. *compendium veritatis.* male. Legit igitur, ut Interpolator, codd. Nydpruccianus & Florentinus, σύντομον· Augustanus autem codex, & Anglicanus, ut & Mediceus, quem repræsentamus, recte habet σύντονον. Σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχές. Suid. τὸ εἰς τὰς πράξεις σύντονον. V. Μάρτιος. Sæpe σύντομον & σύντονον confunduntur in veteribus Scriptoribus: ut apud Suidam in Αλφειὸς, συντόμως τρέχει· sed verba sunt Symmachi apud Scholia Aristophanis, συντόνως τρέχει, ὡσεὶ Ολυμπιακὸς σταδιοδρόμος· Σύντονον autem τῆς ἀληθείας, ut ἄοκνον τῆς ἀγάπης.

Δι' ὀλίγων γραμμάτων ὑμᾶς παρεκάλεσα] V. I. *per paucas vos literas consolatus sum. Brevibus vos literis adhortatus sum,* hac nempe ad Polycarpum, & altera ad ipsos Smyrnæos.

Επεὶ] V. I. *quia igitur.* Legebat ergo ἐπεὶ οὖν.

Πάσαις ἐκκλησίαις] Scripserat ad Ecclesiam Smyrnæorum & Philadelphensium: ad alias autem scribere non potuit. Quare scribit privatim ad Polycarpum, ut ipse ejus loco ad alias scriberet.


Απὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν] Ut S. Paulus. Act. XVI. 11.

Ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις] V. I. *aliis ecclesiis.* male. quid esset ἔμπροσθεν, non intellexit. Gloss. ἔμπροσθεν, *anterius.* Redde, *prioribus* seu *anterioribus illis ecclesiis*, quæ in Asia versus Syriam jacebant, præter Philadelphicos, ad quos ipse scribebat de eadem re. Εμπροσθεν tam de loco, quam de tempore.

Ινα δοξασθῆτε] V. I. *ut glorificeris:* quasi legisset δοξασθῇς. Sed ea conjectura non opus est. Mos enim est Ignatio ita loqui.

IN

IN
EPISTOLAM
AD EPHESIOS.

P. 19.  Ληρώματι] Ita ipse in epistola ad Trallianos, ἣν ἀσπάζομαι ἐν πληρώματι. Hujus vocis sunt variæ significationes, (veteres enim varie adhibebant) quarum illa ad hunc locum proprie pertinere videtur, quæ, quid sit πλήρωμα τῆς πόλεως, indicat. Ita Nazianz. 375. A. 159. B. 410. C. & hic sensus maxime facit contra Schisma. Vide item Chrysost. Tom. III. Edit. Savil. p. 822. v. 22. & 823. v. 3.

Εὐλογημένη ἐν πληρώματι] An spectare videtur Rom. XV. 19. ἐν πληρώματι εὐλογίας. V. Theophylactum. Κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ πληρώματος. i. e. Episcopus Ecclesiæ. Naz. 39. D. qui lucet παντὶ τῷ τῆς οἰκουμένης πληρώματι. 149. B.

P. 20. Τῇ ἀξιομακαρίστῳ] Ut ipse in epist. ad Romanos ad finem διὰ Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων, tanquam discipulos Pauli, quem ἀξιομακάριστον vocat in hac epistola, uti etiam postea ecclesiam Romanam ἀξιομακάριστον appellat.

Τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας] Irenæus de S. Joanne, l. III. c. 1. Ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. Ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων. Artemidorus p. 15. ut Duris in epigrammate eam indigetat.

---- τὴν Ἰάδων πολλὸν ἀοιδοτάτην.

Φύσει δικαίᾳ] Onomasticon V. *Indoles*, φύσις. Barnab. in præfat. epist. ---- *supra modum exhilaror beatis & præclaris Spiritibus vestris, quod sic naturalem gratiam accepistis.* An φύσει δικαίᾳ nihil aliud, quam δικαίως, *merito*? Hæretici dicebant Catholicos χρήσει tantum gratiam habuisse. Iren. 28. B.

Ἀκούσαντες γὰρ] Hæc sententia valde perplexa est, neque satis sani sunt codices. In Græcis duo vocabula deesse quidem videntur, quæ tamen in suo codice vidit & transtulit V. I. Eorum loco in codice Mediceo exstat satis longa pars sententiæ, quam etiam vidit Interpolator, aut ipse adhibuit pro more suo: totam autem sententiam imperfectam reliquit. Interpres, *videre festinastis*: forte scriptum fuit ἰδεῖν ἐσπουδάζετε, post θηριομαχῆσαι. Quod si post ἐσπουδάζετε statim, Ἐπεὶ οὖν, omnia erunt clara & perspicua. Vetus Interpres huic loco perturbato & corrupto in Græcis lucem affert: qui

qui tamen in editis minus integre repræsentatus est. Sic enim habent MSS. — *Sperantem oratione vestra potiri, in Roma cum bestiis pugnare, ut potiri possim discipulus esse, videre festinastis.* Hinc apparet, quæ in codice Græco, quem habuit vetus Interpres, quæ Florentino addita aut detracta. Sic igitur Græca legenda sunt: ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ, ἵνα ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι, ἰδεῖν ἐσπουδάζετε vel ἐσπεύσατε. Potius autem, puto, ἐσπουδάζετε, quia Interpres solet σπουδάζειν ita interpretari.

P. 21. Ἀπείληφα] V. I. *suscepi.* an recte? *accepi per Onesimum.* Erat igitur Onesimus Ephesiorum Episcopus Smyrnam missus, ut viseret & refocillaret Ignatium.

Ὀνησίμῳ] Huic contemporaneus Onesimus, Plutarchi servus, qui cum Epicteto disputans, introductus est à Phavorino. In isto seculo & sequioribus nomen istud vulgare fuit.

Ἀναψύξει] MS. ἀναψύξαι. Neque aliter legit V. I. dum vertit, *refrigeret.* Hinc patet ἀναπαύειν & ἀναψύχειν idem fere significare apud Veteres: ἀναπαύειν *a motu*, ἀναψύχειν *à calore & æstu liberare.* Inde *refrigerium*, & *refrigerare*, & *refrigerari* apud Latinos, primo de incarceratis apud Tertullianum frequenter, & in passione Perpetuæ; deinde de mortuis. Hinc *æternum refrigerium* apud Iren. l. IV. c. 14.

P. 22. Ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ] Hic locus in codice Florentino interpolatus est. Ille, quem vidit V. I. sic se habet, ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ κατηρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ — Illud enim ἦτε ille non agnoscit, & videtur esse superfluum.

Συνδιδασκαλίταις] Mira vox: neque enim puto vocem simplicem διδασκαλίτης uspiam occurrere. V. I. *Doctores*, Interpolator συνδούλοις, *conservis.* An συνδιδασκαλῖται, qui communem Magistrum & Doctorem habentes, scil. Paulum, imo & Joannem? Ignatius enim Joannis discipulus fuit.

Ὑπαλειφθῆναι] Nihil hic viderunt Interpretes. Vetus, *suscipi*, quod est ὑποληφθῆναι. Interpolator pro eo posuit, ὑπομνησθῆναι, *commoneri*, ad sensum paullo propius. Patricius Junius legendum putat, ὑπολειφθῆναι, *relinqui*, i.e. *vobis longe inferiorem esse.* Sed neque ἔδει με, neque ὑφ' ὑμῶν, talem interpretationem patitur. Nihil mutandum. Lectio codicis Medicei & emendata & clara, & necessario recipienda & conservanda est. Hic enim ὑπαλειφθῆναι est *ungi*, *excitari*, *instrui*, *ad certamen præparari:* & quidem à Doctore seu Magistro. Plutarchus in vita Periclis sic loquitur de Damone: τῷ δὲ Περικλεῖ συνῆν, καθάπερ ἀθλητῇ, τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. Sic Isidorus Pelus. l. III. epist. 265.

Suidas,

Suidas, Ἀλεῖπται, οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. Ὁ θεολόγος λέγει· ἀλεῖπται εἰς ἀρετήν. Hic optimus Magiſter oſtendit, quo modo Chriſtianus inſtrui debet ad patiendum pro nomine Chriſti: *Quum igitur par erat, ut vos me admonere, impellere, incitare, inſtruere velletis* —

P. 22. Ἀδιάκριτον] V. I. *incomparabile*, ac ſi ἀσύγκριτον legiſſet. S. Jacobus cap. III. v. 17. hanc vocem de ſapientia, quæ de cœlo eſt, uſurpavit. Ipſe Ignatius in initio epiſt. ad Trallenſes etiam utitur: ubi V. I. *inſeparabilem* vertit. Vulgatus, *ſine dolo*. Idem habet in fine epiſt. ad Magneſ. ἀδιάκριτον πνεῦμα. Uterque reddit *inſeparabilem Spiritum*. An *indubitabilem?* Baſil. ἀδιάκριτος πληροφορία.

P. 23. Συμφώνῳ ἀγάπῃ] *Conſona charitate*. V. Orig. in Matth. 204. C.

Ἄδεται] Euſeb. in vita Conſtantini l. I. c. 13. de Conſtantio, ejus patre loquens, Μυρίων δὲ καὶ ἄλλων τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ᾀδομένων. Chryſoſt. de Babyla, Antiocheno Martyre, agens, Οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ οὐ χώρα, οὐκ ἔθνος, οὐ πόλις, ἔνθα ταῦτα οὐκ ᾄδεται τὰ παράδοξα.

Χρῶμα θεοῦ λαβόντες] Interpolator pro χρῶμα ſubſtituit συνάφειαν. V. I. reddidit *melos*. Heſych. χρῶμα παρὰ τοῖς Μουσικοῖς χροιά.

P. 24. Ἀνακεκραμένους] V. I. *conjunctos*. Interpolator habet, ἀνακρεμαμένους, *qui pendetis* pro ἀνακεκραμένους. Ἀνακέκραται τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἡ ἑκάστου ψυχή. Origen. in Jo. 30. A. 35. D. — τὸν ἄνθρωπον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τὸν τῇ θεότητι αὐτοῦ ἀνακεκραμένον.

Ὑστερεῖται] Iren. l. IV. c. 73. ὑστερεῖσθαι τοῦ πεποιηκότος *minora eſſe eo qui fecerit*. ὑστερεῖσθαι τοῦ τελείου, *deficiunt à perfecto*.

Τὸν οὖν ἐπίσκοπον] Ergo Epiſcopus auctoritatem habet à Chriſto, utpote ipſius οἰκονόμος.

P. 25. Δυσθεραπεύτους] V. I. *difficile curabiles*, ſive ſanabiles, ut in MS. Caienſi. Interpol. ἀνίατα γὰρ νοσοῦσιν, quaſi incurabilis eſſet morbus ille, ut ex antiquis aliqui putarunt,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Sed aliud ἀθεράπευτος, *incurabilis*, *inſanabilis*, ut gloſſæ reddunt, aliud δυσθεράπευτος. Diſputabant veteres Medici, an hydrophobia eſſet morbus incurabilis, ut apud Cœlium Aurelianum legimus de morſu canis rabidi: antequam ad hydrophobiam perveniatur, omnino eum curabilem putabant, ſed difficulter.

P. 26. Περίψημα ὑμῶν] V. I. *peripsima*, ut & paullo post. 1. Cor. IV. 13. Orig. in Jo. 363. D. Barnabas Ἐγὼ περίψημα ἀγάπης ὑμῶν. 220. Glossæ veteres MSS. bibliothecæ Corbiensis, ut refert Menardus: *Peripsema*, *limatura metalli*, *&* *purgamenta potus*, *&* *quisquiliæ domus*, *&* *rasura cujusque rei.* Onomasticon vetus, κόρημα, περίψημα, *Scobs.* Lex. Cyrilli, περίψημα, καταπάτημα, παίγνιον, allusione ad S. Paulum facta. A ψᾶν ψῆμα & ψᾶμα. Hesych. ψάμματα, σπαράγματα. περιψεῖν, (lege περιψῆν) ἐκμάσσειν, σπογγίζειν. Suidas, περίψημα, κάταγμα, lege κατάμαγμα. Gloss. ἀπόμαγμα, *cermentorium.* Notat Labbæus in codice Germ. legi *termentorium*, in Reg. *tementorium.* Tu lege *cæmentorium.* Tob. V. 18. Ἀργύριον τῷ ἀργυρίῳ μὴ φθάσαι, ἀλλὰ περίψημα τῦ παιδίυ γένοιτο. Apophthegma Nili Abbatis, μακάριός ἐςι μοναχὸς, ὁ πάντων περίψημα ἑαυτὸν λογιζόμενος.

Καὶ ἁγνίζομαι] V. I. *&* *castificetur.* Scripsit, ut opinor, *castificer.* Ἁγνίζομαι pro ἅγνισμά εἰμι· quod adhuc apertius est in epist. ad Trall. versus finem. ἁγνίζεται ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα, i. e. ἅγνισμά ἐςι. Male scriptum fuit ἁγνίζετε. ε & αι in MSS. sæpius confunduntur.

Βύσαντες] V. I. *obstruentes aures.* Hesych. βύσας, πλήσας, φράξας. Idem ζύων, τὰ ὦτα ἐπιφράττων. Suidas, βύουσιν, φράττουσιν. Ignat. in epistola ad Trall. uno verbo, viz. κωφώθητε, utitur. Vult igitur Christianos aures suas obturare contra hæreticos, quod Judæi facere solebant contra blasphemos. Act. VII. 57. συνέχον τὰ ὦτα. Iren. l. III. c. 4. de sermone barbaris hominibus, sed Christianis vere institutis: *quibus si aliquis annunciaverit ea, quæ ab hæreticis adinventa sunt, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium.* Psal. LVIII. 4. ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. Ecclesiastico Latino XXVIII. 28. *sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Isid. Pelus. l. I. ep. 30.

P. 27. Ἀναγωγεὺς] V. I. *Dux vester*, perperam. Ἀγωγεὺς, ἀγωγὸς aliquando id significat, sed hoc loco non potest. Similitudines hæ non placent: sed tales viri & sanctissimi & doctissimi prosecuti sunt: & fortasse hoc ipso loco impulsi, & exemplo viri maximi inducti, id fecere. Alterum etiam locum sugillat Blondellus, quod idem Spiritum S. vocat σχοινίον, quo ἀναγωγεὺς utitur. Sed, ut recte observavit Vossius, male *hominem* interpretatus est, quum *trochleam* significet. Hesych. ἀγωγεὺς, ὁ ἱμάς, & illud Homericum, σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσιν exponit συνέδησε δὲ τὺς ἀγωγεῖς τῶν ἵππων.

ἵππων. Onomaſticum vetus, *habena*, ἡνία, ἀγωγεύς. Alii, *ductorium*, ἀγωγεύς. Ita apud Xenophontem.

P. 27. Σύνοδοι] Heſych. σύνοδος, συνοδοιπόρος. Idem, φυλητήρια καὶ φωλεαὶ, τῶν θιάσων καὶ συνόδων οἶκοι. Gloſſ. σύνοδος, συνοδεύων, *comes*. Lat. Græc. *comes*, συνοδοιπόρος, σύνοδος σύνοδος, ὁ συνοδεύων. V. I. *Conviatores*, recte. *Dilectio*, inquit, *via eſt*, *ducens ad Deum*. Vos igitur in ea via comites eſtis, ferentes Deum & Chriſtum, quaſi ſolenni pompa tendentes ad ipſum Deum. In talibus enim ſacris proceſſionibus erant multi, qui ferebant ſacra quædam vaſa, vel alia.

Ὑπὲρ τῶν ἄλλων] Preces pro nondum converſis.

Προσεύχεσθε] V. I. *Deum oratis*, male. *orate*, ut poſtea.

Μαθητευθῆναι] Præclare hæc dicta ſunt, ut doceant gentes, ſi non doctrina, ſaltem exemplo.

P. 28. Πρὸς τὸ ἄγριον] Eleganter ſane & proprie τὸ ἄγριον καὶ τὸ ἥμερον opponuntur. Orig. adv. Celſum pag. 16. inde vero ad alia inanimata, ut mare, nunc ἄγριον, nunc ἥμερον dicitur. Exemplum illuſtre eſt in Oneirocriticis Aſtrampſychi hujus oppoſitionis, quam tamen percipere non potuerunt duo viri in Græcis maxime verſati. Verſus apud Suidam exſtant.

Θνῆξις θαλάσσης ἀγρίας δηλοῖ λύπας,
Θνῆξις θαλάσσης ἡμέρας τύχας καλόν.

Portus utrobique θ expungit, & legendum νῆξις recte docet: ſed male vertit.

Natatio marina ſævos indicat dolores:
Natatio marina interdiu ſomnium bonum.

Meurſius in Mantiſſa in priori verſu νῆξις, in poſteriori θνῆξις ſcribendum cenſet, & ſic interpretatur: *Natans ſive fluctuans mare convenit doloribus : mortuum autem ſive placidum mare ac tranquillum è contra ſomnium bonum portendit.* Mira hæc ſunt, νῆξις θαλάσσης, *fluctuans mare*, θνῆξις θαλάσσης, *placidum mare.*

Natatio maris turbidi indicat dolores:
Natatio maris placidi bonum ſomnium.

Quum quis ſomniat ſe in mari natare, ſi turbidum ei videatur, mali, ſi placidum, boni ominis eſt. Libanius in panegyrico Juliani p. 230. καὶ ὅλως τὸ γένος ἀνθρώπων ἥμερον, καλῶ δὲ ἥμερον τοὺς ἐν ἡμετέροις ζῶντας νόμοις· an ἡμερωτέροις; ἥμεροι νόμοι. Orig. adv. Celſum p. 115. ἥμερος νομοθεσία. p. 116. ἄγρια ἤδη ἡμεροῦται προφάσει τοῦ λόγου. p. 50.

Τίς πλέον ἀδικηθῇ] MS. ἀδικηθεῖ, ἀποστερηθεῖ, & ἀθετηθεῖ. Locus eſt corruptus, & ſic opinor reſtituendus, οὐ τίς πλέον ἀδικηθῇ ——

ἀδικηθῆ —— interrogative. Hæc videntur ἀσύνδετα. Interpolator ſententiam ſuo modo explicat.

P. 29. Πάροδος] V. I. *Tranſitus eſtis:* ut antea παροδεύσαντες, & in epiſt. ad Rom. verſus finem, ὐχ ὡς παροδεύοντα. Heſych. πάροδος, διάβασις. Epheſum recte petebant, qui ex Oriente iter verſus Romam inſtituebant. Hæc non intellexit Interpolator: itaque reddidit, παραδοθεὶς γε ἐγὼ, ἀλλὰ τῶν διὰ Χριςὸν ἀναιρυμένων· ſenſu plane nullo. In MS. Anglicano, παραδοθεὶς γε τῶν· & in MS. margine, περίοδός ἐςε τῶν. Sed vetus codex recte exhibet, πάροδος, eamque vocem Interpres agnoſcit. Senſus eſt, *Vos in Epheſo, per quam tranſeunt illi, qui in Oriente condemnati Romam mittuntur.*

Παύλυ συμμύςαι] Qui participes facti eſtis myſterii S. Pauli à Domino immediate revelati, & ad Epheſios præcipue explicati, ut ipſe explicat, Epheſ. III. 4. V. Hieronym. præf. comm. in iſtam epiſt. Chryſoſt. in argumento, Εςι δὲ νοημάτων μεςὴ ἡ ἐπιςολὴ ὑψηλῶν καὶ δογμάτων —— καὶ ὑψηλῶν σφόδρα γέμει τῶν νοημάτων καὶ ὑπερόγκων —— λέγεται δὲ καὶ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐμπιςεῦσαι. Inde, opinor, Origenes Celſum provocans ad ſapientiam Pauli ex epiſtolis intelligendam, inter reliquas primam nominat epiſtolam ad Epheſios. p. 122. Paulo poſt S. Ignatium S. Polycarpus in epiſt. ad Philipp. ὔτε ἐγὼ, ὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολυθῆσαι τῇ σοφίᾳ τῦ μακαρίυ καὶ ἐνδόξυ Παύλυ. Μύςαι, vox frequentiſſima apud omnes Scriptores. Sic alloquitur auditores ſuos Nazianz. Orat. 34 p. 537. τί τῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι, καὶ μύςαι, καὶ τῆς ἀληθείας συνεραςαί; Chryſoſt. hom. 72. & 85. in Matth. ἴσασιν οἱ μύςαι τὸ λεγόμενον. Erant autem illi μύςαι & συμμύςαι nulli alii, quam πιςοὶ & fideles omnes, qui admittebantur ad Euchariſtiam percipiendam: qui pariter participabant cum S. Paulo Euchariſtiam, & in myſteriis fidei per ipſum præcipue inſtituti & eruditi ſunt. Unde Veteres Epheſios μύςας ſignanter dictos putabant. Præclarus locus eſt, & ad hanc rem appoſitiſſimus in vetuſtiſſima Chryſoſtomi vita paullo poſt mortem ejus ſcripta, qui conſuli & legi meretur.

Μεμαρτυρημένυ] V. I. *Martyrizati.* Sine dubio intellexit cruentam ejus paſſionem. Sed videtur potius exponendum ſecundum S. Scripturæ loquendi modum.

Ἐν πάσῃ ἐπιςολῇ] Hieronymus contra Luciferianos: *& per omnem Pentecoſten:* non per unamquamque Pentecoſten, quaſi quotannis in feſto Pentecoſtes, ſed per totam, per omnes dies quinquaginta, qui à Paſchate ad Pentecoſten numerabantur. Opus imperfect. Homil. 19. 579. *De quibus caven-*

cavendis in omni epiſtola ſua ſollicite monet Apoſtolus. Gravis autem controverſia eſt de hac epiſtola S. Pauli, an ad Epheſios ſcripta ſit: nam antiquitus legebatur τοῖς οὖσιν .... ſine ἐν Ἐφέσῳ c. I. v. 1. Τοῖς ἁγίοις πᾶσι MSS. & Marcion ſcriptam ad Laodicenos putabat, ut aliqui volunt. Miſſa eſt per Tychicum, Aſianum quidem, Act. XX. 4. non Epheſium: ut illa ad Coloſſenſes cum iiſdem verbis: & videtur omnino illa ex Laodicea eſſe hæc ad Epheſios, quæ numeratur inter Eccleſias Aſiæ. Apoc. I. 11. Scripta eſt etiam è vinculis Romæ. Neque tamen ullibi indicat Apoſtolus ſe illos, ad quos ſcripſit, antea vidiſſe: neque Presbyteros eorum alloquitur, quos ante triennium mœſtos reliquerat, neque fratrem quenquam ſalutat, aut de Epheſio quopiam quærit: Miſſa eſt igitur hæc epiſtola ad Epheſios, ſed ſcripta tanquam ad Aſianos omnes: imo miſſa eſt & ad reliquas Aſiæ Eccleſias, & ad Laodicenos. Monendum igitur duxit Ignatius, quæcunque præclare de iis, ad quos ſcripſit, dicta ſunt, ea omnia ad Epheſios pertinere.

P. 29. Πυκνῶς] Heſych. πυκνῶς, συνεχῶς, συχνῶς. Cyrill. συνεχῶς, πυκνῶς. De frequenti ſeu conferta & plena ſynaxi hæc intelligenda eſſe etiam illud ſuadet, quod de pace ſequitur, quæ intelligi ſolebat contra Schiſmaticos: ut Cyprianus de unitate, *Ad pacis præmium venire non poſſunt, qui pacem Domini diſcordiæ furore ruperunt.* Καὶ γέγονεν οὐκ ἐγκαίνια, ἀλλὰ σύναξις τῆς εὐχῆς. Athanaſ. in apologia ad Conſtantium.

Ἐπὶ τὸ αὐτὸ] V. I. *in id ipſum.* Phraſis ſcripturaria. Vulgata verſio, *hoc ipſum agitur.* Vide 1 Cor. XIV. 23. Act. IV. 26. & alibi. Interp. *in unum.* Act. II. 1. *in eodem loco.* Act. II. 44. *pariter.* Gloſſ. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *ibidem*, *in id ipſum*, *in unum.* Eccleſ. XI. 6. Clem. Rom. ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες.

P. 30. Ἥτις ἐστὶν] V. I. *quæ ſunt.* Videtur legiſſe, αἵτινές εἰσιν· quod videtur rectius, aut certe explicare voluiſſe Græca, ac ſi ita ſcripta fuiſſent: nam & Interpolator ἥτις retinet.

Θεοῦ ἐστιν] V. I. *Deus eſt*, ac ſi legiſſet Θεὸς, perperam omnino. Non obſervavit Græcæ linguæ idiotiſmum. Interpolator multo melius Θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ, ad ſenſum & mentem Auctoris explicandum.

Εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστι] V. I. *in bonitate ſequenda ſunt.* perperam. Non eſt ἀκολουθητέα, ſed ἀκόλουθα. Gloſſ. ἀκόλουθος, ἐπὶ λόγου ἢ πράξεων. ἀκόλουθον *congruum*, *conſequens. Præter fidem & charitatem reliqua, utpote illis congrua & conſentanea.*

P. 31.

P. 31. Ἡσυχίας] Philo Judæus ſæpe. Gloſſ. ἡσυχίαι, *ſilentium*. ἡσυχοποιὸς, *Silentiarius*. Sic V. I. hunc locum exponit. Mox, τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Ut ibi ἡσυχία opponitur κραυγῇ, ita hic opponitur λόγῳ, & omnino σιγὴν vel σιωπὴν ſignificat, ut ipſe ante σιγᾶν uſurpavit.

Οἰκοφθόροι] Breviter exprimit 1 Cor. VI. 9. Heſych. οἰκοφθόρους, μοιχούς. Gloſſ. οἰκοφθόρος, *domi corruptor*. Barnab. p. 249. οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ παιδοφθορεύσεις.

P. 32. Κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ] V. I. *ſecundum diſpenſationem*. Phraſis Paulina. Coloſſ. I. 25. 1 Tim. I. 4. ubi vulgo legitur οἰκοδομίαν Θεοῦ· minus recte, ut opinor. Beza teſtatur in multis vetuſtis codicibus legi οἰκονομίαν. Οἰκοδομία autem in N. Teſtamento nunquam legitur, ſed οἰκοδομή· alibi autem occurrit οἰκοδομία. Hæc vox de incarnatione Chriſti ſæpe uſurpata, ſed ab hæreticis ſæpe etiam uſurpatur, ut diſtinguerent Salvatorem ſuperiorem ab eo, qui erat *diſpoſitionis* i. e. Οἰκονομίας. Iren. 280. A. & alibi ſæpius. Reliquis poſtea Patribus eo ſenſu familiaris fuit. Orig. in Jo. 142. A.

P. 33. Ἡ παρθενία Μαρίας] Auctor operis imperfecti in Matth. Hom. V. *Ideo de deſponſata & in domo habita natus eſt, ut partus Virginis diabolo celaretur*. Ante eum Origenes, Hieronymus, Ignatio nominato, S. Baſilius ſub nomine vetuſti Scriptoris. Poſt eum Andreas apud Uſſerium, nominato etiam Ignatio, & Auctor ineditus apud Voſſium. Vide quoque Leon. Serm. de nativitate Chriſti. Maximum Taurinenſem Hom. 6. Euſeb. demonſtr. Evang. p. 499. D.

Κραυγῆς] *clamore, vociferatione, revelatione, & clariſſima patefactione digniſſima.*

P. 34. Κλῶντες] MS. κλῶντος. lege κλῶντας.

Ὅς ἐστι φάρμακον] V. I. *quod eſt*. Legit igitur ὅ.

P. 35. Ὅθεν δεδεμένος] Vinctus eſt igitur in Syria, Antiochiæ ſcilicet, quod aſſerendum eſt contra Blondellum, & ibi militibus traditus, ut ipſe dicit in epiſt. ad Romanos.

IN

IN EPISTOLAM
AD MAGNESIOS.

P. 35. 

N Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ] Hoc diligenter notavit Eusebius. Eam celebrant Strabo, Livius, & Ptolemæus. ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, ut distinguatur à Magnesia παρὰ Σιπύλῳ. Sic in fœdere Smyrnæorum & Magnesianorum, quum Magnesiæ & Magnesiorum sæpissime mentio facta fuisset, tandem circa finem ad majorem certitudinem dicitur ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ. Quod certe necessarium fuit, quia Smyrnæi obligati juramentum Magnesiis dare διὰ τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνήν. Inscriptio in cœmeterio ecclesiæ Armenorum Smyrnæ, Τατία Ηρωθέμιδος Μαγνῆτις ἀπὸ Σιπύλȣ. Μάγνη. Σιπυ. in nummo apud Sponium: Μαγνήτων Σιπυλ. in nummo apud Patinum. Themistocles epist. XX. ad Polygnotum de rege Persarum: Αφελὼν γὰρ ἤδη τῆς ἑαυτȣ̃ βασιλείας, Μυȣ̃ντα καὶ Λάμψακόν τε καὶ τὴν ἐπὶ Μαιάνδρῳ Μαγνησίαν ἐμοὶ δίδωσιν. Athenæus: Απώλοντο δὲ καὶ Μαγνῆτες, οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι. l. XII. c. 5. Vel à montibus vel à fluviis distinguebantur urbes, quæ in Asia minori erant cognomines. Ut hæc à Mæandro, ita Antiochia ad Mæandrum, & Apamea πρὸς Μαιάνδρῳ. Euseb 183. A. Prusa ab Hyblio fluvio. Nummus Gallieni apud Patinum, Πρȣσιέων πρὸς Ὑβλίῳ. p. 413. Ο δῆμος ὁ Λαοδικέων πρὸς Λύκῳ. Spon. tom. 3. p. 146. Latine etiam exprimitur, *Populus Laodicensis A. F. Lyco.* i. e. à fluvio Lyco. Pindarus ejusmodi urbes vocat οἰκήματα ποταμῶν. Horatius, *domus fluviorum.*

P. 36. Προειλόμην] Male Collectores, προειλόμην, *prætuli.* Onomasticon V. προαιρȣ̃μαι, *praopto.* Προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ. 2 Cor. IX. 7.

Καταξιωθεὶς] V. I. *dignificatus.* Gloss. καταξιȣ̃ται, *dignus judicatur.* Sed intelligendus est ex mente Apostoli, qui sæpe ea voce utitur.

Ονόματος θεοπρ] Faber Stapulensis putat nomen hoc esse Christianum, alii Martyris aut Confessoris. Mihi videtur esse nomen, quod illi ab omnibus tributum est. Sc. Θεοφόρος· & adjungo, ἐν οἷς.

P. 36.

P. 36. Πίστιώς τε καὶ ἀγάπης] Ita edidimus ex MS. Mediceo: cujus lectionis vestigium superest in veteri Interprete, *fidei, quod & charitatis:* nam pro τὲ legit τὸ, male.

Επήρειαν] S. Paulus utitur, ἐπηρεάζω. Hesych. ἐπηρεάζει, βιάζει, ἐπήρεια, βία. Suid. ἐπήρεια, βλάβη. Idem, κυρίως ἡ τοῦ πολέμου καταδρομή. Gloss. *calumnior, tempto: calumnia, temptatio.*

Ηξιώθην] V. I. rursus, *dignificatus sum.* Gloss. *dignatus,* ἀξιωθεὶς. *Dignati estis, ut vos viderem.*

Διὰ Δάμα] V. I. *per Dama,* male. Inscriptio apud Thyatiram, Μάρκου Οὐλπίου Δάμα Παραδόξου. Male redditur, *Dama-Paradoxus.* Spon tom. 3. p. 107. Αρχίας Δάμα Ταναγραῖος. Spon. tom. 2. 123. Δάμας, Δάμα. Lat. *Dama.* Gruter. 991. 13. P. L. Rabinius Dama. Reines. 835. S. Basil. ep. 291. Insignes Martyres memorantur Εὐψύχιος καὶ Δάμας.

Υμῶν ἐπισκόπου] Euseb. l. III. c. 36. Ετέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δάμα μνήμην πεποίηται. *Alteram autem* (epistolam dedit) *ad ecclesiam Magnesiæ, quæ ad Mæandrum sita est, in qua etiam Damæ Episcopi mentionem facit.*

Σωτίωνος.] MS. Med. & in codice Caiensi, *Zenonem.* Sed Græcum nomen retinet Interpolator, & agnoscit vulgatus Interpres.

P. 37. Μὴ συγχρᾶσθαι] Sed MS. habet συγχρᾶσθαι, de qua voce cogitandum. V. I. *non couti.* Ita Gloss. συγχρῶμαι, *coutor.* Jo. IV. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ιουδαῖοι Σαμαρείταις. *Judæi enim & Samaritæ nullo ad se invicem officio utuntur.* Unde σύγχρησις apud Clem. Alex. *conjunctus virtutis & veritatis usus.* 318. C. Interpolator, μὴ καταφρονεῖν. In significatione inde derivata, *nimis familiariter uti, despicere, vilipendere.* Συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. h. e. *vilipendere Episcopum propter ætatem:* de qua re monuit Timotheum Episcopum S. Paulus, 1 ep. IV. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· nam familiaritas parit contemptum. Noluit Ephesiis contemptum exprobrare, sed tantummodo caussam removere, sc. familiaritatem nimiam, quam oriri inde noverat, quod Episcopus juvenis esset.

P. 38. Οὐκ εὐσυνείδητοι] Clem. Alex. sæpe. Orig. in Matth. 381. & in Jo. 87. D. τὴν γραφὴν εὐσυνειδότως δεῖ ἐξετάζειν. Cyrill. Catech. 16. B. 22. C. vide etiam Artemidorum l. I. c. 22.

Κατ' ἐντολὴν] Barn. ὅτι οὖν ἐποίησεν ἐντολήν. 219.

Τὸν ἴδιον τόπον] De Juda legimus, Act. I. 25. πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Unicuique sc. suus post mortem assi-

gnatus

gnatus est locus. Sic apud Clem. Roman. Petrus dicitur abiisse εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. Paulus autem εἰς τὸν ἅγιον τόπον.

P. 38. Ἐπεὶ οὖν] Exhortationem ad unitatem hic instituit bene longam. V. Vindicias nostras, p. 55.

P. 39. Καὶ ἀγάπη] V. I. *& dilectione.* Nihil igitur muto. Moneo tamen in MS. haberi, καὶ ἠγάπησα, sensu bono, & fortasse vero. Certe codex Anglicanus retinet ἠγάπησα, ut & Augustanus.

Κλεπτέτω τῷ πλησίον] Ita in Edit. Voss. In MS. Mediceo, βλεπέτω τὸν πλησίον. V. I. *adspiciat proximum.* Interpolator, βλεπέτω τὸν πλησίον. Quæ vera lectio est.

P. 40. Μία προσευχὴ, μία δέησις] 1 Tim. II. 1. V. Orig. contra Celsum. 178. A.

Εἰς ἐστιν] Interp. *quod*, corrupte: forte legit ὅ.

Ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν] Ὡς εἰς ἕνα Ἰησοῦν. V. I. *ut in unum.* Addimus *ut* hoc loco ex codice Montacutii apud Usserium.

Μὴ πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις] Hæc est secunda hujus epistolæ pars, qua eos maxime præmunit contra hæreticos, eos præcipue, qui Judaïsmum introducere conabantur, contra quos clare & expresse disputat. Erant autem ii ea tempestate, qui divinam Christi naturam negabant, ut Ebionitæ, Cerinthiani, Nazaræi, & Helxaïtæ. V. Vindicias, p. 55.

Μυθεύμασι] Ἰουδαϊκὴ μυθολογία. Orig. contra Cels.

Ἀνωφελέσιν οὖσιν] Hieronymus ad Oseæ cap. 3. de Judæis loquens, *Illi*, inquit, *res inutiles amant*, *traditiones hominum*, *&* δευτερώσεων *somnia diligentes.*

Κατὰ νόμον] De his contra Cels. p. 272. Εἰσὶν δέ τινες &c.

Κατὰ νόμον Ἰουδαϊσμὸν] Νόμον est glossa. V. I. *Secundum Judaïsmum*, rectius sine dubio, prout scriptum erat in antiquo codice, quo usus est Interpres. Glossa inde primo apposita, mox in textum recepta. An Ἰουδαϊσμὸν ζῆν, *secundum legem, vitam Judaïcam agimus?* Vix illud concedendum.

P. 41. Μηκέτι σαββατίζοντες] V. I. *Non amplius sabbatizantes.* Σαββατίζειν est *sabbatum observare*, sive *celebrare:* quod faciebant Judæi. Hunc morem Ecclesia observavit tunc, quum Auctor hic scripsit: non ergo quarto seculo scripsit, ut vult Dallæus: tunc enim Christiani sabbatum observabant, præter Dominicam. Canon Apostol. LXVI. Depositionem interminatur cuivis Clerico, *qui aut die Dominico aut sabbato*, *uno excepto*, *jejunaret.* Aliquâ igitur sabbati observatio fuit, quando hic canon scriptus est. Scriptus autem ille est, postquam Græci Pascha Dominicum celebrabant, & antequam Romani sabbatis jejunabant. Non

R igitur

igitur hoc factum est ideo tantum, quod Marcionem aversarentur, qui mortuus est, antequam Dominica Paschalis apud Græcos obtinebat.

P. 41. Κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες] V. I. *Secundum Dominicam viventes:* ubi deesse *vitam* apparet. V. Cotelerium, qui ζωὴν importune hic insertam putat, locumque obscurare existimat. Clariora hæc quidem sunt, si vocem ζωὴν omittamus, quam vetus interpres non agnoscit. Si autem retineamus, eamque non cum præcedenti κυριακὴν, sed cum sequenti ζῶντες conjungamus, idem plane sensus erit. Ζῆν & ζωὴν ζῆν idem Græce significat. S. Joannes primo κυριακὴν vocavit, secundus Ignatius: vel fortasse primo S. Paulus. 1 Cor. XVI. 2. ubi Cod. Wechel. κατὰ μίαν σαββάτων τὴν κυριακήν.

Ον τινες ἀρνοῦνται] V. I. *quod quidam negant.* Ad marginem in editione Amstel. *alii quem.* Inde Observator *quam* expiscatus est: *Alii*, inquit, *ad Christum ipsum referentes, sic reddiderunt, quem quidam negant.* Quinam, quæso, hi alii sunt, qui legebant *quem?* Vulgatus Interpres neque *quod*, neque *quem* reddit: nam Interpolator hæc verba Græce non habet: sed pro more suo alia eorum loco adhibuit, quæ sententiam magis perspicuam reddere putavit. Notaverat quidem Usserius, unum codicem veteris Interpretis habere, *quod*, alterum *quem*: sed ad hæc verba notatio illa non spectabat, verum ad sequentia, *per quod*, & *per quem.* Sed in MS. codice οἵτινες ἀρνοῦνται. Interpres secundum utrumque codicem MS. *quod quidam.* Habemus igitur unam lectionem Græcam, & unam Latinam, sed à Græca diversam. Græca defendi non potest, sed nec Latina, nisi in suo codice Interpres viderit scriptum, ὅ τινες· inde ex acuto accentu factum est οἵτινες. Sed videndum an Græca lectio defendi possit ex sequentibus: ὅν τινες ἀρνοῦνται. Hinc colligit Observator, eos, contra quos hic scribit Ignatius, mortem Christi negasse. p. 167.

Υπομένωμεν] V. I. *sustinemus*, pro *sustineamus.*

Ον δικαίως ἀνέμενον] V. I. *quem juste exspectabant.* Sic codex Montacutii recte: male Caiensis *quod.*

P. 42. Μιμήσεται] Caiensis, *persequeretur.* Mont. *persequatur:* forte *persequetur.* Interpolator μωμήσεται· sed vulgatus Interpres *tentaverit.* nam & in Anglicano codice μιμήσεται.

Υπέρθεσθε] V. I. *deponite*, vel *seponite. præterite, omittite, rejicite.* Codex Nidpruccianus, ἀπόθεσθε· quod & noster Interpres refert. Sed melius ὑπέρθεσθε, ut Mediceus, Augustanus, & Anglicanus codex. Suidas, ὑ-

περτι-

περιίθεται, ἀναβάλλεται. Τὸ παρὸν ὑπερθέμενος, *dilatione in præsens facta.* Artemid. 236.

P. 42. Τὴν παλαιωθεῖσαν] V. I. *inveteratum.* i. e. *antiquatum.* 1 Cor. V. 7. τὴν παλαιὰν ζύμην. V. Orig. in Matth. 270. A. De Eustathio Episcopo Antiochiæ Chrysostomus, in encomio, Ἐζύμησεν ἅπαντας εἰς τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως ὁ Θεὸς τὸν μακάριον Μελέτιον παρεσκεύασεν ἐλθόντα τὸ φύραμα ἅπαν λαβεῖν. *Ad veram fidem omnes fermentavit, nec prius decessit, quam Deus beatum Meletium præparasset ad totam massam percipiendam.*

Ἐνοξίσασαν] V. I. *exacuens*, male: forte scripsit *exacescens.* Ὀξύω & ὀξύνω *acuo:* sed ὀξίζω aliud, *acesco.* Onom. V. *Aceo, acesco*, ὀξύζω· male, pro ὀξίζω.

Νέαν ζύμην] Νέα ζύμη *Christus*, h. e. *doctrina à Christo revelata:* unde ad salem transit, quem loco fermenti adhibere Christus videtur. Novum hoc fermentum est, quod declaratur. Matth. XIII. 33. Luc. XIII. 21.

Ἀλίσθητε] V. I. *salvificemini*, pro *salificemini*, i. e. *salimini:* ut recte observavit Vossius. Matth. V. 13. Marc. IX. 49. Gloss. ἅλισις, *salitura.* Interpolator, αὐλίσθητε. Interpres ejus, *exsultate.* Quæ ab loco aliena sunt. Quamvis Interpolator ἀλίσθητε acccepisse videtur pro *congregemini*, sive συναλίσθητε· quod non inepte reddi potest, συναυλίσθητε, *simul conjuncti & uniti vivite.* ut in Act. I. 4. συναλιζόμενος· ubi aliqui legebant συναυλιζόμενος, ut Epiphanius & Beda. De qua voce legimus apud Hesychium, συναλιζόμενος, συναλισθεὶς, συναχθεὶς, συναθροισθείς.

Ὀσμῆς] V. I. *ab odore.* Metaphoram enim Auctor persequitur, uti solet: nam ex putredine malus odor. Artemid. l. V. somnio 4. ἡ δὲ ὀδμὴ τὸ μὴ λαθεῖν αὐτὸν ἐσήμαινε.

Ἐλεγχθήσεσθε] Ita scripsimus ex MS. pro ἐλεγχθήσετε· tum re ipsa hoc postulante, tum etiam Interprete, qui reddidit, *redarguemini.*

Καλεῖν] MS. habet λαλεῖν. Interpres, *præfari.* Interpol. λαλεῖν ἐπὶ γλώττης.

Συνήχθη] V. I. *congregaretur.* συναχθῇ. Interpol. mutans tenorem sententiæ habet συνήχθη.


P. 43. Προφυλάσσεσθαι] V. I. *præservari:* minus recte. Gloss. προφυλάσσομαι, *præcaveo.*

Ἡγεμονίας] V. I. *ducatus.* male. potius, *procurationis.* Ἡγεμὼν *procurator.*

Ἐντρέπεσθε] V. I. *verecundamini.* Gloss. ἐντρέπομαι, *verecundor, revereor. Verecundatur*, ἐντρέπεται.

Κατευοδωθῆτε] V. I. *prosperentur:* ac si legisset, κατευοδωθῇ.

IN
EPISTOLAM
AD PHILADELPHENSES.

P. 45. Ιλαδελφεῦσιν] Interpres, *ad Philadelphicos:* potius *Philadelphenses.* Male posteriores, *ad Philadelphenos.* Steph. ὁ πολίτης Φιλαδελφεύς. S. Hieronymus in Ignatio: *Inde egrediens, scripsit ad Philadelpheos.* Nam cives Philadelphiæ Asiaticæ Φιλαδελφηνοὶ non dicebantur, sed tantum Philadelphiæ Syriacæ. Josephus initio libri XX. Steph. Φιλαδελφία πόλις Λυδίας. Θεοδόσιος ἐπίσκοπος Φιλαδελφίας Λυδίας. Steph. Τρίτη Φιλαδελφία ἐπιφανὴς πόλις Συρίας.

Τῆς Ἀσίας] Ut ab iis distinguat, quæ extra Asiam, imo ut ostendat eandem esse, ad quam scripsit S. Joannes Apocal. c. I. 4. Ecclesiæ in Asia eæ sunt. v. 11. *Ephesus, Smyrna, Pergamus, Thyatira, Sardis, Philadelphia, Laodicæa.* Ad tres ex his scripsit Ignatius. Observant Grammatici, Europæ & Asiæ nomina Homeri ætate nondum obtinuisse.

P. 46. Καταπέπληγμαι] Hesych. καταπεπληγὼς, καταπεπληχώς. Gloss. καταπλήττομαι. *obstupesco, stupeo, stupesco.* Ita Interpres, *obstupui.* h. e. *valde admiratus sum.*

P. 47. Λύκοι] S. Paulus Act. XX. 29. Λύκοι βαρεῖς. Euseb. in præf. Historiæ Ecclesiasticæ. Auctor. Resp. ad quæst. 4. διὰ τὴν αἰτίαν λύκοι βαρεῖς ὑπὸ τῶν Ἀποςόλων ὠνομάσθησαν, οἱ τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοί. Rhodon vocavit Marcionem λύκον Ποντικόν. Ita Nazianz. Orat. XXXIV. p. 537. ---- Λύκος Ἀραβικὸς, καὶ ἀλλόφυλος, ἢ καὶ τούτων ὀξύτερος τοῖς σοφίσμασιν. Cyril. Hierosol. Catech. VII. συναγελάζου τοῖς προβάτοις, φεῦγε τοὺς λύκους, τῆς ἐκκλησίας μὴ ἀναχώρει.

Ἀξιόπιςοι] Ut ante in epist. ad Polycarp. §. III. Putaret aliquis legendum esse ἀναξιόπιςοι· sed hæreticos intelligit, qui, quum fide digni maxime videri videntur, tum fallunt. Aristides de oratione Politica. p. 654. ἀξιοπιςίας δὲ καὶ τὸ ἐπικαταψεύδεσθαι &c. Hi sunt epist. ad Trall. §. VI. κατ' ἀξίαν πιςευόμενοι. Gloss. *Tetricus, durus, severus.* αὐςηρὸς, σοβαρὸς, ἀξιόπιςος. De hæreticis Epiphanius. hær. XIX. τὸ πεπλασμένον σοβαρὸν, καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Ita Lucianus Alexandrum Pseudomantin describit. 176. 36. Ita apud Euseb. Pseudoprophetæ

prophetæ describuntur. l. II. c.20. ex Josepho, & l. V. c. 16. De Themisone antiquus Auctor apud Euseb. l. V. c. 18. ὅτι δὲ καὶ Θεμίζων ὁ τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν ἠμφιεσμένος· quem locum nullus Interpretum intellexit.

P. 47. Αἰχμαλωτίζουσιν] 2 Tim. III. 6. Hoc expressit Irenæus in præfatione de hæreticis sui temporis: διὰ τῆς πανούργως συγκεκροτημένης πιθανότητος παρεισάγουσι τὸν νοῦν τῶν ἀπλουστέρων, καὶ αἰχμαλωτίζουσιν αὐτούς· & paullo post, ἵνα οὖν μὴ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες, ὡς πρόβατα ὑπὸ λύκων. & rursus, p. 18. B. αἰχμαλωτίζουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, τοὺς μὴ ἑδραίαν τὴν πίστιν .... διαφυλάσσοντας.

Ἀπέχεσθε] V. I. *Recedite.* An legit, ἀπέρχεσθε; Sed & ita vertit in epist. ad Trall. §. VI.

Φυτείαν πατρὸς] V. I. *plantationem Patris.* Orig. contra Cels. p. 161. καὶ καταφυτεύειν φυτείαν τοῦ κατὰ θεὸν γεωργίου. Ita V. I. apud Matt. c. XV. v. 13. πᾶσα φυτεία, *omnis plantatio.* Beza, *omnis planta.*

Ἀποδιϋλισμένον] V. I. *abstractionem:* quæ licet mala versio sit, veram tamen lectionem indicat. Idem enim in epigraphe epistolæ ad Romanos, ἀποδιϋλισμένοις reddidit *abstractis.* Legit enim ἀποδιϋλισμὸν, quod rectum, *separationem factam, defæcationem, percolationem, percribrationem:* quod Interpolator exprimere non potuit, ideoque prudens omisit: & ejus Interpres in epigraphe epist. ad Romanos ἀποδιϋλισμένοις reddidit *ablutis.* Hic autem *ablutionem* reddere non potuit. Suid. διύλησις, διήθησις. l. διύλισις· διυλίζοντες. Matt. XXIII. 24. Hesych. διϋλίζοντες, διηθμεύοντες, διηθοῦντες. Ipse in inscriptione ep. ad Romanos, ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος. Gloss. διϋλίζω, *desæco, sæco, sacco, percolo.* διϋλίζει, *deliquat, eluit, defæcat.* Ita Latino-Græc. *defæcat*, διϋλίζει, διηθεῖ· & *defæco*, διϋλίζω. Suid. διακριθὲν, διαχωρισθὲν, διϋλισθέν. Hesych. τρυγητὸς, ὑλιστήρ. Gloss *percolo*, διηθῶ, διϋλίζω. *colat*, ὑλίζει, διηθεῖ· ὑλίζω, διϋλίζω, ἀποδιϋλίζω, *colare, percolare.* διϋλισμὸς Clem. Alex. Pædagogi l. I. 96. B. *Gnostici*, inquit, *vocabant meliorum recordationem* διϋλισμὸν τοῦ πνεύματος *percolationem Spiritus:* quam ipse sic interpretatur, διϋλισμὸν δὲ νοοῦσι τὸν ἀπὸ τῆς ὑπομνήσεως τῶν ἀμεινόνων χειρόνων χωρισμόν. Idem Christianos dicit διϋλισμένους βαπτίσματι. 802. col. 1. πνεύματα ἀκάθαρτα συμπεπλεγμένα τῇ ψυχῇ διϋλίζεσθαι ---- Ita Valentiniani apud Iren. l. I. c. 11. unde Clemens explicandus est.

P. 48. Οὐ συγκατατίθεται] V. I. *non concordat.* potius, *non credit, non præbet assensum.* Λύσεις τοιαῦται συγκατάθεσιν ἐπισπώμεναι· in Jo. 76. A. πιστευόντων συγκατάθεσις. 86. D.

P. 48. Ανάρπαστος] Gloss. ἀνάρπαστος, *abreptitius*. Josephus. p. 428. Δικαίως δὲ ἔλεγεν Αριστόβουλον μὲν εἰς Ρώμην ἀνάρπαστον γεγονέναι. Cujus casus erat huic Ignatii similis. Erat enim è terra sua Romam in vinculis abductus. Ita ipse Joseph. p. 423. de Pompejo, Επεὶ εἰς Ρώμην· ἐπείγετο δὲ μετὰ τῆς γενεᾶς καὶ Αριστόβουλον δεδεμένον. V. I. *Romam perrexit : ducebat etiam cum sua generatione Aristobulum vinctum.* pro ἐπείγετο l. ἐπήγετο, vel ἀπήγετο. Plut. 257. C. εὐθὺς ἦν ἀνάρπαστος καὶ συνείληπτο, καὶ δεθεὶς ὑπὸ τῶν Λιβύων ἐτηρεῖτο. Chrysost. Orat. p. 502. 20. ἐκ μέσης ἀνηρπάζοντο τῆς ἀγορᾶς ἅπαντες. Sed ἀναπάρτιστος potius legendum videtur, ut Interpolator habet. Gloss. *imperfectum*, ἀναπάρτιστον. Ita ipse ad Ephesios Sect. III. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, ὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ιησοῦ Χριστῷ.

Εἰς Θεὸν] V. I. hæc non agnoscit, sed sunt in vulgata editione.

Απαρτίσει] Vox à Philosophis usurpata, ut à Phavorino Synchrono, quem sæpissime corripit Phrynichus, ut minus Atticum. p. 84. ἀπηρτισμένον, ἀπήρτικα, καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἅπαντα σόλοικα.

Προσφυγὼν] V. I. *confugiens:* ita igitur Græce legit, & eodem modo etiam Vulgatus. Vetus mendum ex abbreviatione natum. Puto enim legendum προσφύγωμεν, ut respondeat τῷ ἀγαπῶμεν· *confugiamus ad Evangelium & Apostolos:* h. e. ad Novum Testamentum. Sic enim locuti sunt vetustissimi Christiani. *Amemus etiam Prophetas :* h. e. Vetus Testamentum à Prophetis scriptum. Interpolator quum legisset προσφυγὼν, pro ἀγαπῶμεν postea scripsit ἀγαπῶ.

P. 49. ἑρμηνεύῃ] V. I. *Interpretetur:* nimis stricte & dilute. Ερμηνεύειν majus aliquid significat. Celsus apud Orig. lib. III. 146. ὐδὲ δυνήσονται τοῖς παισὶν ἑρμηνεύειν ἀγαθόν.

Περιτομὴν ἔχοντος] Multi enim Judæi Christianam fidem amplexi sunt, contra quos Judæum disputantem introduxit Celsus non diu post mortem Ignatii, & Origenes, qui toto seculo & amplius post Celsum scripsit, male respondit. l. II. 56.

Χριστιανισμὸν] Quære, an ut Antiochiæ primo nomen Χριστιανὸς, ita ab Ignatio primum usurpata vox Χριστιανισμός;

Ακροβύστου] S. Paulus sæpe ἀκροβυστία utitur, nunquam ἀκρόβυστος. Sed illi dicitur ὁ ἐν ἀκροβυστίᾳ. 1 Cor. VII. 18. & ita ἀκρόβυστος opponitur τῷ περιτεμνομένῳ sive περιτετμημένῳ.

Στῆλαι] V. I. *columnæ*. Vulg. *Statuæ*, potius *cippi*. Clem. Alex. 574. D. vide Steph. in voce Σύβαρις, & corrige versionem ex Athenæo. Hegesippus apud Euseb. l. II. c. 23. Καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. V. Valesii notas. p. 32.

P. 50.

P. 50. Μεγάλη φωνῆ] V. I. *magna voce*, *Dei voce*. Forte *Dei voce* est explicatio: sed potius Interpretem legisse puto, Θεῦ φωνῆ, & hæc verba prætermissa fuisse in Græcis à Librario, ut fieri solet, ubi eadem vox repetitur.

P. 51. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς] Transitus hic fit ad eos refutandos, qui tunc Judaïzabant, nihilque admittere voluere ex Evangelio depromptum, nisi quod ex lege Judaïca probari potuit. Monet igitur Fideles, ut ab altercatione cum talibus Hæreticis abstineant, nihilque faciant καΐ ἐρίθειαν (Suid. ἐρίθεια, ἡ διὰ λόγων φιλονεικία, *quæ fit verbis*, ubi vane & contentiose serra ducitur. *Ambitus*, κενοδοξία, ἐρίθεια) sed ut omnia faciant κατὰ Χριστομάθειαν, *secundum eam doctrinam*, *quam à Christo iidem didicerant*. Opponit enim per quandam ἀνάκλασιν Χριστομάθειαν contra ἐρίθειαν, ut tanquam Χριστῦ μαθηταὶ illius doctrinam amplecterentur, vel eam, quam ἀπὸ Χριστῦ μαθητῶν. *à discipulis Christi* vel ipsi hauserant, vel ab iis traditam acceperant. Hanc cautionem urget ab experientia. Novit enim, quod tales Hæretici, quando cum ipso disputabant, dicere solebant: quales erant, qui primo Antiochiæ populum docebant legem adimplere: & sine dubio illic etiam postea eandem doctrinam prædicabant, & in Asia. Cerinthus enim illic potissimum versatus est. Εγένετο δὲ ῦτος ὁ Κήρινθος ἐν τῇ Ασίᾳ διατρίϐων, κἀκεῖσε τῦ κηρύγματος τὴν ἀρχὴν πεποιημένος. Epiphan. Idem de Ebione, Οὗτος μὲν ῦν ὁ Εϐίων, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ασίᾳ εἶχε τὸ κήρυγμα. Ipse igitur, cum hujusmodi hæreticis sæpe congressus, in litem & jurgium incidit. Idem igitur consilium dat de Ebionis & Cerinthi discipulis, qui tunc in Asia dispersi erant.

P. 52. Πρόκειται] Πρόκειται, i. e. *prius scriptum invenitur*. Vox sæpissime usitata. Athen. p. 646. Μνημονεύει αὐτῶν Εφιππος. Εν Κύδωνι πρόκειται τὸ μαρτύριον. Interpres, *Eorundem meminit & Ephippus. Testimonium exstat in Cydone.* minus recte. *Eorundem meminit Ephippus in Cydone. Testimonium in superioribus habetur*, sive *ante citatum & productum est*. nempe pag. 642.

Τὰ ἄθηκτα] V. I. *inapproximabilia*: legit igitur ἄθικτα. Cyrilli Lex. Αθηκτον, ἀψηλάφητον, ubi pariter legendum ἄθικτον. Θήγειν, ἅψασθαι· pro θίγειν. In omnibus enim libris MSS. & inscriptionibus η sæpe pro ι ponitur ex vulgari vitiosa Græcorum pronunciatione. A θίγω igitur, non à θήγω. Θίγειν, ψαῦσαι, ἅψασθαι, ἄθικτον, *intactum*, *inviolatum*, & *etiam purum*, *seu minime inquinatum*. Hesych. Θιγμάτων, μιασμάτων. Sunt enim, quæ vel tactu violantur, aut etiam inquinantur. Gloss. Αθικτος, *intactus*, *illibatus*, *inteme-*

temeratus: & Ἄθικτα, *illibata*. Illa igitur Archiva sunt illibata, intemerata, & pura, quibus mors & resurrectio Christi, & ex illis nata fides continentur. Suid. Εὔθικτον, εὐαφὲς, εὐψηλάφητον.

P. 52. Καλοὶ οἱ ἱερεῖς] Locus hic valde insignis est, quo distinctio ponitur inter Sacerdotes & summum Sacerdotem. Summus autem Sacerdos attribuitur Christo. Ebr. IV. 14. Clem. Rom. p. 75. Orig. in Matth. 410. D. Vide Acta S. Polycarpi.

Κρεῖσσον δὲ] Videtur potius legendum, κρείσσων· sed nihil mutandum: quia κρεῖσσον legebat Interpres, *melius*.

Αὐτὸς ὢν θύρα] An ὤν; Clem. Rom. p. 47. de quo male censet Photius. Clem. Alex. Strom. I. VI.

Δι' ἧς εἰσέρχονται] Orig. t. 2. in Jo. 179. B. in Cantic. 74. H.

Εἰς ἑνότητα θεοῦ] V. I. *in unitatem fidei*. an legit πίστεως? Hæc omnia clarissime ad Christum referuntur, cujus legalis Pontifex typus tantum fuit. Ille enim non tantum *Pontifex*, sed & *janua* est. Christus ipse se *januam* vocavit. Jo. X. 7, 9. & ipsis Apostolicis temporibus hæc vox sæpe usurpata est: unde illa ad Jacobum Justum, Ἀπάγγειλον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, *doce nos, quod sit ostium Jesu crucifixi*. ut refert Hegesippus apud Euseb. lib. II. c. 23. Ipse est, qui aperit *ostium* verbi. 2 Cor. II. 12. Coloss. IV. 3. Apoc. III. 8. θύρα τῆς πίστεως. Actor. XIV. 27. θύρα Πατρός.

P. 53 Ἀπάρτισμα] Luc. XIV. 28. ἀπαρτισμός.

Ἀνδρὸς μεμαρτυρημένου] Ut paullo post, ἀνδρὶ ἐκλεκτῷ. Hæc proprie de Diacono dicuntur. Act VI. 3. μαρτυρούμενος. Act. X. 22. & XXII. 12. 1 Thess. II. 12. 1 Tim. V. 10. III Epist. Jo. vers. 12.

P. 54. Ῥέῳ] Interpol. Γαΐῳ vel Γαυΐᾳ. Unde Baronius ad annum Christi CXII. §. 8. *Erat pariter Agathopus Diaconus: putatur ejusdem quoque fuisse ordinis Gavia, eo nomine vir dictus, Ignatii studiosissimus.*

IN

IN

EPISTOLAM

AD TRALLIANOS.

P. 54. ραλλιανοῖς] Ita in MS. V. I. *ad Trallesios*, ac si legisset, πρὸς Τραλλησίους, ut apud Interpolatorem exstat. Sed probanda est MS. codicis lectio. De hac urbe agens Stephanus, inquit, τὸ ἐθνικὸν Τραλλιανός. In Martyrio S. Polycarpi, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ. Inter Olympionicas Ἀρτεμίδωρος Τραλλιανὸς παγκράτιον. Olymp. 193. Τιμόθεος Τραλλιανὸς στάδιον. Olymp. 163. Asclepius Trallianus Nicomachi Arithmeticam commentario illustravit. Anthemius Trallianus, celeberrimus templi S. Sophiæ Architectus. Procop. Suid. Πωλίων Τραλλιανὸς σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος. Eunap. p. 124. Ἐξ Ἀσίας τῆς Τραλλιανῶν πόλεως. De Trallianis Strabo sæpe. Phlegon Trallianus, Medicus insignis. Πύθιος Τραλλιανῶν. Inscript. Spanhem. in Juliani Cæsares p. 312.

P. 55. Τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσι] Τῇ ἐν Τράλλεσι Euseb. *ad Trallenses* Hieronymus: sed Græcus ejus Interpres, πρὸς Τραλλιανοὺς, recte. Τράλλεις nomen urbis, plerumque numero plurali. Juvenalis,

Ille Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

Eusebii Chronicon, *Tralles terræ motu ceciderunt:* unde Balbum quendam Trallianum, qui vixit sub Marco & Commodo, vocat Phrynichus τὸν ἀπὸ Τράλλεων. pag. 78 Christodorus Epicus scripsit πάτρια Τράλλεων. Suid. v. Χριστόδωρος. Philostratus in Polemone de Munatio, ὁ δὲ ἀνὴρ οὗτος ἐκ Τράλλεων. Apollonius Aphrodisiensis Historicus scripsit librum περὶ Τράλλεων, teste Suida. Cives etiam ab antiquis Latinis *Tralles* dicebantur, ut à Varrone apud Apulejum, p. 52.

Τῆς Ἀσίας] Steph. *Lydiæ*, Xen. *Phrygiæ*. Τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ dixerat de Magnesia, non dicit de Trallibus, quamvis & illa πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ut Steph. Sed satis eam distinxerat, quia alia urbs Tralles in Asia non fuit. In Caria quidem urbem quandam ponit Stephanus, quæ prius Charax, postea *Trallis* dicebatur. Ἔστι καὶ Καρίας ἄλλη πόλις Χάραξ, ἡ νῦν Τράλλις. 1 Pet. I. 1. Πόντου, Κιλικίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας. Ita apud Phrynichum distinguuntur Bithyni

 & Asiani.

& Aſiani. p. 40. Sic Derbæi & Aſiani. Act. XX. 4. Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν. II. 9. Κιλικίας καὶ Ἀσίας. VI. 9. *Septem Aſiæ eccleſiæ.* Apoc. I. 4. Non erant in hac Aſia Pontus, neque Bithynia, neque Cilicia, neque Cappadocia.

P. 55. Πολύϐιος] Hujus meminit Euſebius.

Εὔνοιαν] V. I. *æquanimitatem:* melius Vulgatus, *benevolentiam.*

P. 56. Ἔδοξα εὑρὼν] V. I. *gloriatus ſum inveniens.* peſſime, quaſi idem eſſet, quod ἐδόξατα, aut quaſi ἐδόξασα ſine voce aliqua ſequente ſignificaret *gloriari. Videbar inveniſſe,* à δοκέω, non à δοξάζω.

P. 57. Ἐξεμπλάριον] V. I. *exemplarium.* Vulgatus *exempla:* corrupte, ut opinor, pro *exemplar.* Quamvis Latina vox eſt à Græcis uſurpata, potius tamen *exemplar* dicitur, quam *exemplarium.*

Τὸ κατάστημα] V. I. *compoſitio.* Vulg. *inſtitutio.* Tit. II. 3. Orig. de martyrio, pag. 193. κατάστημα χειμερινόν. in Matt. 294. D. Cœlius Aurelianus lib. I. c. 2. *Quidam Medici etiam attendunt aëris qualitatem, quam cataſtema vocant.* Dioſcorides 397. F. *Conſtitutio,* κατάστασις. Orig. in Jo. 27. C. κατάστημα τῆς πόλεως. Joſ. 763. 21. βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο τῆς ἐκκλησίας κατάστημα. Cyril. præf. in Catecheſ. pag. 3. A. Plato, τῆς ψυχῆς ἱλαρὸν κατάστασιν. Καταστάσεις Stoïcorum Cicero vertit, nunc *conſtantias*, nunc *ſedationes.*

Ἀγαπῶντας] Locus fœde corruptus ac deploratus. Interpres certe corruptum invenit, nec quo modo verteret, novit. Videntur hæc corrupta ante ætatem Interpolatoris, quod maxime antiquitatis indicium. Salmaſius tentavit, ſed infeliciter ſatis. Tu lege, ἐντρέπεσθαι ἀγαπῶντας, ſed quære: pro ἑαυτὸν πότερον, lege συντονώτερον, ut Interpolator: σὺν facile in εαυ, & ω in πο: ceteræ omnes literæ apparent in συντονώτερον. Reliqua explicatione tantum egent: εἰς τῦτο ᾠήθην, *in tantam mei exiſtimationem deveni, ut* — οἰέομαι ᾠήθην, unde & οἴεσις & οἴημα. Aliud enim οἴομαι, & aliud οἰέομαι.

P. 58. Στραγγαλωθῆτε] Orig. in Matt. 204. A. Οὐδὲν ἐν τοῖς θείοις λόγοις ἔτι ἐστὶ σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες. Auctor imperfecti Operis in Matt. Hom. 49. *Eccleſiæ filius modice juſtitia eſt nutriendus, quaſi tenero lacte ſecundum anguſtias faucium fidei ſuæ.* 713. B. & Homil. 38. 667. A. *Sicut enim infanti ſi dederis fragmentum panis, quoniam anguſtas habet fauces, effocatur, magis quam nutritur: ſic homini imperfecto in fide, & puero in ſenſibus ſi altiora myſteria ſapientiæ volueris dicere, anguſtam habens fidem & ſenſum, magis ſcandalizatur, quam ædificatur.* P. 58.

P. 58. Οὐ καθότι] V. I. *non ſecundum quodcunque ligatus ſum:* fideliter, ſed inepte. *Non quia.*

Καὶ δυνάμενος] Lege duabus vocibus, δύναμαι νοεῖν. V. I. legebat δυνάμενος νοεῖν· Sed melius eſt, δύναμαι νοεῖν, quod retinuit Interpolator.

Τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰς] Theologia Ανατολικὴ non potuit eſſe Ignatio incognita. V. Vindicias p. 140. 141. & Galeum ad Iamblichum p. 206.

Παρὰ τοῦτο] *ideo, eapropter:* reſpondet τῷ διότι.

P. 59. Οἱ καιροὶ] Forte legendum, οἱ καὶ αἱροι· abbreviate pro αἱρετικοί.

P. 60. Κωφώθητε] Vel κωφεύθητε. V. I. *obſurdeſcite.* Vulg. *obturate aures veſtras:* ut ante, βύσατε τὰ ὦτα.

P. 61. Θανατηφόρον] Satis purus Scriptor Artemidorus Daldianus, Ignatio noſtro ſuppar, lib. IV. c. 59. ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται. *Oleam* (i. e. in ſomnio viſam) *mortiferam eſſe obſervatum eſt.* Jacob. III. 8. μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Epiph. V. 47.

P. 62. Αναψύχειν] V. I. *refrigerare.* Vox ab Apoſtolo Paulo ſumpta. 2 Tim. I. 16. & à vetuſtiſſimis Scriptoribus Chriſtianis ſæpiſſime uſurpata.

P. 63. Οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν] V. I. *quæ conor potiri,* prorſus male. Vulg. *cui ſubjaceo.*

Η ἀγάπη Σμυρναίων] i. e. Smyrnæi.

Αγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα] V. I. *Caſtificate veſtrum meum Spiritum.* ſenſu nullo. Unde apparet vetuſtiſſimum hoc in Græcis codicibus mendum. Inde Interpolator ſic emendare conatus eſt: Ασπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, ut in Epiſtola ad Romanos ſcribitur, quod ab hoc loco alienum eſt, ut ex ſequentibus patet. Lux autem aliqua neſcio quo modo ex vulgato Interprete Latino, qui ſic reddidit: *Caſtificet vos Spiritus meus:* ut recte videretur levi mutatione hunc locum reſtituiſſe D. Voſſius, dum legit Αγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα. V. ep. ad Epheſ. §. VIII. Si illic retineatur ἁγνίζομαι, hic legendum ἁγνίζεται.

IN

IN

EPISTOLAM

AD ROMANOS.

P. 64. N μεγαλειότητι] Gloſſ. μεγαλειότης, *majeſtas*, *magnitudo*. Vox de Deo uſurpata à S. Petro 2 Ep. I. 16. & à S. Luca Evangeliſta IX. 43. Orig. in Jo. 81. A. 122. E contra Celſum. p. 150. οὐ βλασφημοῦμεν τὸν θεὸν, οὐδὲ καταψευδόμεθα, διδάσκοντες πάνθ' ὁντινοῦν συναισθέσθαι τῆς ἀνθρωπίνης βραχύτητος, ὡς πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ μεγαλειότητα· & p. 323. οὐ μόνος δὲ μέγας καθ' ἡμᾶς ἐστιν ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ πατήρ· μετέδωκε γὰρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς μεγαλειότητος τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως. Clem. Alexand. vocat μεγαλεῖον κράτος. Nam à μεγάλειος μεγαλειότης. Tertull. *Deus ſummum magnum.*

Υψίστου Πατρὸς] Optime, ut δύναμις ὑψίστου. Υψιστος proprium etiam Dei Epithetum: unde ὁ ὕψιστος idem quod Deus. Act. VII. 48. & Chriſtus υἱὸς ὑψίστου. Luc. I. 32.

Εν θελήμασι.] Τὸ θέλημα ſc. Patris. Matt. VII. 21. Τὸ θέλημα, *quod vult:* unde *Quod vult Deus* nomen Viri.

Ητις προκάθηται] Euſtath. in Dionyſium p. 118. de Antiochia, ἐξ ὧν αὕτη τῆς κοίλης Συρίας προκαθημένη. Edictum exſtat apud Joannem Antiochenum. Εν Αντιοχείᾳ τῇ μητροπόλει ἱερᾷ, καὶ ἀσύλῳ, καὶ αὐτονόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ, καὶ προκαθημένῃ τῆς ἀνατολῆς Ιούλιος Γάϊος Καίσαρ. p. 278.

Εν τόπῳ χωρίου Ρωμαίων] *In ipſa urbe Roma cum ſuburbiis.* Libanius in Dianam p. 666. de Athenienſibus, δυοῖν δὲ ὄντοιν σφίσι πλείστου ἀξίοιν χωρίοιν Πειραιῶς καὶ τῆς Ακροπόλεως, ἡ μὲν ἐστι τῆς Αθηνᾶς, ὁ δὲ τῆς Αρτέμιδος. Smyrn. Decret. edit. Oxon. p. 15. τὸ χωρίον Παλαιμαγνησίων. Orig. in Jo. 159. E. ἐκεῖ τοῦ τόπου χωρίου παρακλήσεως. 1 Cor. I. 2. ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· idem quod ἐν ὅλῃ τῇ Αχαΐᾳ. 2 Cor. I. 1. Non infrequenter nomen civitatis aut incolarum τῷ τόπῳ adjungitur; ut in titulo Epiſtolæ, quam Abgarus Princeps Edeſſæ apud Euſeb. l. I. c. 13. inſcripſit Jeſu σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ιεροσολύμων. h. e. *præcipue quidem Hieroſolymis & locis circumvicinis.* Χωρίον veteri Gloſſario *villa & rus.* V. I. *in loco chori.* An legebat χόρου an χώρου; Judæi urbem incolebant tempore Auguſti. Joſ. l. XVII. c. 12. trans Tiberim.

rim. Philo legat. ad Cajum. 1014. C. Christiani autem non tantum in urbe trans Tiberim, sed in suburbiis.

P. 64. Πϱοκαθημένη τῆς ἀγάπης] Pulchra ἀνάκλασις, & à nostro sæpius usurpata. Dixerat, ἥτις πϱοκάθηται ἐν τόπῳ, *quæ in loco maxime præsidebat*, nunc eandem *in charitate* etiam *præeminere* ecclesiam ostendit: & inter reliquas ecclesias has etiam laudes inserit, quod inter reliquas ecclesias eminebat Romana in operibus misericordiæ & charitatis. Id vero nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in Epistola ad Romanos, 55 post hanc anno scripta, apud Euseb. l. IV. c. 23. Ἐξ ἀϱχῆς γὰϱ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεϱγετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν· Vide ibi plura.

Ἀδιακϱίτως] Hæc imitatus est Clem. Alex. 95. ἀδιακϱίτως ἐνταῦθα ἠῤῥαβωνισμένοις.

P. 66. Πλέον δέ μι παϱέχισθε] Πλέον δέ μοι οὐ παϱέξεσθε. vel μὶ pro μή.

Τοῦ σπονδισθῆναι Θεῷ] Imitatur S. Paulum, qui quum Romæ morti proximus esset, ἤδη σπένδομαι, dixit. A σπένδω σπονδή. Idem igitur est σπένδεσθαι & σπονδίζεσθαι· quamvis vox minus usitata.

Τὸν ἐπίσκοπον Συϱίας] Quum Antiochia esset caput & metropolis Syriæ, ipse autem esset Episcopus Antiochiæ constitutus, non immerito se *Episcopum Syriæ* appellat. Nam licet *Metropolitæ* nomen ea tempestate non inveniatur, ille tamen Episcopus, qui in metropoli consistebat, aliquod jus habuit in ecclesias in aliis urbibus Metropoli subjectis secundum leges Romanas. Unde postea talis Episcopus Μητϱοπολίτης, à Latinis *Metropolitanus* dicebatur.

Εἰς δύσιν] De Christo Auctor Operis imperfecti. Hom. 32. 650. D. *Galilæam patriam suam, de qua natus fuerat, quasi Sol altius ascendens, reliquit Orientem, & venit in Judæam, quasi ad occasum, ubi fuerat oriturus.*

Καλὸν τοῦ διελθεῖν ἀπὸ κόσμου εἰς Θεόν.] V. I. *Bonum occidere à mundo in Deum.* Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου εἰς Θεόν. Epiphan. 278. Καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεϱοι κόσμοι τινὲς τῶν φωστήϱων δυνάντων ἐκ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσιν.

Οὐδέ ποτε ἐβασκάνατε οὐδενί] Laudat Romanæ ecclesiæ charitatem erga reliquas ecclesias, ac præcipue in Syria, ubi semper erant legiones Romanæ, in quibus eo tempore non pauci erant Christiani.

P. 67. Οὐδὲν φαινόμενον αἰώνιον.] Ἀγαθόν.

Ἀλήθομαι] Ἀλήθωμαι.

Εὑϱεθήσομαι] Εὑϱεθήσωμαι.

P. 68.

P. 68. Τότε δὲ ἔσομαι μαθητὴς] Lactant. de mortibus Persecutorum §. 16. *Hoc est esse discipulum Dei, hoc est militem Christi.*

Ἀπὸ Συρίας] Hæc ab Eusebio laudantur totidem verbis, quibus veteris Interpretis versio: quod hic cum cura observandum. Maxime enim confirmat sententiam nostram, dum epistolam Græcam Latinæ conformem edimus.

Διὰ γῆς καὶ θαλάσσης] Male hæc sugillant quidam, quæ recte explicari possunt, præsertim ex Philone p. 1028. B. C. *terra marique:* terra sc. ab Antiochia ad Seleuciam, & jam nunc Smyrnæ : mari à Seleucia ad Smyrnam. V. Baronium A. 109. §. 7.

Ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδεις] An huc pertinent παρδάλεις θῆρες apud Josephum de Maccabæis?

Στρατιωτικὸν τάγμα] V. I. *militaris ordo.* Non recte τάγμα *ordinem* transtulit. Τάγμα *numerus militaris.* V. Vales. p. 249. Alicubi idem significat in Eusebio, quod apud nostrum. V. Libanium in necem Juliani. p. 266. D. ubi eleganter agit de ferocia & truculentia custodum & militum.

Ὀναίμην τῶν θηρίων] V. I. *Sortiar bestiis : potiar feris.* potius *feris* quam *his leopardis.* Hæc verba tanquam præclara & illustria citat Chrysostomus in Encomio.

Ἕτοιμα] V. I. *promptas.* Unde quid legerit, vix intelliges. Apud Eusebium legitur etiam σύντομα. Sed Vossius legit σύντονα· neque aliter legisse videtur Rufinus, qui ita transtulit, *quas & ego opto acriores parari*: unde Vossii lectionem probat Valesius. Τάχει συντόνῳ. Philo Jud. 1006. B. τάχος καὶ σύντονον. 1011. D. Plato in Symposio de amore, ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ σύντονος. Hesych. in πυῤῥιχίζειν, τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν καὶ σύντονον πυῤῥίχην ἔλεγον ——

P. 69. Συντόμως] Hesych. συντόμως, διὰ βραχέων. Sed alibi, συνειλημμένα, ἅμα, ὁμοῦ, συντόμως. *Optat, ut bestiæ non singulatim, sed simul communi laceratione comminuant.*

Μαθητὴς εἶναι] V. Iren. l. II. c. 47. Græce.

Μηδέν με ζηλῶσαι] Ita Eusebius legit, & V. I. *nihil me zelare.* Valesius legere maluit, μηδέν τι ζηλῶσαι· sed nihil mutandum. Supponendum tantummodo ὥστε, quod vulgare est. Rufinus apud Eusebium legisse videtur ζηλώσας, dum vertit, *facessat invidia, vel humani affectus, vel nequitia Spiritalis, ut Jesum Christum merear adipisci.* Sed ille locum male distinxit, neque melius interpretatus est. Hic enim ζηλῶσαι nihil habet *invidiæ.*

Πῦρ καὶ σταυρὸς] Exprimit tormenta Christianis adhiberi solita, & ad quodcunque eorum se paratum esse ostendit.

De

De Diocletiano Lactantius, *Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat.* Idem, *omnis sexus & ætatis homines ad exustionem rapti.* Chrysost. in descriptione novissimæ persecutionis, tom. V. orat. XLII. p. 75. 33.

Θηρίων τε συστάσεις] V. I. *congregationes*. Valess. *impetus*.

Σκορπισμοὶ ὀστέων] V. I. *dispersiones ossium*. *Dissipationes*. Psalm. XXI. 15. Διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· quod interpretatur Origenes per διασκεδασθῆναι, in Jo. p. 185. Lucianus. 150. 1. τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος. Artemid. l. II. c. 31. ἐπιδόσεις δὲ δημοσίους ἐπιδιδόναι παρ' ἑαυτοῦ, τοῖς μὲν νοσοῦσι θάνατον προσαγορεύει, καὶ τῆς οὐσίας σκορπισμὸν καὶ διάλυσιν. Lactantius de mort. Persecut. §. 21. *quorum artus quum dissiparentur.*

Αλησμοὶ] Αλεσμοὶ vel ἀλησμοὶ utrumque in MSS. Eusebii reperitur, non ἀλυσμοί. quæ vox hic locum non habet. Αλυσμὸς ab ἀλύειν nihil aliud est, quam jactatio corporis. V. I. *molitiones*. Αλεσμοί. Valess. *contusio*. V. Eunap. p. 83.

Καὶ κόλασις τοῦ διαβόλου] Vel κακαὶ κολάσεις, ut V. I. *malæ punitiones diaboli*. Hieronymus, *tormenta*, unde apud Sophronium βάσανοι, Rufinus, *supplicia*. Puta has κολάσεις vetustissimis Christianis frequenti sermone usurpatas esse, qualium exempla non pauca memorantur. Cels. apud Orig. p. 303. Ο τοῦ θεοῦ παῖς ἄρα ἡττᾶται ὑπὸ διαβόλου· καὶ κολαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ, διδάσκει καὶ ἡμᾶς τῶν ὑπὸ τούτου κολάσεων καταφρονεῖν. Unde mihi videtur Christianos ea ætate *punitiones diaboli* memorasse, tanquam à Christo prædictas. Orig. in Jo. 146. D. Διὰ μαστίγων καὶ πνευμάτων πονηρῶν. Justinus. 360. κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου. Vid. Suid. ἡμέρα πονηρά.

P. 70. Συνέχοντά με] V. I. *continent*, potius *constringunt*, *coarctant*. Phrasis Scripturaria. Luc. VIII. 45. & XII. 50.

Διαρπάσαι] V. I. *rapere*. Onomast. V. *Diripio*, διαρπάζω.

P. 71. Εμὸς ἔρως] Ερως οὐράνιος. Philo 359. C. Justinus 225. D. Ερως ἔχει με τῶν προφητῶν. V. Halloixium. 409.

Φιλοῦν τι] Ita Interpres legit, quasi duæ voces essent, & ὕδωρ addidit, male. Legendum φιλοῦντι una voce, i. e. ἐρῶντι, *amanti* : quod & δὲ particula probat.

Υδωρ δὲ ζῶν] Hebræis מים חים Gen. XXVI. 19. Levit. XIV. 15. Cant. IV. 10. Jo. IV. 10. & VII. 38. Apoc. XX. 6. & XXII. 1.

Αλλόμενον] V. I. *loquens*, perperam : an legit λαλούμενον? Ignatius imitatur Evangelistam Jo. IV. 14. *saliens*. Irenæus de Samaritana, l. III. c. 19. *habens in se potum salientem in vitam æternam*. Frontinus de aquæductibus Romæ de Agrippa, *Singulari cura compluribus salientibus aquis instruxit urbem :* & rursus p. 113. ubi pro *corruptelas* forte legendum *conceptelas:* i. e. piscinas, ut ante Lex antiqua, *Ne quis aquam oletato dolo malo,*

malo, ubi publice salit. Salientes publici. Reinef.471. de numero publicorum salientium. Martial. l. XI. epigr. 97.

Marcia, non Rhenus, salit hic, Germane.

Marcia est aqua urbis. & l. IX. epigr. 99.

Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quæ stupet unda lacu.

Αλλόμενον, Anglice *Springing*, vitæ effectus. Gloss. salit ἅλλεται, πηδᾷ, ὑδωρῤῥεῖ. An ὕδωρ ῥεῖ? Vincent. Lirin. c 25. -- *ut possint deinceps vivæ & salientis aquæ fluenta potare.* Huic videtur opponi ὕδωρ ἀκίνητον. Joseph. 418. 5. Suidas, ἀλλόμενον πῦρ: quid significat, non addit.

Εσωθεν] *Ab intus, ab intra.* Εκ κοιλίας. Jo. VII. 38. Quid sit ἔσω, Ammonius de differentia verborum ostendit.

Δεῦρο] V. I. *Veni.* Matt. XIX. 21. ubi quoque Vetus Interpres, *Veni.* Beza, *adesdum. Ad verbum, & huc, sc. ades,* ἐλλειπτικῶς. Sic Jo. XI. 43. Λάζαρε δεῦρο ἔξω. V. I. *Lazare veni foras.* Act. VII. 3. δεῦρο εἰς γῆν, *veni in terram.* Sunt enim Grammatici, qui pro verbo accipiunt, ut Etymol. Usurpatur respectu loci aut temporis. Occurrit apud Aristophanem sæpe.

Κατ' ἀνθρώπους] κατ' ἄνθρωπον Phrasis Apostolica.

P. 72. Εὰν ἀποδοκιμασθῶ] V I. *Si reprobus efficiar: si repudier.* Marc. VIII. 31.

Εν Συρίᾳ] Ergo non tantum in urbe, sed in provincia Syriæ *jurisdictionem* habuit Ignatius : ut de Polycarpo loquitur Hieronymus.

Ὡς ἔσχατος αὐτῶν καὶ ἔκτρωμα] Imitatur S. Paulum, 1 Cor. XV. 8. ἔσχατον δὲ πάντων, ὡσεὶ ἐκτρώματι, *tanquam abortivo.*


Αἱ μὴ προσήκουσαί μοι] V. I. *non advenientes mihi,* male: potius, *ad me non spectantes: ad meam jurisdictionem non spectantes.* Gloss. προσήκοντες, *pertinentes.* Onomast. V. *Necessarii,* προσήκοντες, προσήκω, *pertineo, attineo.* Interpres male putavit Ignatium per urbes illas peditem Smyrnam usque pervenisse. Sed cogita. Hic enim locus accuratam explicationem postulat, ut cum passione conspiret.

Προήγαγον] Προάγειν ut προπέμπειν. Tit. III. 13. dum ille mari, isti terra.

P. 73. Περὶ τῶν προσελθόντων] V. I. *advenientibus mecum.* non *mecum,* sed *mihi.* Male alii συνελθόντων. Non enim Ignatium ex Syria Romam comitatus est Crocus, sed ab Ephesiis missus, & in itinere occurrebat. Fortasse pro περὶ legendum παρὰ.

Τῇ πρὸ ἐννέα] V. I. *in ea, quæ ante* IX. *Kal. Sept.* Augusti igitur vicesimo quarto die Smyrnæ scripsit Ignatius ad Romanos, apud quos postea passus est.

Σεπτεμβρίων] Metaphrastes, Σεπτεμβρίου, nulla necessitate. *Kalendæ Septembres* recte dicitur. Græci solebant mensibus Romanorum uti. V. Reinef. p. 984. & alios.



DISSERTATIO
JOANNIS PEARSONI,
De anno, quo S. *Ignatius* à *Trajano Antiochiæ* ad bestias erat condemnatus.



X Joanne Mallela docet Usserius Ignatium condemnatum esse ineunte anno 107. sed Mallela ipse falsus, aut non recte explicatus. Nam Trajanus non vidit Antiochiam post adeptum imperium ante finem anni 112. sexennio fere, post illud tempus, quo eum volunt Ignatium condemnasse. Quod est primo à nobis demonstrandum.

I. Dubitari non potest quin Hadrianus Trajanum in expeditione Orientali comitatus sit. Hadrianus autem A. D. 112. factus est Archon Athenis, & Trajanus eo ipso tempore fuit Athenis, ubi aliquamdiu moratus est. Trajanus A. 111. Consul designatus est VI. ob hanc expeditionem, quam tum molitus est. A. 112. consulatum iniit Romæ: absens enim Consulatum suscipere noluit. Suscepto Consulatu veris initio expeditionem iniit, ac primo in Achajam trajecit, ubi dum moratur, ad eum veniunt Legati ex Oriente, etiam ab Indis.

Ex Achaja in Asiam aut Ægyptum transit. In Ægypto duo fecit: quæsivit de eventu belli, & dedicavit spolia Casio Jovi, in quæ epigramma exstat Hadriani: & inde cum exercitu per Seleuciam profectus est Antiochiam.

II. Idem inde demonstratur, quod ante illum annum semper in Occidente versatus est. Secundo Tribunitiæ potestatis anno Consulatum suscipere noluit, quia Kal. Jan. in Germania fuit. Tertio Trib. pot. anno suscepit Consulatum Romæ, ibique mansit. Trib. pot. quarto iniit Romæ Consulatum quartum, ut bellum primum Dacicum susciperet,

quod eodem anno confecit. Trib. pot. quinto Consulatum non suscepit, quia nondum Romam à primo bello Dacico redierat. Trib. pot. sexto iniit Consulatum quintum, ut bellum secundum Dacicum susciperet : quod bellum peregit, occiso Decebalo σὺν χρόνῳ καὶ μόλις. Trib. pot. decimo A. 106. ex S. C. trophæa apud Spanhemium in Juliani Cæsares p. 233. Per totum annum 106. mansit in Dacia, ubi civitates condidit, & provinciam tributariam fecit. Dum in Dacia moratus est, Arabia à Palma recepta. Unde Imperator VI. dictus est.

III. Ex numero victoriarum, unde Imperator dictus, idem clarissime ostenditur. Post fugam Decebali, primo bello Dacico confecto, dictus est Imperator IV. triumphavit de victo Decebalo A. D. 102. Ex Dacia reversus, ex S C. hunc titulum habuit sub finem ejus anni, ut patet ex inscriptione apud Occonem pag. 200. neque Imperator V. dictus est ante annum 106. Nam Tribunitiæ potestatis nono adhuc Imperator IV. ut patet ex inscriptione apud Gruter. 247. 1. exeunte sc. anno 105. vel ineunte 106. Sed eodem Trib. pot. nono & A. D. 106. dictus est Imperator V. ut constat ex [a] Occone, Grutero, & Reinesio, victo rursum Decebalo. A. 107. invenit thesauros Decebali, & Decebalus seipsum interfecit. Trajanus autem civitates condidit in Dacia, eamque provinciam tributariam fecit: quo tempore Palma recepit Arabiam. A. 108. Trajanus è Dacia reversus triumphavit secundo de Dacia, & tunc dictus est Imperator VI. hoc anno exeunte. Grut. 190. 4. Post hunc annum titulo Imperatoris VI. diu contentus est, ut inscriptiones apud Grut. indicant. Trib. Pot. 13. Imper. VI. Trib. Pot. 14. Imper. VI. Trib. Pot. 16. Imper. VI. Trib. Pot. 17. Imp. VI. Hucusque igitur sub finem A. D. 113. nullam victoriam obtinuerat in Oriente. A. 114. exeunte vel ineunte 115. Trib. Pot. 18. Imp. VII. à prima in Oriente victoria. A. 115. Trib. Pot. 18. Imp. VIII. & IX. & adhuc Dacicus. A. 116. Trib. Pot. 19. Imp. XI. sed quære.

Ex his omnibus inscriptionibus patet, Trajanum non ante annum 114. in Oriente Imperatorem appellatum esse. Quod si intrasset Antiochiam A. D. 107. & tunc contra Parthos expeditionem fecisset, per septennium integrum nulla victoria contra Parthos potitus esset : quod est maxime sane incredibile.

[a] **Trib. Pot. 7. Imper. IV. Occo p. 202. 8. Imper. IV. p. 203. 9. Imper. V. p. 204.**

IV. Faci-

IV. Facile probari poteſt, Trajanum ex Occidente ante annum 112. pedem non tuliſſe. Nam ſepeliverat Suram, antequam reliquit Romam, ut tradit Dio. Sura autem Conſul fuit A. 107. & ſub eo COS. factus eſt Hadrianus Prætor. Hadrianus jam Prætor exiſtens, factus eſt Legatus Leg. Minerviæ, & approbatus à Trajano, bello hoc Dacico ſecundo, factus eſt Conſul A. 109. ſuffectus ſcilicet. In Conſulatu comperit à Sura, adoptandum ſe à Trajano eſſe. Spart. ergo Sura adhuc in vivis, anno 109. jam affecto.

V. Trajanus in occidente fuit, & quidem in Italia tunc quum Plinius erat Proconſul Bithyniæ: ex Oriente autem in Italiam nunquam reverſus eſt. At Plinius non profectus eſt in Bithyniam ante annum 109.

Variæ ſunt Virorum doctorum de proconſulatu Plinii ſententiæ, dum explicant Euſebium in Chronico.

Prima eſt Baronii, qui tradit Plinium, quinto Trajani anno miſſum in Bithyniam, eodemque tempore ſcripſiſſe literas ad Trajanum de Chriſtianis: ſed eum opinor, nemo ſecutus eſt.

Secundo eſt ſententia Halloixii, miſſum quinto, veniſſe in provinciam ſexto Trajani, ubi per plures annos officio functum eſſe, ac demum literas ſcripſiſſe ad Trajanum de Chriſtianis anno imperii ejus 10, ut puto 11.

Tertia Uſſerii, qui Halloixii argumenta probat, & ad annum Trajani decimum literas refert.

Sed ex his nemo quicquam certi affert. Baronius primum ex principiis manifeſto falſis ſtatuebat, eum quinto Trajani anno miſſum. Halloixius concedit Baronio, tunc eum miſſum fuiſſe, nullam vero conceſſionis rationem reddit. Uſſerius probat Halloixii plures annos. Ego neque quarto neque quinto Trajani anno miſſum fuiſſe Plinium in Bithyniam cenſeo, ſed demum undecimo.

Non quarto, quia tunc erat Trajanus in Dacia, neque ulla ex Bithynia epiſtola ſcripta eſt ad Trajanum in Dacia.

Non quinto, tunc enim erat Centumcellis in Italia judex.

Non ſexto, tunc enim Trajanus in Dacia rurſus, ubi permanſit per quadriennium: neque rediit Romam, ante annum imperii undecimum. Tunc autem adhuc erat in Italia Plinius: nam ibi ſcripſit epiſtolam ad Caninium de ſcribendo Poëmate de utroque bello Dacico.

Dico igitur eum miſſum in Bithyniam ſub æſtatem anni undecimi, ibique permanſiſſe per biennium, uſque ad æſtatem anni decimi tertii. In more enim poſitum fuit, ut

S 2 Magi-

Magiſtratus Bithynorum per biennium officio fungerentur... Proc. Bithyniæ apud Imperat. Claudium . . . . *alterum biennium*. Sic poſtea apud Lactant. de mort. Perſecutor. §. XVI. legimus de Donato, quod per decennium in carcere permanſit: id factum fuiſſe ſub Præfectis Bithyniæ, Flaccillo, ita lego, non Flaccino, Hierocle, & Priſcilliano, biennio ſub ſingulis, poſtquam ſc. Diocletianus & Maximianus purpuram depoſuerant. Nam Præfectus, Deceſſor Flaccilli, non nominatur, ſed ſine nomine innuitur his verbis . . . . ubi *profectus* corrupte legitur, & legendum, *Præfectus*. Succeſſor Priſcilliani erat Eratineus. §. XL. Nempe quinque fuere Præſides Bithyniæ per tractum temporis decennalis perſecutionis, quorum primus non nominatur, quia quum illic eſſet Imperator, per Præfectum Prætorio res Nicomediæ geſtæ ſunt.

Sed quia pluribus annis Plinium in Bithynia fuiſſe aſſerit Halloixius, idque colligit ex pluribus natalibus Trajani à Plinio in provincia celebratis. quorum aliquos nominat, alios omittit, ex his ego potius colligendum putavi, non plures, quam duos annos in Bithynia permanſiſſe Plinium. Nam intra quinque menſes tres ſolennitates obſervatæ ſunt: ſex autem, neque plures, neque pauciores, à Plinio indigitantur, & à Trajano grato animo agnoſcuntur. Plinius autem per totum hoc biennium ad Trajanum ſcripſit, Romæ vel in Italia conſiſtentem.

Nam quum primo venit in provinciam, ſcribit de menſuris fideliter agendis. Reſcribit Trajanus, *Menſores vix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, ſufficientes habeo.* Lib. X. ep. 29. Rurſus ſcribit de Architectis ad Trajanum, qui reſpondet, *Modo ne exiſtimes brevius eſſe ex Urbe mitti, quum ex Græcia etiam ad nos venire ſoliti ſunt.* ep. 49. Rurſus Edicta plura mittere ad Trajanum Domitiani, Veſpaſiani, & Auguſti voluerat: quod tamen omiſit, *quia*, inquit ep. 71. *vera & emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.* Scrinia autem illa, ubi, niſi Romæ, erant? Quod ſi hæc vera ſint, quis non credit, Trajanum ante decimum quartum vel decimum quintum imperii ſui annum Romam non reliquiſſe?

Quid igitur ſentiendum eſt de anno, quo Trajanus S. Ignatium Antiochiæ ad beſtias condemnavit, & Romam miſit ad hoc ſupplicium ſubeundum? Res ipſa certe expedita eſt. Nam Trajanus imperii ſui anno decimo octavo, Meſſala & Pedone Conſulibus, (Conſulatus autem Pedonis ad A. D. 115. Urbis 868.) Antiochiæ hibernavit, & erat exer-

exercitus Trajani valde gentilis: ubi ingens terræ motus extitit, ex quo Imperator ægre evasit: ut observat Dio. Hos terræ motus ideo contigisse Gentiles crediderunt, quia eorum Dii negligebantur: id autem imputabant Christianis. Quare quum Ignatius, Antiochiæ Episcopus, Christianorum in Syria quasi Princeps haberetur, hunc Imperator, vere in Parthos exercitum ducturus, in judicium vocat, & vocatum condemnat: quod ab eo nunquam factum ante legimus: sed ex liberis sanctissimi Episcopi responsis hoc fecit. Non hæc nos excogitamus: sunt autem à Joanne Mallela, qui Antiochenus fuit, diserte tradita. V. Usser. p. 53. 54. Sed quid tandem sentiemus de loco illo Mallelæ, in quo suam sententiam fundavit optimus Usserius? Respondeo, si intelligatur de Trajano, qui in imperio Nervæ successit, falsissimus est, ut ostendimus: si referatur ad martyrium S. Ignatii, etiam illud contra mentem Mallelæ fit. Sed si aliter eum intelligamus, neque veritati neque Mallelæ injuria fiet. Sic igitur Mallelam interpretor, Trajanus, Trajani, filii Nervæ, pater, rediit Antiochiam A. D. 79. Pone Trajanum patrem pro filio & A. 79. pro 107. & omnia constabunt, & ipse sibi Mallela. Factum hoc sub Vespasiano, quia Trajanum in pretio habuit, quod ille sub ipso Vespasiano Tribunus fuit in bello Judaïco A. 67. forte Consul suffectus 74. Hunc igitur fecit Vespasianus Procos. Asiæ A. 79. quo postea ipse mortuus est. Sub patre tunc militavit Trajanus filius juvenis adhuc XXI. annos natus. Pater Trajanus A. 78. Parthos superavit, & ad Antiochiam reversus est Januarii 7. A. 79. ad suscipiendum Proconsulatum Asiæ, quem ei indulsit Vespasianus pater. De qua victoria Parthica intelligendus est Plinius: *Nonne incunabula hæc tibi, Cæsar, & rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam Patris augeres?*

Damnatus igitur ad bestias S. Ignatius A. D. 116. eodem anno exeunte Romæ passus est. Scriptæ sunt ergo hæ Epistolæ anno Æræ vulgaris 116.

SCHOLIA & ANNOTATIONES
THOMÆ SMITHI
IN EPISTOLAM S. IGNATII
AD
SMYRNÆOS.

P. I. AI λόγῳ Θεῦ] Ita quoque legebant vetus noster Interpres & Interpolator, distinctim & separatim, non per appositionem, ut quidam vir doctus ex fortuita hujus particulæ conjunctivæ omissione in versione Vossiana interpretatur. Verba enim non sunt de Spiritu Sancto & Christo intelligenda, neque ad præcedentia referri debent, *Ecclesiæ in Smyrna commoranti in puro spiritu & verbo Dei:* sed potius ad posteriora. S. Ignatius Smyrnæis salutem cum integritate mentis & omni divinæ scientiæ ex verbo Dei hauriendæ profectu optat. Hic est ὁ λόγος τῦ Θεῦ καὶ ἡ μαρτυρία Ιησῦ Χριςῦ, de quibus perhibuit testimonium divinus Apocalyptes cap. I. 2.9. *propter*que idem *verbum Dei ac testimonium Jesu* Christiani istius seculi mortem libentissime oppetiere. Apocalypf. XX.4. ne alia loca memorem. In hac epistola dicit pientissimus Martyr Philonem & Agathopum se ex Syria comitatos fuisse εἰς λόγον Θεῦ..

P. 2. Οὕτως] *Ita*, *hoc modo.* quod excidit è veteri hac versione. Proculdubio enim Scriptor divinus particulam istam ὅτως, quam retinet quoque Interpolator, tum emphaseos, tum explicationis caussa, ex industria inseruit: quasi dixisset, *se Christum Deum glorificare*, *eo quod eos tali sapientia*, *quam præ se tulere*, h. e. *vera & orthodoxa mysteriorum fidei cognitione*, *quatenus sapientiæ mundanæ*, *quam Gentiles philosophi tantopere crepabant*, *contradistinguatur*, *Deus ipse imbuisset.*

Σαρκί τε καὶ πνεύματι] Phrasis sæpissime à S.Ignatio usurpata: i. e. *vere*, *omnino*, *ex integro*, *ac sine ullo defectu*, *omni cum sinceritate & affectu*, *& absque aliqua dissimulatione :* prout ex subjecta materia interpretari licet. Sic

ἑνωσις

ἕνωσις σαρκὸς καὶ πνεύματος in epiſtola ad Magneſios: quibus optat, ut proſperi ſint σαρκὶ καὶ πνεύματι. Monet feminas in epiſtola ad S. Polycarpum, ut ſint *contentæ viris* σαρκὶ καὶ πνεύματι. In epiſtola ad Trallenſes, quod Smyrnenſes ipſum recreaverint σαρκί τε καὶ πνεύματι. Salutat quoque Romanos, in titulo epiſtolæ, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα *unitos*. Idem dicendum de adjectivis σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, quæ diſtinctim variis rebus applicantur, deque iis prædicantur, ut de reſurrectione Chriſti, de charitate, de diligentia, de S. Polycarpo, de ipſo Chriſto in epiſtola ad Epheſios, εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, ut reliqua taceam. Sed de his phraſibus vide D. Pearſonum in Vindiciis Ignatianis part. II. pag. 198. & D. Hammondum Diſſertat. II. cap. 11. pag. 85.

P. 2. Κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν θεοῦ] Aliter, ut omnes norunt, legebat Theodoretus ἐν Ἀτρέπτῳ. cap. IV. κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν, voce θεοῦ omiſſa, genium ſuum potius quam codicem ſecutus, quaſi altera lectio, quam hoc modo emollire ſatagebat, nimium cruda illi videretur. Omittuntur omnino hæc verba ab Interpolatore: quæ facile tolerari poſſunt, & ſanum ſenſum includunt: *ab omni æternitate voluit Pater, ut Filius ſit cum ipſo coæternus*. Nec ab hoc loquendi genere poſtea abſtinuerunt Patres. Explicat vero D. Pearſonus de incarnatione Chriſti, Vind. Ignat. P. II. pag. 100.

P. 3. Εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ] Videtur hoc dici de omnibus ſanctis & fidelibus, qui εἰς τοὺς αἰῶνας *ſive in omne ævum in Chriſtum credituri ſint, ſive ex Judæis, ſive ex Gentilibus, è quibus, quaſi totidem membris, coagmentatur & coaleſcit corpus eccleſiæ Chriſtianæ*, quod juxta phraſeos Apoſtolicæ formam *unum* appellat: nempe *illius reſurrectionem illis fore* σύσσημον *ſive ſignum & vexillum, ad quod, ducem ſalutis ſecuturi, congregabuntur, utpote fide illius, tanquam peculiari indicio, ab impiis & infidelibus diſcernendi.*

Τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι] Videtur inſerendum κατὰ ante τὸ δοκεῖν, vel potius utrobique legendum, τῷ δοκεῖν, ut apud Theodoretum, & ita in ceteris locis. Hoc videntur aſſeruiſſe iſti hæretici, ac ſi ignominioſum & plane eſſet erubeſcendum fateri Chriſtum vere paſſum eſſe. Αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες. *Videntur eſſe Chriſtiani, & non ſunt.*

Ἀσωμάτοις] Id eſt, *Phantaſticis*, qui Chriſtum non reale ſed phantaſticum corpus habuiſſe aſſeruerunt, vel qui

erant *extra corpus ecclesiæ*, quod antecedit. Sed hæc altera ratio nominis vix videtur admittenda.

P. 3. Αὐτὸν οἶδα] Alter Interpres, *novi*, ut & Rufinus in sua versione Eusebii, *scio*, h. e. *Non solum Christum in carne fuisse post resurrectionem novi, sed & jam exsistere, & esse in cœlis in eadem humana natura subsistentem credo, & certus sum.* h. e. ut ipse explico, *Christus resurgendo non amisit veritatem & essentiam corporis sui, quod nempe antea gestabat, & in quo passus est, sed in eodem in terris post subsistebat, & jam in cœlis subsistit.* V. Vindicias Ignat. II. 120.

P. 4. Ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί.] Theodoretus in Ἀσυγχύτῳ paullo aliter: Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ Πατρί. Quæ lectio Theodoreti mihi videtur vitiosa; hæc vero, quam exhibet codex Medicéus, longe meliorem fundit sensum: h. e. *Quamvis Christus per divinam naturam sit Deo Patri unitus, tamen post resurrectionem à mortuis, vitalibus animæ & corporis actionibus, quas coram ipsis exseruit, sese verum corpus humanum, ex carne & ossibus constans, gestare demonstravit.*

P. 5. Τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου] Hæc male omittuntur ab Interpolatore. *Ille, qui verus & perfectus homo nascendo factus erat, vigorem menti, ut hæc omnia propter ipsum sustinere valeam, infudit, meque illius gratia corroboravit.*

Οὓς οὐκ ἔπεισαν] *Quidam impii, injustis præjudiciis occæcati, Christum* εἶναι σαρκοφόρον *sive in carne fuisse, sine qua non potuit esse* τέλειος ἄνθρωπος, *præfracte negant, nulla fide prophetiis, legi Mosis, Evangelio, passionibusque Christianorum, qui ob hanc veritatem, tot claris & irrefragabilibus indiciis & argumentis firmatam, mortem cruentam subiere, adhibita.*

Μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος] h. e. *usquedum renuncient errori de passione ejus, quam fictam & imaginariam somniant, virtute cujus nos tandem resurgemus.* Verba post μετανοήσωσιν omisit Interpolator, utpote ab ipso non intellecta.

P. 6. Ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι] Ne ipsi quidem Angeli, juxta mentem S. Ignatii, salutem assequi possunt absque fide in sanguinem Christi. S. Hieronymus lib. II. Comment. in Ephesios. *Descendit ergo in inferiora terræ, & ascendit super omnes cœlos filius Dei, ut non tantum leges prophetasque compleret, sed & alias quasdam occultas dispensationes, quod solus ille novit cum Patre. Neque enim scire possumus, quo modo & Angelis & his, qui in inferno erant,*

erant, *ſanguis Chriſti profuerit*: *& tamen quin profuerit*, *neſcire non poſſumus*. V. Vind. II. 90. De Angelis & Principibus inviſibilibus nihil habet Interpolator.

P. 6. Εἰς τὴν χάριν] i. e. περὶ τῆς χάριτος· vel, ut reddit Cotelerius, *contra gratiam Chriſti*.

Τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ] *Divinæ voluntati in Evangelio*, de vitæ humanioris erga alios quoſcunque exercendæ officiis, *peculiarem in modum manifeſtatæ*.

Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς] Gnoſtici erant moribus efferis, charitate ceteriſque affectibus manſuetioribus plane vacui, neque alienæ miſeriæ ſenſu tacti. V. S. Polycarpi epiſt. ad Philippenſes pag. 19. & S. Barnabæ epiſtolam verſus finem.

Οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου] Locum hunc de podagricis & paralyticis, aliiſque, quorum nervos artuſque morbi pro varia illorum ratione & temperamento afficiunt, interpretandum reor. Si quis vero de debitoribus, aliiſve ob Chriſtianæ fidei profeſſionem in carcerem conjectis, & vinculorum nexu ibi ligatis, & de qualicunque θλίψει, ſive ex ægritudine, ſive ex atroci Gentilium odio orta, oppreſſis interpretari velit, non multum refragabor.

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς] (Theodoretus habet προσφορᾶς· & fortaſſe rectius) ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν — Euchariſtia ſive panis Euchariſticus *caro Chriſti* myſtice. Noluerunt hi hæretici, contra quos diſputat S. Ignatius, celebrare Euchariſtiam, in qua caro Chriſti typice repræſentatur: quia tunc confiteri adigerentur, Chriſtum fuiſſe vere incarnatum. Admiſſo enim hoc ſacro percipiendi carnis & ſanguinis Chriſti ſymbola ritu, proprium dogma de abnegata Chriſti humanæ naturæ veritate ipſi jugularent. Quippe compertiſſimum eſt, hujus ſacræ ſolennitatis repræſentationem à Chriſto inſtitutam & ab omnibus veris Chriſtianis ex neceſſitate peragendam, ſupponere rem repræſentatam vere & realiter exſtitiſſe. Quum vero hoc negaverint Gnoſtici, ab omni euchariſtia & oblatione, precibuſque ſtatis iſti officio convenientibus, & quibus in ſacro illo ritu, maxime Chriſtiano, peragendo uti conſuetum erat, ex principiis ipſorum ſibi eſſe abſtinendum duxerunt. Fides S. Martyris hac ex parte neutiquam convellenda eſt, etiamſi de ejuſmodi hæreticis primi & ſecundi ſeculi ab euchariſticis ritibus plane abhorrentibus taceant Eccleſiaſtici ſcriptores. Sola ipſius auctoritas ſufficit. Eodem argumenti genere utitur Tertullianus adverſus Marcionem lib. IV. c. 40. ut à D. Uſſerio aliiſque hanc rem tractantibus obſervatum eſt. Hujus au-

S 5 tem

tem periochæ defensionem vide in Vind. II. 131. Tota hæc sectio omittitur in vulgatis Græcis codicibus, quam codex Mediceus conservavit integram, uti & Theodoretus, & vetus noster Interpres. In caussas hujusce omissionis inquirere non libet: quum Interpolatores pro libidine & arbitrio suo, interdum ex rei ignorantia, interdum ex propriorum dogmatum, quæ à communi regula fidei & morum descifcunt, amore, multa in vetustis Auctoribus aut expungendi, aut mutandi, aut refingendi facultatem sibi assumpserunt.

P. 7. Αγαπᾷν] Ita quoque in suo codice legebat V. I. *diligere.* Fortasse hoc vult S. Martyr, illorum maxime interesse, ut ipsi quoque in beatam vitam resurgant, *acquiescere* in revelationibus Evangelii, nec mysterium hoc sanctissimum vanis blasphemisque oppositionibus & disputationibus sollicitare, sed cum affectu & amore amplecti hanc δωρεὰν τοῦ Θεοῦ. Αγαπᾷν enim mihi videtur opponi τῷ ἀντιλέγοντες· quod præcedit.

Η ἀνάστασις τετελείωται] Resurrectio Christi tot claris indiciis, probationibus, & testimoniis, quibus contradici nequit, in Evangelio patet, ut perfectæ demonstrationis vim apud omnes habere debeat. Ad consummationem firmissimæ fidei in hoc articulo nihil amplius potest desiderari. V. epistolam ad Philadelphenses. §. IX.

Ως Θεοῦ ἐντολὴν] Frustra & male addit Interpolator, διακονοῦντας.

Η ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ] V. I. *quam*, ἣν· sensu non dispari. *Ista Eucharistia solummodo pro vera, firma, & licita habenda est, quæ vel ab ipso Episcopo, vel sub ipso, h.e. illo præsente, sub ipsius oculis peragitur, vel quam ipse aliis in locis à Presbyteris ad hoc sacrum munus obeundum deputatis fieri permittit aut jubet.* Quod itidem mox repetit S. Ignatius, idemque de baptismi administratione monet.

P. 9. Η τελεία πίστις] Forte hæc verba separatim à sequentibus intelligi debent hoc modo: *Neque fides vestra, quam integram servastis, vos unquam in ruborem dabit, neque ipse Jesus Christus, in quem credidistis.* Interpolator habet ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, & pro πίστις reponit ἐλπίς.

Η προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν] An fama sola, an literis, an effectu? ut in fine hujus periochæ, & alibi in his epistolis.

Οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι] Modestiæ & humilitatis caussa B. Martyr reticet nomen & titulum Episcopi. *Non dignus illo episcopatu fungi, utpote omnium infimus.* Sæpe hoc

hoc in his epistolis repetit. Tantum in epistola ad Romanos, quum necessitas id postulaverit, seipsum Episcopum Syriæ & Ποιμένα nuncupat: ἐκεῖθεν videtur poni pro ἐκεῖ, quod rectius est. ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν· in epistola ad Ephesios.

P. 9. Οὐκ ἐκ συνειδότος] *Hanc dignitatem mihi contigisse ex sola gratia & favore DEI agnosco: non quod mihimet ipsi vel minimum sim conscius, quasi ipse meruissem.*

Καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ] *Coram Deo & hominibus.*

Καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος] *Restituitur hodie jam Antiochenorum ecclesiæ pristinus splendor & magnitudo, quæ tantæ civitati, reginæ Orientis, conveniebat. Christianis jam licet conventus sacros agere, & idem, quod antea, ecclesiæ corpus constituere:* quod satis ostendit unitatem particularis ecclesiæ sub uno episcopo, licet jam per vim abducto. *Omnium vestrum corpus.* S. Polycarp. ad Philipp.

P. 10. Ὄφειλον] Alter Interpres videtur legisse ὤφελον. *Et debuerant quidem omnes eum imitari:* ὤφελον πάντες αὐτὸν μιμεῖσθαι· mutata verborum constructione. Sed lectio prior neutiquam debuerat sollicitari, utpote recta & sana, etsi elegantiis Atticis non satis congrua.


Η χάρις] Absolute; ut in epistola ad S. Polycarpum versus finem. Frustra & absque omni necessitate addit Interpolator, τοῦ κυρίου.

P. 11. Ἐν ὀνόματι] Alterum hoc plane redundat; nec agnoscit V. I. quod Librarius male repetiit ex antecedentibus.

Ἀσύγκριτον] V. I. *incomparabilem.* Sed videtur esse proprium nomen viri: ut apud S. Paulum ad Romanos XV. 14. Vix enim dicendum est, S. Ignatium quenquam, utut bene merentem de ecclesia & de ipso, hoc immodico elogio adornare voluisse. Nec, ut puto, articulus, τὸν, prout supponit D. Pearsonus, in MS. Mediceo reperitur. Non negaverim tamen τὸν ἀσύγκριτον, nimirum cum præposito articulo, in epistola interpolata reperiri, & ita in codice suo veterem Interpretem, quem sequitur D. Pearsonus, legisse videri.

IN EPISTOLAM

IN EPISTOLAM AD S. POLYCARPUM.

P. 12. Ροσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου] Hæc & alia, quæ in hac epiſtola occurrunt, imitatur Impoſtor, qui S. Ignatii nomen mentitus eſt, in epiſtola ad Heronem.

P. 13. Ἀκοίμητον πνεῦμα] Videtur opponi πνεύματι τῆς ἀργίας καὶ κατανύξεως. Rom. XI. 8.

Κατὰ βοήθειαν Θεοῦ] Quæ verior lectio eſt, & quam agnovit alter interpres, *ſecundum adjutorium Dei:* licet V. I. in ſuo codice legiſſe videatur κατὰ ὁμοήθειαν Θεοῦ, *ſecundum conſuetudinem Dei.* quod utique habet Interpolator. Sed quænam eſt illa *Dei conſuetudo*, quam, ſingulis, prout illorum res tulerint, locuturus S. Polycarpus, debet imitari? Locutio ſane dura & omnino rejicienda.

Χάρις σοι οὐκ ἔστιν] Eodem ſenſu, quo apud S. Petrum reperitur, I epiſt. II. 18. τοῦτο γὰρ χάρις. & 20. τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. *Si fratribus, qui doctrinæ & diſciplinæ tuæ morem geſſerint, benignus ſis, quid gratiæ illinc promereberis? Hoc vix laude & commendatione dignum cuiquam videbitur.*

Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς] *Variis affectibus, qui tum à naturali ſtatu, tum à ſpirituali, in hac arctiſſima corporis & animæ unione fluunt, quum ſis compoſitus, inde pro varia rerum ratione prudenter te agere oportet.*

Τὰ φαινόμενα] *Quæ coram manifeſta ſunt, inque oculos tuos incurrunt, blandientium more tractes*, κολακεύῃς, (uti legebat Antiochius, licet alia perſona κολακεύῃ· ſed male:) *& placide feras.* Quod non intellexit Interpolator, qui ſubſtituit ἐπανορθώσῃς, *corrigas:* quam tamen lectionem ſecutus eſt Damaſcenus.

P. 15.

P. 15. Τὰ δὲ ἀόρατα] *Futura vero, quæ omnem conspectum humanum fugiunt, à Deo pete, ut tibi manifesta fiant:* vel τὰ ἀόρατα, *arcana illa mysteria, quæ obtutu humano perfecte discerni & dignosci non possunt, nisi Deo revelante: ob hæc Deus exorandus est, ut omni charismate ad munus Episcopale rite & pro dignitate obeundum abundes.*

Αἴτει] Quod tolerari potest. Cotelerius αἴτῃ citra necessitatem.

Εἰς τὸ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν] V. I. *à Deo potiundum.* Error proculdubio Librarii, pro *ad Deo potiundum:* ut notarunt Usserius & Pearsonus: *ut ipse cum ceteris tuæ curæ commissis Deum assequaris. In hac tua statione, in hac temporum lucta, res afflictæ Christianorum tuam opem desiderant, imo & exposcunt, ut navarchi prosperos ventorum flatus, ac mari procelloso jactati portum.* Hanc periochen neutiquam intellexit Interpolator, qui supplendi sensus caussa addidit τὸ εὔχεσθαι· sed prorsus male.

Ινα καὶ αὐτὸς ὑμᾶς ὑπομείνῃ] Apodosis apta & concinna, nec sanæ Theologiæ incongrua: *ut Deus pro infinita sua lenitate nos, si quoquo modo ex fragilitate humanæ naturæ deliquerimus, sustineat, & benigne se erga nos gerat.* Superflue vero, nec ad mentem Apostolici Scriptoris explicat Interpolator, ἀναμείνῃ εἰς τὴν βασιλείαν.

Τὸν ὑπὲρ καιρὸν] *Omni tempore priorem, ante orbem conditum.* Hæc & quæ sequuntur, de Christo plane intelligenda sunt, & ejus æternam divinitatem clarissime exprimunt.

Τὸν ἄχρονον] *Antequam tempus esset.* h. e. ab omni æternitate.

P. 15. Μηδὲ σὺ ἄνευ Θεοῦ τι πράσσε] V. I. *neque tu sine Deo quid operare.* Male in textum editionis Vossianæ irrepsit τὸ γνώμης· non enim reperitur in MS. codice Mediceo. Nec repetitione istius vocabuli opus erat. *Nihil tu facias nisi quod placeat Deo: sive quod conveniat divinæ ordinationi:* eodem quidem sensu. Occurrit tamen in hoc loco apud S. Chrysostomum in oratione de uno Legislatore, si modo ille sit illius Auctor: qua de re inter magnos viros non parum controvertitur.

Συναγωγαὶ] *Conventus sacri*, diebus festis aliisque, si commodum videbitur.

Δούλους καὶ δούλας] Multi è servili conditione utriusque sexus à primis Apostolorum temporibus Evangelium amplectebantur, quos S. Ignatius animo fore modesto monet: neque inde flagrantius æquo concupiscere oportere, ut à ser-

vitutis,

vitutis, cui aut ſorte naſcendi aut qualicunque cauſſa eſſent addicti, nexu liberentur. Neutiquam vero conceſſerim ut pro τȣ̃ κοινȣ̃ τȣ̃ Κυρίȣ, multo minus κόσμȣ ſubſtituatur. quod plane putidum eſt.

P. 15. Μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τȣ̃ κοινοῦ] Antonius Meliſſa. lib. II. λόγ. κϐ'. οἱ δȣ̃λοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ ἐλευθερȣ̃σθαι, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεȣ̃ πλέον δȣλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεȣ̃ τύχωσιν· ultimis verbis hujus periochæ omiſſis, aliiſque inverſis: quod citantibus frequenti uſu venit. ἐράτωσαν, *deſiderent:* uti hic quoque præter Antonium habet Antiochus: & recte quidem. Interpolator, αἱρέτωσαν, *eligant:* quum hoc non eſſet in illorum poteſtate.

Ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃] An à communi ſorte & conditione ſervorum? an à communitate, cui addicti erant? alii enim civitatis ſervi, alii privatorum: an à communibus ſumptibus ſive publico ærario Chriſtianorum? quiſque apud ſe prout lubet, ſtatuat.

Ὁμιλίαν μὴ ποιοῦ] Μὴ deeſt in MS. nec agnoſcit V. I. quaſi S. Ignatius Polycarpum admonuiſſet, ut de hiſce malis artibus frequentes orationes coram populo habeat, quo ab iiſdem magis ſedulo caveatur. Interpolator habet particulam iſtam negativam, μὴ ποιοῦ· h. e. *cum hiſce malis artibus nullum commercium habe aut conſuetudinem:* ſed tum pro περὶ τȣ́των ponendum videtur μετὰ τȣ́των.

P. 16. Εἰς τιμὴν τȣ̃ κυρίȣ τῆς σαρκὸς] V. I. *in honorem carnis Domini*, i. e. *in honorem Chriſti incarnati*, qui humanam naturam ſanctificavit, & caſtiſſime vixit. Sed videtur eſſe tranſpoſitio in Græco textu, & τὸ τῆς σαρκὸς debet conjungi cum ἁγνείᾳ.

Ἐὰν γνωσθῇ πλέον] In vulgatis editionibus πλὴν corruptiſſime. Senſus vero videtur eſſe hujuſmodi: *Si quis inani δοκησισοφίᾳ elatus, aut ex morum caſtitatiſque oſtentatione ſe magis æquo ſpectandum cognoſcendumque velit, ut in aliorum opinione Epiſcopo præferatur, ille omni ſano judicio vacuus eſt.*

Ταῖς γαμȣμέναις] In vulgatis editionibus γαμȣ́σαις. prorſus male. Vix enim puto τὸ γαμεῖν dici aut poſſe aut debere de mulieribus.

Μετὰ γνώμης τȣ̃ ἐπισκόπȣ] Hinc clare patet nuptias non fuiſſe habitas juſtas & legitimas abſque ſententia Epiſcopi & benedictione ſacerdotali in primis Chriſtianiſmi ſeculis. Ut hoc modo fierent, ſanctiſſimus Martyr, auctoritate Apoſtolica, ut videri poteſt, ductus, ſerio monet.

P. 16.

P. 16. Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε] Jam ad Smyrnæos, quibus præfuit Polycarpus, orationem transfert & dirigit S. Ignatius: nec id à communi usu abludit. V. Apocalypf. II. 10. Non enim satis habuit ad eos peculiarem scripsisse epistolam, sed ut testatiorem patentioremque ejus erga illos affectum faceret, huic epistolæ pro necessaria ista inter Pastorem & gregem in mutuis pietatis charitatisque officiis consuetudine, coram iis legendæ, hanc sectionem, quæ ad illos proprie spectat, adjungi & inseri sapienter statuit.

Τῶν ὑποτασσομένων] Antiochus habet ὑποτασσομένῳ, uti statim pro αὐτοῖς, ut cetera conveniant, αὐτῷ· sed non recte. V. Vind. I. 16.

Συγκοπιᾶτε & quæ sequuntur] Non sunt hæc ad literam exigenda, & rixosi ingenii est ita rigide interpretari, quæ metaphorarum, quas vel pueri norunt, ope plana & manifesta fiunt. *Omnia facite concorditer.*

P. 17. Δεπόσιτα] Quicquid vobis à Deo in vicem talenti committitur & deponitur, illud in usus necessarios tum vestri tum aliorum impendendum est, ut debitam bonorum operum mercedem ex infinita Dei benignitate tandem in altera vita reportetis.

Ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν] Legendum μεθ' ὑμῶν· ut apud Antonium; ut aliquatenus respondeat τῷ μεθ' ἀλλήλων.

Κἀγὼ] *Ideo etiam ego.*

P. 18. Χριστιανὸς] Utpote Dei servus, in cujus potestate est, & cujus voluntati, non suiipsius, parendum est. Ideo nemini iter hoc, Dei caussa suscipiendum, utut difficile & laboriosum, declinare licebit.

Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι] Transpone verba, ὅτι τῇ χάριτι, h. e. διὰ τῆς χάριτος.

Ὡς τὸ θέλημα] Mandatum Imperatoris Trajani. Sed dubito.

Ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις] Ecclesiis anterioribus, quæ inter Smyrnam & Antiochiam sitæ sunt, quarum aliquot vicinæ S. Ignatium, quum relicta Syria, & longo isto Minoris Asiæ littore præternavigato, Smyrnam appulisset, per Episcopos & Presbyteros suos inviserant.

Ὡς θεοῦ γνώμην κεκτημένος] *Utpote perspecto DEI consilio.*

P. 18.

P. 18. Δοξασθῆτε] V. I. legebat δοξασθῇς, *glorificeris*. Sed fortaſſe enallage numeri hic potius admittenda videtur. Hoc charitatis & benevolentiæ Chriſtianæ officio longum duraturo, imo in æternum celebrando : αἰωνίῳ ἔργῳ, phraſi Oratoribus uſitata.

Ως ἄξιος ὢν] Verba hæc cum ſuperioribus ſunt connectenda, & de S. Polycarpo intelligi debent, & non cum ſequentibus conjungenda : ut perperam intellexit V. I. Hoc enim non ſinit S. Martyris humilitas & modeſtia, idque ſæpe ſæpius & acerrime quidem deprecatur. Qui vero ea poſterioribus adjungi volunt, pro ὡς legi debere ὐκ contendunt. Sed non opus eſt hac emendatione.

P. 19. Αὐτῆς] Recte. Nam fortaſſe ipſe Epitropus, illius maritus, erat aut mortuus aut abſens.

Επισκοπῇ] V. I. *viſitatione*, i. e. ſub cura & regimine unius Epiſcopi, nimirum veſtri Polycarpi. Alloquitur jam univerſos iſtius urbis Chriſtianos. Codices Auguſtanus & Leiceſtrenſis habent ἐπισκόπυ· & fortaſſe rectius.



IN EPISTOLAM

IN EPISTOLAM
AD
EPHESIOS.

P. 19. N μεγέθει θεῦ πατρὸς καὶ πληρώματι] Πλήρωμα sive αὐτάρκεια, sive immensa Dei natura, quæ implet res & loca omnia, spatiumque, ultra quod intellectus humanus vel concipere vel fingere possit.

Εκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ] P. Junius legi vult, πόθῳ· sed male. Sensus hic manifestus videtur: *electam virtute meritorum mortis & passionis Christi, quam ille vere subiit.* Hæc enim epitheta referri debent ad ἐκκλησίαν, quod post εἶναι in quarto casu subintelligendum est, non ad δόξαν.

P. 20. Τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα] *Existimationem, famam, quæ apud omnes amabilis est, illorumque affectus allicit.* Ad ecclesiam scribit singulari numero, utpote in uno capite, Christo, & eidem Episcopo unitam Sed quare ergo in ceteris epistolis non eadem reperitur loquendi forma? Veruntamen non est, quod accurationem Grammaticam in homine occupatissimo, & in itinere variis negotiis & molestiis districto exigamus. Interpolator ad tollendam istam, ut sibi videbatur, ἀκυρολογίαν, substituit τὸ ὑμῶν.

Φύσει δικαίᾳ] *Bona indole sive natura per Spiritum sanctum infusa. Vos qui præclaram hanc laudem ex ista ingenita indole acquisivistis.* V. I. epist. ad Trallianos in initio. *incoinquinatam mentem habentes*, οὐ κατὰ χρῆσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. Quædam habet V. I. quæ in Græco textu desunt: qui hoc modo reformari possit: Αποδεξάμην, ut habent vulgati codices, ἐν θεῷ --- ὅτι μιμηταὶ --- hæc enim particula ὅτι è Græco exemplari videtur excidisse, ex veteri Interprete restituenda. Sensus aliter hujus sectionis, hiulcus & plane perturbatus ob quorundam verborum defectum, haud facile explicandus.

Υπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος] *Ob Christum, cujus nomine censemur, utpote communem Salvatorem nostrum, & omnium Christianorum spem.* 1 Tim. I. 1. *vel ob spem vitæ æternæ, ad quam nos omnes anhelantes adspiramus.*

P. 20. Θηριομαχῆσαι] Hic quod deest in textu, è versione supplendum est: & vice versa.

Επιτυχεῖν δυνηθῶ] Τὸ ἐπιτυχεῖν hic redundare videtur: & plane omisit Interpolator.

P. 21. Παραμεῖναι αὐτὸν] Addit Interpolator ἄμωμον absque aliqua necessitate.

P. 22. Επιτασσόμεναι] Insignis error Librarii & plane intolerabilis, pro ὑποτασσόμενοι, *subjecti*: ut habet V. I. & codex Mediceus.

Τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη] Γνώμη hic idem videtur esse cum τῷ λόγος. Quæ phrasis quum paullo durior videretur Interpolatori, illam molliendo, corrupit sensum. Καὶ γὰρ Ιησοῦς Χριστὸς πάντα κατὰ γνώμην πράττει τοῦ πατρός. Quid si legamus τῇ γνώμῃ hoc sensu. *Christus Dei Patris voluntate & sententia Princeps ecclesiæ* ὁρισθεὶς sive *constitutus*, *sicut & Episcopi ipsius sententia.* quod nimirum sequitur: οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ πέρατα --- *Episcopi ex voluntate Christi ubique per omnes terrarum tractus stabiliti, quam nimirum Apostoli ab ipsius ore didicerunt, & in ipsius nomine in universis ecclesiis definiverunt.* Hæc enim lectio non mihi sollicitanda videtur. Eadem occurrit in re prorsus eadem in inscriptione epistolæ ad Philadelphenses --- σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἀποδεδειγμένοις.

P. 23. Εν γνώμῃ Ιησοῦ Χριστοῦ] Doctissimus [a] Hammondus præpositionem ἐν vult deleri, & legi γνώμη casu recto, ut in priore parte hujus periochæ, ad mentem quoque V. Interpretis, quasi ab illius codice illa particula omnino abfuisset, *Jesu Christi sententia.* Hæc turpi negligentia omittens Interpolator, alia diversi argumenti stupide & prorsus ἀπροσδιονύσως substituit.

Οὐκ ἀνθρωπίνην] *Non qualem homines seculo addicti inter se familiari sermone de rebus variis solent exercere.*

P. 24. Εγκεκραμένους] V. I. *conjunctos.* quasi *immixtos & simul adunatos.* Sed comparationes hujusmodi, quæ sequuntur, non sunt ad rigorem literæ exigendæ, sed molliter interpretandæ.

Πάσης ἐκκλησίας] *Totius ecclesiæ, ipsi subjectæ, & sub ipsius cura & regimine adunatæ.* V. Vind. II. 118.

Επὶ τὸ αὐτὸ] *Ad eundem sacrum cœtum.*

Καὶ ὅσω βλέπει] Ob dignitatem venerabilis est Episcopus, etiam dum minus loquitur & imperat. Vide quæ habet §. XV. & in epist. ad Philadelph. in initio.

[a] V. Dissert. II. pag. 113. 126.

P. 25.

P. 25. Τὸ ὄνομα περιφέρειν] Vel Chrifti vel Chriftianorum (vide ep. ad Philadelph. §. X.) utpote nomine tenus Chriftiani & Pfeudo - Chriftiani : quales erant Ebionitæ & Gnoftici. Τῶν ψευδαδέλφων καὶ τῶν ἐν ὑποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. Polycarpus ad Philippenfes.

Εἷς ἰατρὸς] Chriftus, qui animis fauciis æque ac corpori morbis infirmitatibufque laboranti adhibet medicinam.

Γεννητὸς καὶ ἀγένητος] Legebat V. I. γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, *genitus & ingenitus:* uti quoque S. Athanafius in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, & Theodoretus in Ατρέπτῳ, nifi quod illic pro ἀγέννητος legitur ἐξ ἀγεννήτου non tam cafu quam confilio five Auctoris five Librarii. Alteram vero lectionem fequitur Gelafius in libro de duabus Chrifti naturis, *factus*, *& non factus.* V. D. Bullum in defenfione fidei Nicænæ. p. 75.

Τότε ἀπαθὴς] Chriftus poft refurrectionem nullis infirmitatibus, ægritudinibus, affectibufque, quos antea fubierat, jam futurus obnoxius.

P. 26. Αγνίζομαι] Legendum ἁγνίζωμαι· *ipfe offerar in victimam pro ecclefia Ephefiorum.* ὑπὲρ enim apponendum effe ante ὑμῶν olim fentiebam: fed jam dubito, quum in parallelo loco occurrat abfque præpofitione ep. ad Trall. §. XIII. Interpolator fenfum vocis non intellexit, ideo hoc modo παραφράζει· Περίψημα δὲ ὑμῶν καὶ τῆς ἁγνοτάτης Εφεσίων ἐκκλησίας.

Πνευματικὰ] *Ad finem fpiritualem diriguntur.*

P. 27. Κατ' ἄλλον βίον] *Secundum vitam hanc Chriftianam, quæ alia eft a naturali.*

Μαθητευθῆναι] *Ut bonis veftris operibus inftructi convictique de fuis malis moribus pudefiant & ad Deum convertantur, indeque difcipuli fiant Chrifti.*

Τὰς προσευχὰς] Deeft quippiam ad abfolvendam fyntaxin. Interpolator habet ἀντιτάξατε· quod non inconcinnum videtur.

P. 28. Τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ;] Hæc verba parenthefi includi oportere puto --- *Nobis quidem diligenter laborandum eft, ut fimus Domini Chrifti in omni manfuetudine & patientia imitatores.* Quod argumentum fortius urget, ad ipfos provocando: *quis majorem injuriam paffus eft unquam, quam ipfe Chriftus paffus fuerit? quis magis deftitutus, aut majori ludibrio & contemptu exceptus, tanquam effet nullius pretii & ob vilitatem plane rejiciendus? Diviniffimum hoc Chrifti exemplum fequimini, ne quis malus affectus, ne qua mala doctrina*, βοτάνη, *quam*

diabolus suorum mentibus inserere solet, in vobis reperiatur. Hac enim metaphora ex frequenti usu S. Ignatium mire delectari quis negaverit? V. epistolam ad Philadelph. §. III. & ad Trallian. §. VI. ubi seipsum clarius explicat: — ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις· eodem plane sensu, quo impia illa & blasphema dogmata nuncupat κακὰς παραφυάδας ibid. §. XI.

Μένετε] Ex festinatione variat personam sanctissimus Scriptor, accuratæ locutionis parum curiosus. V. I. *maneatis*: ac si legisset μένητε. Nec quicquam omnino refert.

Ἐν τῶν δύο] Quæ verba omittuntur ab Interpolatore: si interponatur particula ὡς post μόνον, sensus erit facilis: *Aut hoc aut illud solum agamus, ut in Jesu Christo inveniamur, ad vitam veram & immortalem in cœlis obtinendam magis inde comparati & dispositi.*

P. 29. Ἐγὼ κατάκριτος] *Adjudicatus à Trajano ad bestias, vos vero ab ejusmodi suppliciis per Dei misericordiam liberati.*

Ὑμεῖς ἐστηριγμένοι] *In pace firmati, & extra omne periculum.*

Πάροδος] Hanc lectionem frustra deserit D. Hammondus, Dissert. II. pag. 90. & totam periocham turbat.

Ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ] *In tota epistola, sive in illa epistola passim laudes vestras celebrat.* ut antea πάσης ἐκκλησίας, §. V. *totius ecclesiæ.* Frustra hanc lectionem sollicitat D. Hammondus. ibid. V. Pearsoni Vindicias II. pag. 118.

Εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν] Ad frequentes sacras synaxes Ephesios hortatur vir sanctissimus, utpote in quibus solennes gratiarum actiones Deo præstantur, & maxime glorificatur Deus ob mysterium redemptionis hominum per mortem Christi in illis sacratissimis ritibus repræsentatam.

P. 30. Θεοῦ ἐστιν] V. I. *Deus est.* prorsus male: *Hæc duo, fides & charitas, simul conjuncta, Dei sunt.* i. e. *à Deo proficiscuntur, & sunt præterea præcipua religionis Christianæ officia, ceteraque, quæ ad bene sancteque vivendum requiruntur, sunt horum quasi appendices &* ἀκόλουθα. Hic quoque peritia veteris Interpretis desideratur, qui perperam εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν, *in bonitate sequenda sunt*, *reddit.*

Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας] Hoc est, ni fallor, neque enim id præfidenter statuo: *Nos non possumus præstare, quod suscepimus, nisi ope fidei, qua in finem usque in sanctitate vitæ & bonis operibus præstandis perseveramus.* Locus sane perplexus, & ab Interpolatore omnino omissus.

P. 30.

P. 30. Σιωπᾷν καὶ εἶναι] Esse Christianum sine strepitu verborum.

P. 31. Ἀ σιγῶν δὲ πεποίηκεν] *Christus suiipsius gloriæ per universam vitam, etiam quando maxime mira & divina missione prorsus digna præstitisset, non velificatus est, utpote ab omni ostentatione vacuus.*

Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος] *Qui sermonibus Christi auscultat, imitatur ejus stupendam modestiam & humilitatem. Quod enim Christus silendo fecit, ille dum vitæ sanctioris regulas ab ipso institutas & traditas vere & sincere observat sequiturque, inde melius habet perspectum. Qui integrum hunc vitæ Christianæ apicem & perfectionem assecutus est, sive loquitur, sive silet, continuo vitæ ipsius tenore se esse Christianum demonstrat.* Totam hanc periocham, eo quod non intellexerit, pro more suo penitus neglexit Interpolator.

Κύριον] *Christum.* (de illo enim tota sectio procedit) qui mox nuncupatur Θεός. ubi, ut sæpissime alibi, imitatur S. Paulum. 1 Cor. III. 16.

Ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται] *Hoc*, (nempe, *Deum in nobis esse*) *& revera ita se habet, & nobis tanquam ob oculos manifestabitur ex hoc indicio, si illum vere, & sicut lex Christiana postulat, diligamus.* Pene tædet toties meminisse omissionum Interpolatoris.

Οἰκοφθόροι] V. I. *domus corruptores. qui seipsis mollitie abutuntur, aut illicitis nefandisque concubitibus indulgent; quum sint domus & templa Dei: cujus spiritus* οἰκεῖ *habitat in nobis.* εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. 1 Cor. III. 17. Vulgatus Interpres, *masculorum concubitores.*

Πίστιν Θεοῦ] *Qui doctrinam fidei, quam Deus per Christum revelavit,* ὑπὲρ ἧς *pro qua fide*, sive *in cujus confirmationem Christus mortem oppetiit, falsis dogmatibus hæreticisque commentis corrumpit.* De hac κακῇ διδαχῇ vide supra sect. IX. quæ mox appellatur διδασκαλία τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου sect. XVII. Pro πίστιν Θεοῦ Interpolator habet τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν, & sensum hujus periochæ misere pervertit. Hæretici illi, contra quos disputat S. Ignatius, ex illius sententia longe in pejori statu erunt, quam vita & turpissimis moribus flagitiosi.

P. 32. Ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν] *A vita Christiana proposita, quam vos juxta sanctam professionem in baptismo factam persequi oportet.*

P. 32. Διατί] *Quare non hac solenni institutione contra hasce impias fraudes & præstigias sapientia instructi sumus, qui doctrinam Jesu Christi Salvatoris nostri ex speciali gratia Dei acceperimus? Hoc ipso nomine edocti sumus, quod nemo nisi abjecta spe salutis ignorare potest, ut Christum ejusque Evangelium, in quo quicquid de Deo revelavit, continetur, amplectamur & confiteamur.*

Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ] *Vitam meam dabo, tanquam victimam piacularem pro doctrina crucis.*

Ποῦ σοφὸς] Omittitur ποῦ γραμματεύς; quod est apud Apostolum. 1 Cor. I. 20. nisi pro illis reposuerit S. Ignatius, ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Interpolator habet δυνατῶν, i. e. *potentum:* quod non intellexit suus Interpres, qui reddit, *ubi exsultatio dictorum?* omissa altera voce.

Ἵνα τῷ πάθει] *Christus genitus & baptizatus est, ut aqua, solenni ista institutione purificata, sit sacramentum in remissionem peccatorum per sanguinem Christi, & sordes peccatorum abluat.* Theodoretus habet, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ. V. Catenam in S. Lucam, cap. III. 21. Interpolator, ἵνα πιστοποιήσηται τὴν διάταξιν τὴν ἐγχειρισθεῖσαν τῷ προφήτῃ. Sed hæc aliena sunt à mente S. Ignatii.

P. 33. Τρία μυστήρια κραυγῆς] *Quæ jam omnium ore celebrantur, nullo modo, uti mysteria Gentilium, celantur & reticentur. Hæc tria* inquit S. Martyr *esse mysteria, quæ omnes vere Christiani jam aperte, quasi proclamatione facta, confitentur.*

Ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη] uti quoque habet Andreas Hierosolymitanus apud Usser. p. 12. Interpolator omittit Θεοῦ. *Hæc juxta Dei consilium & decretum ab omni æternitate, in qua seipso fruebatur, quæ diu latuerant, typis quoque silentio obruta, jam hæc eadem clare revelantur, nec amplius reticenda, sed ubivis voce sonora evulganda.*

Εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς] V. I. *in novitatem vitæ æternæ. Christus in carne manifestatus novam clarioremque de vita immortali in cœlis fruenda fidem & doctrinam mundo, fugatis ignorantiæ tenebris, inductoque Evangelii lumine intulit.* ut postea εἰς καινότητα ἐλπίδος. Sect. IX. ep. ad Magnes.

Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν] Sensus mihi videtur esse ejusmodi: *Christus ab initio incarnationis & in isthoc momento humanam naturam divina operatione perfectam assumpsit:* vel, *Dispensatio illa de Christo nasciture tum revera initium in terris habuit, quæ in mente divina ab seculis æternis exstabat, & apud Deum perficiebatur.* Alter Interpres ἀρχὴν reddit

dit *principatum*, (cetera vero miserrimum in modum pervertens) quasi hoc voluisset S. Ignatius, *Christum à Deo Patre summam tum in cælo tum in terris potestatem morte sua adeptum fuisse.* Sed hoc, ut quidem puto, ad mentem illius parum facit.

P. 33. Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο] h. e. *in regno Satanæ, eo quod jam mali spiritus sibi metuere inceperint, quod jam Christus carne assumpta mortem ipsam vel moriendo dissolvere esset propositurus.*

P. 34. Ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ] Epistolam alteram sive libellum ad Ephesios ampliori verborum contextura scribere in animo habuit S. Ignatius, nempe de Christi incarnatione, ceterisque rebus ad ipsius vitam ac mortem spectantibus. V. Vind. II. 136.

Εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον] h. e. περὶ τοῦ καινοῦ ἀνθρώπου *sive de Christo facto homine, quatenus ista dispensatio ad passionem & resurrectionem ipsius refertur. Hæc plenius vobis ex fide illa & dilectione, quam erga illum habeo, deinceps manifestabo.*

Ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα] Particula ὅτι videtur determinare sensum verbi συντρέχεσθε sive συνέρχεσθε ad tempus præsens modi indicativi, ut V. I. reddit, & non ad imperativum, ut habet Gelasius, ac si à suo codice plane abfuisset τὸ ὅτι: quod non agnoscit Interpolator. Rationem enim reddit S. Ignatius propositi illius, quod in se susceperat, *Hoc ideo faciam*, ὅτι *quoniam vos* &c.

Συντρέχεσθε] Theodoretus habet συνέρχεσθε: & quidem rectius. Adde ex eodem ἐν μιᾷ πίστει, *in una fide*, quod habent & Gelasius & vetus Interpres, & codex quoque Mediceus. Quæ verba Vossius ex festinatione inter exscribendum in suo exemplari omisit.

IN EPISTOLAM AD *MAGNESIOS.*

P. 36. Πολυεύτακτον] V. I. *multibonam ordinationem.* Alter Interpres rectius *dilectionem bene dispositam*, i. e. *bene ordinatam juxta regulas Christianæ doctrinæ.*

Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος] *Cognomento quasi sacro* Θεοφόρου, *& divine pulchro, quod nuper dignatione divina adeptus sum, ornatus, vinculis jam constrictus, ecclesias Christi laudare & celebrare pergo.*

Ἕνωσιν σαρκὸς καὶ πνεύματος] Integram nimirum perfectamque Magnesiis optat unionem fidei & charitatis, maxime vero Jesu Christi & Patris: quod de spirituali illa & mystica communione, quam fideles & sancti habent cum Deo Patre & filio ejus Jesu Christo, 1 Joan. I. 3. Joan. XVII. 21. intelligendum est. Sensus hic optimus & luculentus est. Locum hunc fœde corruptum esse hariolatur Vedelius, qui pro εὔχομαι substituit εὕρημαι seu εὑρίσκομαι, *in quibus unionem invenio.* Literalis & pene barbara versio Antiqui Interpretis ita restituenda est hac nova interpunctione: — *Jesu Christi, qui est nostrum semper vivere, fidei, & charitatis,* —

Ἐπεὶ οὖν ἠξιώθην] Sensus hujus sectionis imperfectus videtur. Non enim huic illationi respondet aliqua ἀπόδοσις· quod neutiquam vitio verti debet S. Martyri inter concussiones militum hasce epistolas festinante calamo scribenti.

Διὰ Δάμα] Meminit quoque Damæ fictor in epistolis ad Antiochenos & ad Heronem. Damas autem & Demas idem mihi esse videntur.

P. 37. Ὡς χάριτι Θεοῦ] i. e. *favori & benignitati divinæ illum in ista excelsa dignitate constituenti.* vel fortasse χάρις hic ponitur vice τοῦ χάρισμα. Aliter legebat Interpolator junctim χάριτι Θεοῦ ἐν νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. pag. 140. Quæ sequuntur apud V. I. desunt in textu, nec ea agnoscit Interpolator, & sunt plane addititia.

P. 37.

P. 37. Οὐ προσειληφότας] h. e. *non attendentes juventuti Damæ, qui vester Episcopus constitutus & ordinatus est.* Frustra substituit P. Junius προειληφότας. Sensus hic mihi quidem verus esse videtur: quem attigit Interpolator, οὐ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντας νεότητα. Ad ætatem enim Damæ, quum plane juvenis esset, quod ex vultu ipsius cuivis manifeste apparebat, verba ista φαινομένην νεωτερικὴν, referri debent: non tamen prorsus abnuerim tempus *nuperæ recentisque ordinationis* hic quoque posse intelligi. *Ordinem* vero apud V. I. pro *ordinationem* poni tralatitium est.

Θελήσαντος ἡμᾶς] Ita quoque legebat V. I. *volentis nos*: quod tolerari potest. *In honorem Dei, qui vult nos*, subintellige, *communi hac professione Christiana conjunctos, & eadem ecclesiastica disciplina confœderatos, episcopo cuivis, si sit senex, sive juvenis, sincero affectu & reverentia morem gerere.* Cotelerius reponit ὑμᾶς· nec quidem negaverim veriorem esse lectionem.

Τὸ δὲ τοιοῦτον.] Si hic ponatur interpunctio, omnis difficultas evanescit. *Quod vero ad hoc monitum de vera & sincera obedientia juveni Episcopo præstanda spectat*, ὁ λόγος, *illud quod supra jamjam dixi, non tantum ad hominem quantum ad ipsum Deum, qui intimos cordis recessus penetrat, & hanc hypocrisin celatamque contemptionem vindicabit, debet referri*: vel si ὁ λόγος pro *ratione* sensu Mathematicorum accipiatur, sensus erit parum diversus. *Hoc est ejusmodi consilium, in quo, non hominum sed omniscii Dei ratio maxime habenda est.* Ad hunc modum interpolator recte explicat, ἔχει ἀναφοράν.

P. 38. Επίσκοπον μὲν καλοῦσιν] *Justa auctoritate constitutum fatentur, illo tamen inconsulto omnia agunt.*

Διὰ τὸ μὴ βεβαίως] *Eo quod non recta & firma fide neque justo & stabili ordine juxta præceptum Christi & Apostolorum ad sacros cœtus sub cura peculiarium Episcoporum sese conferant.*

Τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος] h. e. *propter Christi passionem, vel juxta ipsius passionem, quam, tanquam exemplar coram oculis positum exhibitumque, imitari, quavis justa occasione oblata, debemus.* Male ergo inserit Interpolator ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, & omnino præter mentem S. Martyris.

P. 39. Εν τέλει ἐφάνη] *Christus, qui ante omnia secula erat apud Patrem, utpote æterni Patris æternus filius, tandem apparuit in fine mundi Judaïci, quando novum seculum sub Evangelio esset incipiendum*: vel, *in fine mundi*

 universi.

universi. Crediderunt enim istius seculi Christiani, rerum omnium consummationem non procul absuisse. Ita verba, quæ paullo antecedunt, videntur intelligenda: ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει· *quum omnia jam ad interitum sive ad ultimum finem vergant.* uti in epistola ad Ephesios, §. XI. ἔσχατοι καιροί· more loquendi apud Apostolos frequentissimo.

P. 39. Προκαθημένοις] *Presbyteris, quos Episcopus supra vos in curam regimenque animarum vestrarum collocavit.*

Εἰς τύπον καὶ] *Ut inde incorruptæ fidei regulas ad veram doctrinam cognoscendam ediscatis.*

P. 40. Ἰδίᾳ ὑμῖν] h. e. *separatim. Neque aggrediamini, ut quicquam à vobis separatim extra communionem Episcopi & Presbyterorum in conventiculis vestris factum, rationi congruum, justum aut decens appareat, falsusque color aliunde inducatur.*

Μία προσευχὴ, μία δέησις] *Unio fiat in precibus, in fide & intellectu mysteriorum fidei, in spe, in charitate, & in puro isto gaudio, quod ex spe vitæ futuræ & bona conscientia oritur.*

Εἷς ἐστιν] V. I. *quod est:* ac si ὃ legisset. uti quoque habet Antiochus, homilia LXXX. εἷς videtur esse melior lectio, quæ mox repetitur.

Τὸν ἀφ' ἑνὸς πατρὸς] *Filius*, quando in mundum venit, *à Patre exiisse* dicitur, & tamen *in Patre est:* (ἡνωμένος ὤν, ut paullo ante) & *ad Patrem reversus est:* h. e. post resurrectionem. V. Vind. II. 40. 55. & Bullum p. 290. Verba hæc, penitus ab Interpolatore omissa, ad τὴν ἐμπεριχώρησιν personarum S. Trinitatis, cujus frequens mentio apud Græcos Patres occurrit, referri possunt.

Ἰουδαϊσμὸν] V. I. *secundum Judaïsmum.* Igitur τὸ νόμον glossema frustra & omnino superflue additum videtur. Nec opus est, ut legamus Ἰουδαϊσμοῦ, aut Ἰουδαϊκὸν, ut habet Interpolator. Κατὰ Ἰουδαϊσμὸν & κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, quod mox sequitur, & deinde paucis interjectis κατὰ Χριστιανισμὸν, rectissime sibi invicem opponuntur.

Κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν.] *Prophetæ secundum fidem in Christum venturum, vel vitam vere Christianam ab omni flagitio puram egerunt.*

Εἰς τὸ πληροφορηθῆναι] *Præcipuus finis & scopus Prophetarum est, ut adventum Christi prædicerent & enarrarent, per quem Deus voluntatem ejus universis hominibus esset tandem aliquando manifestaturus.*

P. 41.

P. 41. Οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν] Prius dixerat ἀφ' ἑνὸς πατρὸς προελθὼν. Insignis hic locus optime explicatur à viris præstantissimis, quos hic nominare, quum id nemo ignorare possit, incongruum & absurdum videbitur, contra iniquas exceptiones & cavillationes illorum, qui inde αὐθεντίαν epistolarum S. Ignatii impugnare tentaverint.

Εἰς καινότητα ἐλπίδος] V. I. *ad novitatem spei*, h. e. *ad rerum plane novarum, utpote veteribus incognitarum, spem.* Vel, *si transiverint à veteri Judaïsmo, in quo erant innutriti, ad novitatem Christianæ doctrinæ, quæ novam vitæ in altero seculo obtinendæ spem fovet.* Alter Interpres, *ad vacuam spem:* quasi legisset κενότητα, ut habet codex Augustanus: Nydpruccianus vero νεότητα.

Κατὰ κυριακὴν] Τὸ ἡμέραν hic necessario subintelligendum est, quod ex sequentibus patet.

Ζωὴν ζῶντες] Istud τὸ ζωὴν est merum ἐπίβλημα & plane rejiciendum: nec agnovit V. I. Fortasse reponendum est ἑορτάζοντες.

Δι' αὐτοῦ καὶ θανάτου αὐτοῦ] *Per ipsum*, i. e. *Christum, qui pro nobis mortuus est.*

Ὃν τινες ἀρνοῦνται] V. I. legebat ὃ, *quod quidam negant.* Nec interest, utro modo legatur. Hoc in loco contra Ebionæos videtur disputare S. Ignatius, qui, divinitatem Christi negantes & Judaïsmum introducere satagentes, mysterium illud de salute hominum per Christi mortem procuranda pariter quoque & ex consequenti pernegabant.

Δι' οὗ μυστηρίου] *Per mysterium mortis Christi gratiam fidei accepimus: quapropter mortem ipsam sustinemus.*

Παρὼν ἤγειρεν] *Quando ipse à mortuis resurrexit. S. Matth.* XXVII.

P. 42. Μιμήσηται] V. I. *persequatur.* Interpolator μωμήσηται· prorsus male. Vossius legendum contendit, τιμήσηται· alii τιμωρήσηται. Sed forsan lectio hæc, cruda licet, tolerari potest, hunc nimirum in sensum: *Si Deus eodem modo nobiscum egerit, quo contra ipsum agere solemus, miseri peribimus.* Psalm. CXXX.

Ἄλλῳ ὀνόματι] *Alio nomine quam Christianorum.* Ebionæis enim & Gnosticis sacrum illud commune nomen à Christo inditum plane sordebat.

Τις ἐν ὑμῖν] Forte reponendum τί. Sed si altera lectio, quam etiam agnoscit V. I. pro genuina habeatur, tum interpretari oportet, *aliquis inter vos.*

P. 43.

P. 43. Πραχθέντα] præpone, ἃ εἰσί· propter Grammaticæ rationem: uti habet V. I. *quæ facta sunt.*

Πρὸς ἵνα] *Cum aliquo ex vobis non sum conferendus.*

P. 44. Καὶ ἀλλήλοις] V. I. *adinvicem:* pro diversa nimirum ratione dignitatis & subordinationis.

Οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι] Reticet S. Martyr titulum & nomen episcopalis dignitatis, humilitatis caussa. Igitur male additum est ab Interpolatore.

Εφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης] Duplici modo explicari potest. Ephesii, qui Smyrnam ab Epheso mei caussa venerunt, & qui jam Smyrnæ agunt: vel Ephesii, qui commercii & negotiorum caussa hic Smyrnæ ante adventum meum degebant tanquam incolæ, licet Epheso oriundi, & forte nascendi istius metropoleos cives. Sed prior interpretatio magis placet, utpote menti S. Ignatii longe accommodatior.

P. 45. Εν τιμῇ] *Διὰ τιμῆς, ob honorem.*



IN EPISTOLAM

IN EPISTOLAM
AD
PHILADELPHENSES.

P. 45. 

Γαλλιωμένη] Recte. Vocabulum enim hoc frequenter occurrit apud Scriptores N. Instrumenti, quos imitatur S. Martyr. Vulgati codices habent ἀγαλλομένῃ, sensu eodem.

P. 46. Παράμονος] *Gaudium stabile, & quod nullis vicissitudinibus, quæ menti ægritudinem inducere solent, obnoxium, perpetuo manet.* Vulgatus Interpres habet, *singulare;* vera & Grammatica vocis notatione non intellecta. V. I. *incoinquinatum:* ac si legisset ἄμωμος. Occurrunt enim hæc verba conjunctim in epistola ad Magnesios §. VII. ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ, *in gaudio incoinquinato.* Identidem reddit hanc vocem in epistola ad Trallenses ἄμωμον διάνοιαν *incoinquinatam mentem.*

Ἐν γνώμῃ] h. e. διὰ γνώμης, *juxta sententiam & ordinationem Christi per Apostolos factam.*

Ὃν ἐπίσκοπον] Sensus hujus loci mancus videtur, nisi legamus τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν. Ita habet Interpolator cum additamento θεασάμενος ὑμῶν τὸν ἐπίσκοπον.

Οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων] h. e. *non ex proprio impulsu aut inanis gloriæ affectatione, aut quopiam malo affectu, neque emendicatis ambitisque suffragiis populi;* sed *designatus,* ἀποδεδειγμένος, *declaratus, & constitutus episcopus Philadelphensis; sed solo Dei & Christi amore ductus episcopale hoc munus sive ministerium in commune bonum universi populi Christiani & ecclesiæ ab ipsius beatissimo Fundatore institutum ex intuitu & sensu ejuscemodi publicæ utilitatis in se suscepit.*

Ὃς σιγῶν.] V. epist. ad Ephes. §. VI. & XV. Hic illius episcopi modestiam laudat & admiratur S. Ignatius, qui se mitem ac mansuetum erga immorigeros gessit, & tacuisse visus est; isthoc tamen silentio potentior, potestate Episcopali tempore commodo majori cum fructu usurus, quam ii qui effreni verborum profusione, dogmatumque vanorum ostentatione aures & mentes Christianorum conturbant.

P. 46.

P. 46. Συνευρύθμισαι] Vulgati codices συνήρμοσαι. quæ vox occurrit in epiſtola ad Epheſios §. IV. συνήρμοσαι --- ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Hic vero caſibus inverſis, ὡς χορδαῖς κιθάρα· quia de ſolo Epiſcopo loquitur, quem tanquam citharam chordis conſonam, h. e. cum populo ſuo convenientem repræſentat. Perperam ergo reddit V. I. *concordes eſtis.*

Τὴν εἰς θεὸν αὐτῦ γνώμην] *ſententiam juxta conſilium & præceptum Chriſti, probam, piam, juſtam, & quæ auctoritate divina nititur.*

P. 47. Αληθείας] Deeſt particula connexiva καὶ, quæ præponi debuerat: quam habet V. Interpres in codice Cantabrigienſi, licet à D. Uſſerio prætermiſſam. Cum prioribus ergo conjungi & poteſt & debet, *Filii igitur lucis & veritatis :* nec opus eſt, ut cum τῷ μερισμὸν conſtruatur, perturbato verborum ordine; præſertim quum τὸ μερισμὸν ſine aliquo adjuncto ſtatim ſequatur. Fruſtra addit Interpolator τῆς ἑνότητος. Hic enim μερισμὸς per ſe eſt *diviſio ſive ſeparatio ab iſta eccleſia, cui præeſt Epiſcopus.*

Αξιόπιστοι] *Qui videntur digni fide, & non ſunt.* quod expreſſius dixit S. Ignatius in epiſt. ad S. Polycarpum: οἱ δοκῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι. ἡδονῇ κακῇ. *blanditiis carnis impurarumque cupiditatum permiſſu & indulgentia :* quod Gnoſticis aliiſque hæreticis exprobrarunt Apoſtoli, & antiquiſſimi eccleſiæ Chriſtianæ Scriptores.

Θεοδρόμυς] Chriſtianos, *qui medio verſus Deum curſu* voluptatum præſtigiis irretiti impeditique flacceſcunt, & præda fiunt hoſti animarum. Alio ſenſu uſus eſt hoc vocabulo S. Ignatius in epiſtola ad Polycarpum, pro legato aut nuncio ad Eccleſiam Antiochenam mittendo §. VII. quem in epiſt. ad Smyrnenſes §. XI. θεοπρεσβύτην appellat. Ita enim illic legendum eſt, ut ſupra adnotavi, pro θεοπρεπεστάτην.

Αποδιϋλισμένον] Αποδιϋλισμὸν. V. I. *abſtractionem. Tantum abeſt, ut vos ſchiſmatis poſtulem, ut ab iſtiuſmodi ſordibus fæcibuſque puri & purgati ſitis.*

Μετανοήσαντες] Pœnitentes, præſertim Schiſmatici ad communionem & unitatem eccleſiæ admiſſi & reconciliati per Epiſcopum. V. mox §. VIII. ubi appellatur ἑνότης θεῦ.

P. 48. Εν ἀλλοτρίᾳ γνώμῃ] *In doctrina à veritate, & potiſſimum ab hoc dogmate de unitate eccleſiæ, ad ipſum ſtabiliendam neceſſario, aliena.*

Τῷ πάθει ὐ συγκατατίθεται] V. I. *iſte paſſioni non concordat.* Potius, *non credit*, h. e. *non conſentit* huic veritati, Chriſtum nimirum ſanguine ſuo fundaſſe eccleſiam, quam ſchiſmate convellit & evertere conatur. Interpolator,

ὗτος

ὗτος ἐκ ἔςι Χριςȣ̃, ὅτι τȣ̃ πάθȣς αὐτȣ̃ κοινωνός· perperam omnino, nec ad mentem sensumque S. Martyris.

P.48. Μία σὰρξ] *Una caro Christi in Sacramento Eucharistiæ per symbolum panis exhibita: unus idemque sanguis, ut unus idemque calix.* Interpolator, ἓν αὐτȣ̃ τὸ αἷμα, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν.

Ἀνάρπαςος] V. I. *Imperfectus.* Proculdubio legebat in suo codice ἀναπάρτιςος· uti quoque habet Interpolator. Sequitur enim proxime, ἡ προσευχὴ ὑμῶν εἰς Θεόν με ἀπαρτίσει· quo vocabulo hac ipsa in re antea usus fuerat in epistola ad Ephesios §. III. ἔπω ἀπήρτισμαι· nempe *se adhuc imperfectum* credidit, *licet vinculis abductum, nec nisi morte perficiendum & consummandum.*

Ελεήθην] V. I. futuro tempore reddit, *propitiationem habuero.* ut *illo peculiari statu, qualiscunque sit, qui misericordia mihi obtigit, tandem consummer.* Interpolator, ἐκλήθην, *vocatus sum.*

Προσφυγὼν τῷ εὐαγγελίῳ] *Evangelio, quod consulendum est, utpote quod Christi in cœlis absentiam supplet.* Forte προσφύγωμεν, *confugiamus:* ut melius conveniret cum sequentibus: καὶ τȣ̀ς προφήτας δὲ ἀγαπῶμεν. Interpolator vero, ut S. Ignatium, præ festinatione regulis Grammaticæ & Rhetoricæ Schematismis haud sollicite, multo minus accurate attendentem, excusaret, sequentia verba ad eandem singularem personam restringit: καὶ τȣ̀ς προφήτας δὲ ἀγαπῶ.

Ὡς σαρκὶ Ἰησȣ̃] *ac si Christus jam in terris esset in sua præsentia corporali, & à suis cultoribus coram adeundus.*

P. 49. Τοῖς Ἀποςόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ τῆς ἐκκλησίας.] *Scriptis Apostolorum, qui synedrium ecclesiæ Christianæ constituebant,* quibus fides adhibenda est, ac si ipsi jam Hierosolymis consilio simul adsedissent.

Εἰς τὸ εὐαγγέλιον] V. I. in *Evangelium.* Licet τὸ εἰς redundare videatur, expungi vix concesserim. *De rebus in Evangelio clarius manifestatis Prophetas multa annunciasse:* ut post in hac epistola, eadem præpositione retenta. Οἱ γὰρ ἀγαπητοὶ προφῆται κατήγγειλαν εἰς αὐτόν. §. IX.

Εἰς αὐτὸν] i. e. Christum: quod videtur reponendum juxta V. I.

Ἐν ἑνότητι Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃] *uniti per fidem in Christum venturum.*

Συνηριθμημένοι] *Prophetæ cum Apostolis in Evangelio connumerati:* utpote de quibus utrisque insigne testimonium illic reliquit Christus.

P. 49. Ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς κοινῆς ἐλπίδος] *In evangelio, quod communia spei omnium fidelium objecta clare revelavit:* vel *in evangelio Christi, qui est omnium Christianorum spes*; ut appellatur in fine hujus epistolæ, & epistolæ ad Ephesios.

Ἐὰν δέ τις Ἰουδαϊσμὸν] Perinde erit, sive de Ebionitis & Cerinthianis, sive de Gnosticis hæc periocha intelligatur, qui quum essent ἀκρόβυστοι, aliis, ut circumciderentur, subdolis Scripturarum de necessaria istius Judaïci ritus observatione interpretamentis, Judæis præsertim quorum gratiam hac ex parte captatum ibant, persuasere.

Ἐὰν δὲ ἀμφότεροι] *Tam hi quam illi, qui post impleta vaticinia & prædicationem Evangelii Christum non confitentur, neque familiaribus sermonibus prædicant & agnoscunt, plane mihi videntur in cippos conversi, figura tenus homines, vita & religionis sensu vacui.*

P. 50. Μήποτε θλιβέντες τῇ γνώμῃ αὐτοῦ] *Ne diaboli ipsius,* vel potius, *cujuspiam hæretici, consilio, sententia, & blanditiis à placido mentis statu in angores dejecti.* Verba vero hæc τῇ γνώμῃ αὐτοῦ omittuntur ab Interpolatore.

Οὐκ ἔχει τις καυχήσασθαι] *Nemo inter vos sive clam apud se sive publice coram aliis rumores jactabundos spargere potest, quod, dum apud vos præsens essem, rem vestram familiarem aliquo modo imminutum iverim. Hoc enim studiose & sedulo cavebam, ut hac ex parte omnem gloriandi materiam illis præscinderem.*

Εὔχομαι, ἵνα μὴ] *Hoc vero a Deo precor, ut illud, quodcunque sit, quod dixi, non cedat in testimonium contra ipsos.*

Τὸ πνεῦμα οὐ πλανᾶται, ἀπὸ Θεοῦ ὄν] *Revelatio doctrinæ Evangelicæ, quia à Deo procedit:* vel potius, *sacer iste impulsus, quo a Deo, mihi hoc dictante, animatus sum, est infallibilis.*

Μεγάλῃ φωνῇ] Adde ex veteri Interprete Θεοῦ φωνῇ. Quod quoque legisse videtur Interpolator.

Lin. ult. Μάρτυς δέ μοι] *Christum testor me salubria hæc monita de obedientia Episcopo præstanda & de unitate servanda, non ab aliquo homine, sed à spiritu sancto in Scripturis loquente edoctum fuisse.*

P. 51. Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ ἴδιον ἐποίουν] *Hoc, quod mei est officii, & quod ad munus Episcopale spectat, sponte mea, absque impulsu aliorum, utpote Dei gratia indolem meam adjuvante, ad unitatem proclivis, faciebam.*

P. 51.

P. 51. Δεσμὸν] Interpolator addit, ἀδικίας sed absque aliqua necessitate.

Ἐν τοῖς ἀρχαίοις] V. I. *in veteribus:* ac si hic allusum esset *ad libros veteris Instrumenti*, aut *ad libros veterum Judæorum;* quasique etiam ii, contra quos disputat S. Ignatius, nulli testimonio ex Evangeliis deprompto fidem adhiberent, nisi ex istis antiquioribus codicibus adstrueretur. Sed mihi omnino videtur reponendum ἐν τοῖς ἀρχείοις, ut habet Interpolator (licet Interpres iste juxta alteram lectionem reddit *in antiquis*) h. e. *in archivis:* quod vocabulum mox bis resumit S. Martyr, ut de hac lectione tanquam vera vix dubitari possit. Circa hæc tempora de authenticis codicibus Evangeliorum verisimillimum videtur fuisse non modicas disputationes, distractis sollicitisque hac de re Christianorum animis; unde dogmata illa de œconomia Christi in terris probari possent, quæ fraude hæreticorum, alia Evangelia sub nominibus Apostolorum supponentium, aut vera diversimode corrumpentium, in disceptationem veniebant. Ad hosce codices originales merito erat provocandum, si quidem alicubi in archivis pro certo ac compertissimo repositi exstitissent. Hæc nimirum sententia, quam hic protulit S. Ignatius, hæreticorum erat, qui auctoritatem IV. Evangeliorum, quæ orthodoxi Christiani frequenti diligentique manu versabant, subvertere maximopere cuperent & annitenentur, quasi codices isti, quos tractabant, essent novitii & recentes, & nuperrime, si non adinventi, saltem descripti fuissent. Horum autem importunis clamoribus, qui hoc ex archivis sibi ostensum vellent, quum obviam iverit intercesseritque S. Ignatius, nimirum *non opus esse ejusmodi archiva & autographa consulere, quum eorundem apographa jam a longo tempore exstent, ubivis inconcussa fide ab omnibus hactenus recepta, inque iis describatur quicquid ad historiam vitæ & mortis Jesu Christi, quod nobis cognitu necessarium est, pertinet*, regesserunt maleferiati homines, huic justæ responsioni parum adquiescentes, ὅτι [a] πρόκειται (si hæc lectio vera aut sententia perfecta sit sine cujuspiam particulæ immutatione: nec quicquam hac ex parte adjuvat Interpolator, qui pro more suo penitus omisit) *exemplar istud originale propositum esse, & in publicis tabulariis custoditum, & consulentibus exponendum*, ut lites enatæ tol-

[a] Vossius contendit particulam negativam addi debere, ὅτι οὐ πρόκειται, pro παράκειται· sed parum probabiliter. In margine sui codicis habet D. Pearsonus, ἴσ. ὅτι pro οὔ τι.

Ierentur; hujus solius auctoritati standum esse: vel πρόκειται· *hoc à nobis proponitur & in medium objicitur, tanquam cardo controversiæ, quæ jam alterutrinque disceptanda & discutienda venit.* Immodestum hoc postulatum de istius archivis conquirendis & consulendis rejicit sapientissimus & fortissimus Martyr, ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖά ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, *ipse Jesus Christus supplet vicem omnium archivorum: nec opus est aliis archivis, quam publica Christianorum fide in Christum, in ipsius passionem, quam pro salute humani generis in cruce subiit, & mortem, & ab inferis resurrectionem. Hæc sunt nostra Archiva* ἄθικτα, (sic enim legi oportet) *illibata, ab impuris hæreticorum glossis intacta, quæ nulla audax manus polluere & temerare potest. Hæc nobis abunde suppetunt, nec aliis, præterquam apographis, & publica Christianorum fide, quibus in Christiana doctrina instruimur, ad justificationem & salutem nostram necessaria, indigemus.*

P. 52. Τὰ ἄθηκτα ἀρχεῖα] Miram incogitantiam hic prodit V. I. *Mihi autem principium est Jesus Christus, inapproximabilia principia* — neutrius vocis veram significationem assecutus. Itidem quoque male alter Interpres, *mihi antiquitas Jesus Christus est: & principatus ejus est crux & mors ipsius* &c.

Ἱερεῖς] *Sacerdotes sub Mosaïca dispensatione constituti.*

Ο ἀρχιερεὺς] Ut summus sacerdos Judæorum solus ingressus est sancta Sanctorum: ita Christus ἀρχιερεὺς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια. Ebr. IX. 11. 12. Ἀρχιερεὺς μέγας. Ebr. IV. 14. sive ὁ μέγας ἱερεὺς ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ. X. 21. *Ipse sempiternus Pontifex, Dei filius, Jesus Christus:* S. Polycarpus in epist. ad Philippenses. Ille enim est *sacerdos summus*, de quo loquitur S. Ignatius: *Ille solus novit arcana Dei, & revelavit voluntatem ejus hominibus.*

Εἰς ἑνότητα Θεοῦ] Ut paullo supra. Τὸ Θεοῦ quoque habet Interpolator. Legebat vero V. I. πίστεως.

Ἐξαίρετον δέ τι] *Hoc nempe proprium & peculiare habet Evangelium, quod Salvatoris nostri Domini Jesu Christi adventum, & in terris præsentiam, & mortem, & resurrectionem enunciat.*

P. 53. Ἀπάρτισμά ἐστιν ἀφθαρσίας.] An *morum*, an *immortalitatis* per resurrectionem, quando corruptibile fiet incorruptibile? Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· 1 Cor. XV. 53. Evangelium enim exquisitiores vitæ instituendæ regulas proponit, & ubique resurrectionis & vitæ immortalis in altero mundo fidem ingerit, & quasi sæpius inculcando perficit. Forte etiam ἀπάρτισμα ἀφθαρσίας idem est ac

ἀπαρ-

ἀπάρτισμα ἄφθαρτον, *perfectio incorrupta*, i. e. integra puraque completio eorum quæ prædixerunt Prophetæ, de quibus immediate ante locutus est S. Ignatius.

P. 53. Χειροτονῆσαι διάκονον] *Constituere quempiam è diaconis, ut hac legatione fungatur* : juxta laxiorem istius vocis apud Scriptores Græcos sensum & significationem.

Αὐτοῖς εἰς τὸ αὐτὸ γενομένοις] V. I. *ipsis in id ipsum factis.* Sed forte legendum γενόμενον, *ob hoc ipsum illis factum*: h. e. ob tranquillitatem redditam.


Οὐκ ἔστιν ἀδύνατον] *Hoc à vobis, si promptum animum geratis, licet non absque aliqua difficultate, fieri potest.* Pessime Interpolator : οὐ πᾶσιν ἀδύνατον. Frustra emendavit D. Junius, παντάπασιν· nec sensum expiscari potuerunt aut ille aut D. Usserius, qui ex vera lectione codicis Medicéi quam confirmat V. I. facile fluit.

Περὶ δὲ Φίλωνος] *Quod ad Philonem & Rheum Agathopodem spectat, illi de vestra liberalitate & benevolentia, qua illos, dum apud vos essent, excepistis, multa testantur.* Stylus S. Martyris hic mire confusus videtur. Neque enim vinctus & militibus circumseptus elegantiæ & accurationi sententiarum vacare potuit.

P. 54. Λυτρωθείησαν] *Ipsis condonet gratia Christi.*



IN EPISTOLAM
AD
TRALLIANOS.

P. 55. N πληρώματι] An πλήρωμα hic denotet universam Christianorum istius ecclesiæ multitudinem?

Εν Αποςολικῶ χαρακτῆρι] *Juxta formam Apostolicæ salutationis.*

Οὐ κατὰ χρῆσιν ἀλλὰ κατὰ φύσιν] *Inculpata hæc mens non acquiritur usu & exercitio, sed divina gratia & habitu innato, quam illi indidit & insevit doctrina & institutio Christiana:* ut antea in epist. ad Ephesios in initio, φύσει δικαία. S. Barnabas in initio epistolæ, *quod sic naturalem gratiam accepistis.* & pag. 229. Οἶδεν ὁ τὴν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτοῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. V. I. *Scitote, quia* (lege *scit ille, qui*) *naturale donum doctrinæ suæ posuit in nobis.*

P. 56. Μυςήριον] Lege μυςηρίων cum Interpolatore & veteri Interprete, qui sensus explendi caussa addit, *ministros existentes mysteriorum Jesu Christi.*

P. 57. Τοὺς διακόνους ὡς Ιησοῦν Χριςὸν] Rectius in codice suo legebat. V. I. ὡς ἐντολὴν Ιησοῦ Χριςοῦ, *ut mandatum Jesu Christi:* uti in epistola ad Smyrnæos §. VIII. τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς θεοῦ ἐντολήν. Primam tamen lectionem retinet Antiochus Monachus, qui sequentia multo verius & accuratius habet: Ομοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους, ὡς Ιησοῦν Χριςὸν, καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τὸν πατέρα. Inde textus Græcus, qui verborum trajectionem & additionem admisit, reformandus videtur.

Τὸ κατάςημα] *Animi constitutio ex bona indole orta, quæ ex habitu & temperamento corporis dignoscitur. Statusque corporis naturalis, dotesque animi quasi inde enatæ est potens virtutis documentum. Docet, dum silet: moresque, modestia & mansuetudine conditi, magnam vim in aliorum mentibus, vel ipsis invitis, exerunt, coguntque vel impios hæreticos illum diligere & venerari.*

Αγαπῶντας] In margine sui codicis, quo jam utor, annotavit D. Pearsonus: *Hæc corrupta videri ante ætatem Inter-*

Interpolatoris : quod maximæ antiquitatis indicium : certe ante Interpretem hunc Latinum magis inquinata esse. Hunc locum fœdissime corruptum luxatumque & quem frustra tentarunt magni viri, Claudius Salmasius, Isaacus Vossius, & Patricius Junius, felicissime sanavit redintegravitque sagax D. Pearsoni ingenium.

P. 57. Ως Ἀπόστολος] Hic quidam inserendam volunt particulam negativam, ὐκ, ut hæc sententia cum notissima B. Martyris humilitate, qua omnem sui arrogantem opinionem amolitur, conveniat: & sic legebat Interpolator, licet cetera parum intellecta mutilaverit. Mihi potius particula ista priori sententiæ parti præfigenda videtur, εἰς τῦτο ὐκ ᾠήθην, hoc nimirum sensu: *Quum Episcopus vester ob externum corporis habitum & placidissimos mores, ceterasque bonæ mentis dotes, sit apud hæreticos, Christianæ veritatis hostes, & Gentiles, à veri Dei cultu alienos, plane venerabilis, non mihi temperandum est, quum id possim, quin in tanti viri laudes vehementiori impetu me effundam:* εἰς τῦτο δὲ ὐκ ᾠήθην, *in hoc vero non id mihi assumo, ut ipse jam ex sententia Imperatoris ad mortem damnatus, quasi Apostolus, vobis præcipiam.* Sed huic conjecturæ tanquam penitus incertæ vix fidendum habeo. Judicent eruditiores, sed candide, & absque supercilio Critico.

P. 58. Οἱ γὰρ λέγοντές μοι] Hic præ modestia vir sanctissimus verba hujusmodi, μάρτυς ἔσῃ, quæ coram apud ipsum Tralliani aliique de futuri, quod instabat, martyrii gloria differentes protulere, reticet, ne jactare & plus æquo efferri videatur. Interpolator μὲ ἐπαινοῦντες· explicatione superflua.

Ο ζῆλος] Sentio cum D. Vossio, Interpolatorem addendo τὸ ἐχθρῦ S. Ignatio contrarium sensum affinxisse: quasi hæc de diaboli malitiosa cupiditate, qua ad illum perdendum incitaretur, dixisset. Hoc enim cuivis maxime apparuit, neque quenquam latere poterat. Potius de suiipsius pro Christo moriendi desiderio, quo illi sibi maxime conscius æstuabat, intelligendum videtur. *Licet id multi, de illo non recte judicantes, ignoraverint; inde vero se animo magis oppressum esse, & acrius quidem conflictari, ne iste ardor mentis in jactantiam desciscens sibi cedat in præjudicium, aut impediat, ne gloriosum illum exitum, quem tantopere ambiisset, assequatur.*

Καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι] Hæc sunt in parenthesi includenda.

P. 58. Καὶ γὰρ ἐγὼ οὐ καθότι δέδεμαι] *Non facultatem hanc supercælestia intelligendi mihimet arrogo, eo quod vinctus sim.*

Δυνάμενος] Adde νοεῖν· quod habet Interpolator & V. I. quod in codice Mediceo oscitantia Librarii excidebat.

Τὰς τοποθεσίας τὰς ἀγγελικὰς] *Diversos ordines* (τάξεις, ut habet Interpolator) *& gradus Angelorum*, quos Deus Ἄρχοντας constituit: Dan. cap. X. Chrysostomus in encomio S. Ignatii illum dicit familiari cum Angelis conversatione participem fuisse ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων. Inter ἀπόῤῥητα vero recenseri merito videtur divina illa & supercœlestis scientia de ordinibus Angelorum.

Παρὰ τοῦτο] *Licet hæc sciam*, (vel, *his exceptis prætermissisque*) *in numero discipulorum adhuc sum recensendus. Multa enim nobis deesse fateri plane necesse est & omnino oportet, ne aliter inani hujuscemodi scientiæ jactatione à Deo deficiamus.*

P. 59. Οἱ καιροὶ παρεμπλέκουσι] Locus plane corruptus, in quo restituendo multi sudarunt. Isaacus Vossius legendum statuit, οἳ καὶ ἰοῖς παρεμπλέκουσιν· quod facile & ἀναντιῤῥήτως admitti possit, si veterem versionem ad hunc modum emendare liceat: *qui & inquinamentis implicant* : cujus ingeniosæ conjecturæ favet Interpolator, τὸν ἰὸν προσπλέκοντες. Hanc tamen improbat M. Meibomius in præfatione ad dialogum *de Proportionibus*, legendo, syllabis tantum collectis, οἳ καὶ ῥυπαροῖς ἐμπλέκουσιν· quam emendationem quoque profert Cotelerius. Sane τὸ ῥυπαρὸς à V. I. redditur *inquinatus*, in epistola ad Ephesios, ubi de hæreticis loquitur: ὁ τοιοῦτος ῥυπαρὸς γενόμενος, *talis inquinatus factus.* Quid si legamus, οἱ καὶ ῥυπαροὶ vel οἱ μιαροὶ; Sed hoc est hariolari, & Andabatarum more in tenebris digladiari. Vossianam vero correctionem verisimiliorem esse verba sequentia demonstrant, hoc sensu: *quod hæretici, sub speciosis novæ illuminationis mysticæque & sanctioris veritatis nominibus & titulis doctrinæ Christianæ sua, sive venenata & exitiosa, sive turpia & impura, dogmata dolose innectunt; ut venefici medicamentis dulce & vino ac melle conditum virus solent immiscere, ab incautis, quos certius volunt occidere, avidius & non sine delectatione imbibendum.*

Κακεῖ] *Hoc ipso haustu certam ineluctabilemque mortem.* V. I. legebat ἐν ἡδονῇ κακῇ· sed vitiose.

Καὶ τῶν διαταγμάτων] Interpolator videtur legisse κατὰ τὰ διδάγματα, hoc modo παραφράζων --- καθ' ὃ ὑμῖν οἱ μακάριοι διετάξαντο Ἀπόστολοι.

P. 59. Πρεσβυτερίυ καὶ διακόνυ] V. I. legit πρεσβυτέρυ καὶ διακόνυ numero singulari. At proculdubio legendum πρεσβυτερίυ aut πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ut habet Interpolator. *Qui communicat cum Episcopo ceterisque illi in administranda sacra functione & præsertim in celebranda eucharistia subordinatis, mente & judicio purus est: sin aliter, conscientiam integram non habet.*

P. 60. Τὸ ἐν Θεῷ πλῆθος] *Populus Christianus in cœtibus sacris congregatus.* Hoc misere pervertit Interpolator, & de doctrina Christianorum interpretatur.

Ὑποχθονίων] Male intelligit interpolator de iis, qui cum Christo resurrexere.

P. 61. Ἄρα ὐ καταψεύδομαι] Interpolator ἄρα καταψεύδομαι absque particula negativa : Vossius levi mutatione emendat, ἄρα ὖν καταψεύδομαι. Sed lectio codicis Medicei, quam V. I. sequitur, retinenda videtur: & merito quidem, si verba interrogative accipiantur : *Nonne, si Christus, ut ipsi blasphemant, putative solum passus sit, ipse moriendo Dominum Christum splendido hoc mendacio traducam?* Superflue autem addit Interpolator, τῦ σαυρῦ τῦ κυρίυ.

Κλάδοι τῦ σαυρῦ] Male Interpolator, τῦ πατρός. Metaphora hac de arbore crucis plusquam semel usus est S. Ignatius. *Nolunt hi hæretici Evangelicam doctrinam de passione Christi amplecti & profiteri : ex hac autem professione & fide enascitur incorruptio integritasque morum, utpote ejusmodi ramorum genuinus germanusque fructus. Vi hujus fidei in passione Christi per prædicationem Evangelii facti sumus membra corporis ejus, quum ille sit caput ecclesiæ: Deo hanc unionem Spiritualem promittente & operante.*

P. 62. Ὅς ἐστιν αὐτός.] Fortasse hoc vult B. Martyr, *qui Deus est ipse Christus.* V. I. legebat ὅ. *quod est ipse.*

Ἅμα συμπαρῦσαις μυ ἐκκλησίαις.] Lege cum V. I. & Interpolatore μοι. *Episcopis Presbyterisque, ecclesiarum legatis, qui huc me videndi causa venerunt, jamque præsto mihi adsunt.*

Οἱ κατὰ πάντα] V. I. *Qui secundum omnia.* Non opus est, ut reponamus αἱ. Interpolator majoris explicationis caussa, ut constructio inde salva fieret, & quidem non inficete : ὧν οἱ ἡγύμενοι.

Ἐξαιρέτως καὶ] Hæc vox male hic transposita debet sequi particulam conjunctivam καὶ, vel interpunctio post καθ᾽ ἕνα apponenda est. Item post πατρὸς comma appingi oportet, *in honorem Patris, Jesu Christi, & Apostolorum, quorum successores sunt Episcopi.*

P. 63. Οὗ περίκειμαι] V. I. *qua conor.* fortean mendose pro *coronor*, i. e. *circundor*, *cingor*, *quæ me*, *morte appropinquante*, *circumstat.* Alter Interpres, *cui subjaceo.* Vedelius legit παράκειμαι, *propinquus*, *vicinus sum*, & interpretatur, *quam propediem consequar.* Non vero mihi displicet prior lectio, quam codex Medicéus & vulgati præ se ferunt.

Λέγεσθαι] Subintellige ποιμὴν sive *Episcopus:* quod ob modestiam & humilitatem reticet Vir Sanctissimus, ut antea observatum fuit. V. epist. ad Smyrnæos §. VIII. & ad Ephes. §. XXI.

Αγνίζετε ὑμῶν] Rectissime correxisse videtur Cotelerius ἀγνίζηται· quod etiam in oram codicis mei conjeceram. Tunc autem videtur inserendum ὑπὲρ vel ἀνθ' ὑμῶν. Interpolator habet ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Quæ forma loquendi occurrit in fine epistolæ ad Romanos.



IN EPISTOLAM

IN EPISTOLAM
AD
ROMANOS.

P. 64. Λεημένη] In exemplari Symeonis Metaphrastæ ex codice Mediceo in bibliotheca Regis Christianissimi desumpto, & ad me per V. Cl. & doctissimum D. Papebrochium, S. J. Theologum, transmisso, legitur ἠλειμμένη, *uncta:* omnino male; (quum codex in archivis Baroccianis in bibliotheca Oxoniensi, quem contuli, habet ἐλεημένη) ni potius dicendus sit error festini exscriptoris. Codex Nydpruccianus habet εὐλογημένη, contra fidem & scripturam aliorum codicum. Sed laboris pene infiniti, vix tamen cujuspiam, saltem non magni, usus & momenti erit observare & in censum referre omnes variantes lectiones aut codicum vulgatorum Græce, aut Interpretum Latinorum. Sufficit veteris Interpretis, quam denuo à nobis collatam edimus, versioni κατὰ πόδα inhærere, præcipuasque aliorum variationes obiter repræsentare: in quibus colligendis patientia & industria D. Usserii maxime exercetur.

Πατρὸς ὑψίςυ] Ita quoque Logothetes. In interpolatis exemplaribus & editionibus, ὑψίστυ θεῦ πατρός.

Ιησῦ] Symeon præfigit κυρίυ.

Μόνυ] Uti quoque apud Symeonem. In vulgatis editionibus μονογενῦς, *unigeniti.* Sed τὸ μόνυ juxta veterem nostrum Interpretem retineri potest, *solius:* & fortasse rectius videtur.

Ηγαπημένη] Ceteri Græci codices habent ἡγιασμένη. Cum codice Colbertino consentiunt Symeon & V. I. *dilecta.*

Θελήσαντος] In vulgatis ποιήσαντος. Sed lectio prior integra est, nec immutanda: quippe ad mentem S. Ignatii; ut in epistola ad Magnesios. §. III. εἰς τιμὴν ὖν ἐκείνυ τῦ θελήσαντος ἡμᾶς. V. I. *in honorem igitur volentis nos.* Mutavit autem Interpolator ad vitandam, ut putabat, ταυτολογίαν· quia τὸ θελήματι præcessit. Hæc legebat Symeon recte, uti & verba immediate sequentia: τὸ enim πίστιν καὶ in vulgatis, uti & τὸ καὶ σωτῆρος, additamentum plane superfluum est.

U 5 P. 64.

P. 64. Ητις καὶ] Particulam καὶ, quæ emphatice inſeritur, codices vulgati male omiſere.

Ἐν τόπῳ χωρίου] Vir eruditiſſimus Herbertus Thorndikius in diſputatione de ratione ac jure finiendi controverſias in Eccleſia: Londini 1670. pag. 386. nihil aliud per τόπον χωρίου Ῥωμαίων intelligit, *quam Vaticanum, ubi erat ſedes eccleſiæ Romanæ propter Petri tumulum, qui Judæos Vaticanum habitantes ad fidem adduxerat.* Ingenioſe quidem, magis quam ſolide. Quis enim conceſſerit Chriſtianos iſthoc tempore in colle Vaticano, loco maxime conſpicuo, eccleſiam, quaſi primam omnium eccleſiarum Romæ, ob ſacros conventus exſtruxiſſe, aut Judæos ad fidem Chriſti ex prædicatione S. Petri converſos ibi ſolum habitaſſe? & non potius in regione Tranſtiberitana, in quam illos olim concluſerat Imperator Auguſtus, ut ex Philonis ad Cajum legatione patet, ac etiam in ſuburbiis? Inde quoque Chriſtianos non uno tantum loco, ſed alibi & paſſim per Urbem, ubi occaſio tuliſſet, ad Deum & Chriſtum colendum clam conveniſſe à vero non abſimile eſt. Non ergo videtur S. Martyr hac phraſi peculiarem aliquem Romæ locum, in quo Chriſtiani conveniebant, reſpexiſſe, ſed Urbem ipſam in genere cum pomœriis, ſive eccleſiam, ex Chriſtianis in iſta principe civitate conflatam, cui ex dignitate loci, eo quod eſſet ſedes imperii, hæc præeminentia obtingebat. Uſſerius in veteri Latina verſione legendum putat *chorii, Græca voce* χωρίου *retenta*, quaſi V. iſte I. idem innuiſſet cum altero Interprete, qui explicatius reddidit, *in loco regionis Romanorum*, tanquam ejuſdem cum χώρα ſignificatus. Iſaacus vero Voſſius audacter pro more ſuo in Græco textu legendum contendit χοροῦ· quia S. Ignatius *choris comparat cœtus Chriſtianorum:* addita hac ratione; *uti ſingulis choris ſuus eſt magiſter, cujus ad modum & menſuram omnes attendunt: ita quoque ſingulis chori Romani membris præſidem ponit eccleſiam, cui concorditer omnes parere debeant.* Sed tanti nominis auctoritas, alias magni facienda, parum ad inficetam iſtam conjecturam fulciendam valet. Marcus Meibomius in præfatione ad dialogum de proportionibus, Hafniæ 1655. gloriatur, ſe hujus loci, variis celeberrimorum Virorum explicationibus infeliciter tentati, veram lectionem quam minima Scripturæ immutatione proferre poſſe, nimirum pro χωρίου ſubſtituendo τὸ κυρίου· additque explicationis gratia, *Romanum epiſcopum* ἐν τόπῳ Κυρίου Ῥωμαίων προκαθῆσθαι, *Dei loco Romanis præſidere.* Quis vero criticam hanc audaciam patienti animo ferat?

Eccleſiæ

Ecclesiæ Romanæ, sive universo Christianorum illic degentium cœtui, inscribitur epistola, non istius sedis episcopo; nec si verba hæc ejusmodi interpretamentum admiserint, cuidam sani sincipitis credibile videbitur, hoc elogium soli Romano Pontifici, nempe illum ἐν τόπῳ Κυρίȣ sive *vice Christi* suis peculiarem in modum præesse, S. Ignatium voluisse assignare: ceteris ejusdem meriti, ejusdem dignitatis, ejusdem sacerdotii exclusis. Sed futilem istam hariolationem non est ut operose nimis damnem. Barbaram licet hanc locutionem appellaverit vir summus Isaacus Casaubonus, Exercitat. XVI. ad Annales Baronii n. 150. mihi illius explicatio, à D. Pearsono adhibita, plana, facilis, & ad mentem S. Ignatii maxime accommodata videtur: nec opus est, ut illa ad regiones suburbicarias, quod suave aliquorum insomnium est, (hoc enim esset res diversorum seculorum contra fidem historiæ commiscere) referatur.

P. 64. Αξιεπίτευκτος] *Quæ finem propositum, qualiscunque sit, consequatur.* Legebat V. I. ut observat D. Usserius, ἀξιεπίτακτος *digne ordinata.* Alter Interpres habet *fide digna*, ac si legisset ἀξιοπίστευτος, uti idem quoque monet; quod habet codex Nydpruccianus, vel ἀξιόπιστος.

Αξιόαγνος] Aliqui codices ἀξιάγιος, facili errore.

Χριστώνυμος] V. I. legebat Χριστονόμος, *Christi habens legem:* quæ lectio verissima est, ut censet Vossius. Additur in vulgatis πνευματοφόρος.

Εν ὀνόματι Ιησȣ̃ —] Vulgati codices habent, ἐν ὀνόματι Θεȣ̃ παντοκράτορος καὶ Ιησȣ̃ Χριστȣ̃ τȣ̃ υἱȣ̃ αὐτȣ̃.

Κατὰ σάρκα] Forte excidebat particula τοῖς, quam tamen non agnoscit V. I. quæ in vulgatis reperitur: quod videtur elegantius. Transit jam auctor ab ecclesia, quod idem est, ad personas, è quibus illa conflatur.

Πάσῃ ἐντολῇ] V. I. legebat ἐν πάσῃ, *in omni mandato ipsius:* quod fortasse suppleri debet; *in omnibus Christi præceptis tam animo quam corpore concordibus.*

Χάριτος] Vulgati codices πάσης χάριτος citra necessitatem.

Απὸ παντὸς ἀλλοτρίȣ χρώματος] *Illibatis & sanis, & ab omni admixtione hæretici dogmatis purgatis:* allusione ad lepram facta, quæ colorem morbidum debitæque crasi contrarium corpori inducit.

Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν] Vulgati codices perperam habent: ἐν Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ κυρίῳ ἡμῶν Ιησȣ̃ Χριστῷ· vide infra quæ habet Symeon. Lectio vetus & vera proculdubio ab Interpolatore & Symeone erat immutata. Inscriptio sive titulus, qui

qui huic epiſtolæ apud Symeonem Metaphraſtam præfigitur, cumulatis iſtis epithetis omnino vacuus, ita ſe habet in codice Barocciano CXCII. p. 65. b. quem, licet apud Halloixium & Uſſerium exſtet, cum gratia candidi Lectoris hic quoque apponam. Ιγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος [ἐπίσκοπος τῆς ἐν Αντιοχεία ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας] τῇ ἐλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι πατρὸς ὑψίστου, καὶ Κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ, ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἐστι κατὰ ἀγάπην Ιησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ρωμαίων, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ιησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένην πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένην χάριτος Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ιησοῦ τῷ κυρίῳ χαίρειν. In exemplari ad me ex Belgio tranſmiſſo legitur quoque τῷ Θεῷ ἡμῶν χαίρειν. Quæ notulis ſupra incluſi, peſſime inferciuntur contra modeſtiam ſanctiſſimi Martyris, contraque morem ipſius in ceteris epiſtolis adhiberi ſolitum. Sed quod ad epitheta in inſcriptione, à Symeone omiſſa, utut magnifice cumulata, ſpectat, ea tam quoad compoſitionem, quam quoad ſenſum defendi, & à vitio νοθείας liberari poſſe recte aſſerit D. Voſſius, qui veteris Interpretis auctoritatem Metaphraſtæ longe præfert, fuſiſſime vero oſtendit D. Pearſonus in Vindiciis Ignatianis, Part. II. cap. 14. & 16.

P. 65. Επεὶ εὐξάμενος] Proculdubio male: licet idem quoque habeant codices vulgati & Symeon. Omnino enim legi oportet cum utroque Interprete ἐπευξάμενος, *deprecans.* Hac voce compoſita antea utitur S. Ignatius. Librarius vero, qui perperam dividebat, ad connectendum ſenſum, & ne oratio contra regulas Grammaticæ ſuſpenſa videretur, particulam γὰρ poſt δεδεμένος ſuſtulit, quam retinet uterque Interpres. Nolui tamen vocem iſtam emendatiorem in textu Græco reponere: quum in hac editione codicem Colbertinum κατὰ λέξιν ſequi propoſuerim. Quod hic ſemel monuiſſe ſufficiat.

Ιδεῖν] Tempore ſecundo futuro, ut D. Voſſius recte monet. *Precibus à Deo obtinui, ut vobis tandem aliquando præſens adſim, voſque meis oculis ſim quoque viſurus.*

Τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα] Ad mentem veteris Interpretis, *dignas viſione facies*, Symeon ad tollendam omnem ambiguitatem habet τὰ ἀξιοθέατα πρόσωπα, non ἀξιόθεα τὰ, repetito articulo, ut D. Uſſerius putavit. Longe rectius, *dignos Deo vultus:* quo ſenſu vox iſta ſæpiſſime apud S. Ignatium occurrit.

Ως] In vulgatis codicibus οὓς. Male prorſus. Miror Symeonem hanc verborum conſequentiam omiſiſſe.

P. 65.

P. 65. Ἀσπάσασθαι] D. Pearſonus in ora codicis ſui emendavit, ἀσπάζεσθαι. Certiſſimum autem eſt illud legiſſe utrumque Interpretem.

Θέλημα τοῦ Θεοῦ] Τὸ τοῦ Θεοῦ, quod etiam habet Metaphraſtes, perperam additur. Non agnoſcit V. I. cum quo conſentiunt editi codices. Solet S. Ignatius apponere τὸ θέλημα abſolute abſque aliquo additamento, quo neutiquam opus erat.

Εἰς τέλος εἶναι] Patricius Junius, V. Cl. vult legendum ἰέναι, abſque aliqua neceſſitate. Verſio literalis non diſplicet, *in finem eſſe: ut dignus habear, jamjam appropinquante fine vitæ, martyrium hoc deſideratiſſimum conſequi.* Omnia enim iſto tendere voluit viditque, & ab ejuſmodi auſpicatiſſimis initiis juſtam iſtud propoſitum attingendi ſpem in animo præceperat S. Ignatius. Metaphraſtes habet εἰς τέλος ὄντως εἶναι, parum eleganter, imo prorſus inſubide.

Ἀρχὴ] Εὐχὴ apud Metaphraſtam. omnino male.

Ἐάν περ ὑμεῖς φείσησθέ μου] Senſus fluit integer: *Difficile erit mihi Deo potiri, ſi quidem vos mihi parcatis:* h. e. *ſi vos impedimento ſitis prætextu benevolentiæ, quæ plane carnem ſapit, erga me, quo minus martyrium, ad quod damnatus ſum, Romæ ſubeam:* προφάσει φιλίας σαρκίνης, ut explicationis cauſſa addit Interpolator. Eandem cautionem mox repetit S. Ignatius, verbis paullum variantibus, ſenſu tamen germaniſſimo, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Hinc ergo emendanda eſt vetus verſio, *ſi quidem vos non parcitis mihi*, delendo particulam negativam μὴ, quæ abeſt quoque apud Metaphraſtam, & in codice, quo uſus eſt alter Interpres etiam vetus, *tamen potero, ſi vos peperceritis mihi.* D. Pearſonus illam non male retineri poſſe cenſet, ſi debito ſuo loco in contextu Græco reſtituatur. Illum vide fuſe diſſerentem de hac periocha Vindic. Ignat. part. II. p. 135.

Οὐ γὰρ θέλω ὑμῖν] Lectio ſane πονηροῦ κόμματος, & omnino rejicienda, utpote contra fidem omnium codicum Græce editorum, exemplaris Metaphraſtæ, & utriuſque Interpretis, qui legunt ὑμᾶς. Neque Grammaticæ ratio, aut iſtius vocis compoſitæ conſtructio, aut ſancti Auctoris mens ejuſmodi interpretationem ferre poteſt: *nolo enim vobis tanquam hominibus placere.* S. enim Ignatius Romanos monet & hortatur, ut id faciant, quod, quaſi ſeipſum corrigens, eodem quaſi ſpiritu laudando dicit, illos jam facere.

Οὐ γὰρ ἐγὼ] *Non enim talem unquam aut tam commodam Deo potiundi occaſionem, quam glorioſa hac morte, quam ambio, nanciſcar: neque vos ipſi quicquam excellentius,*

tius, *ob quod celebrabimini*, *aut nomina vestra in monumentis duraturis inserentur*, *præstare poteritis*, *si velitis acquiescere*, *omni pro me intercessione posthabita.* Verba hujus sententiæ post ὅτι ὑμεῖς penitus à Symeone omittuntur.

P. 66. Ἀπ' ἐμοῦ] h. e. περὶ ἐμοῦ. Sed altera lectio, vetusta quidem, ut ex nostro Interprete liquet, tolerari potest. Neque enim S. Ignatius elegantias phrasium captare existimandus est.

Τρέχων] V. I. *vox.* Forte, ut in margine annotavit D. Usserius, *velox. Si indebita misericordia erga hanc meam carnalem vitam*, *quam lubentissimo animo depositurus sum*, *tacti fueritis*, *iterum in hoc stadio*, *cujus metam prope attingo*, *mihi erit decurrendum*: *vel potius*, *in hoc cursu & itinere adhuc detinebor*, *nec Romam adibo.*

Πλέον μοι μὴ παράσχησθε] Locus recte constitutus ex manuscripto, quem in vulgatis codicibus corruptum, πλῶν δέ με παρέχεσθε, D. Usserius & D. Pearsonus ex veteri versione hoc modo restituerunt: πλέον δέ μοι μὴ παρέχεσθε vel παρέξεσθε. *Plus autem mihi non tribuetis*: hoc est, *non de me melius mereri*, *mihive majus beneficium conferre potestis.*

Ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς] *Ut pro fraterna in me charitate, vos omnes*, *tanquam in choro congregati*, *unanimi concentu Deum glorificetis*, *quod mihi in alienas terras*, *procul à natali solo*, *abducto & adhuc abducendo*, *hanc patientiam*, *constantiam*, *& zelum pro Christo moriendi indiderit.*

Τὸν ἐπίσκοπον Συρίας] V. Annales Eutychii Patriarchæ Alexandrini pag. 336. S. Martyr justam sibi occasionem enatam, absque tamen minima ostentatione, pene coactus hoc in loco sumit, dignitatem suam, & jurisdictionem, quam in ecclesiis Syriæ habuit, memorandi: uti postea versus finem epistolæ se *ecclesiæ*, *quæ est in Syria*, ποιμένα vocat.

Εὑρεθῆναι εἰς δύσιν] Codex Colbertinus hac in periocha accuratissime consentit cum veteri nostro Interprete, cujus auctoritas hinc maximi æstimanda est. Facessant ergo omnes conjecturæ, utut ingeniosæ, ut πορευθῆναι εἰς δύσιν, nota distinctiva illic posita, pro εὑρεθῆναι, & hariolationes Interpolatoris, qui male legendo καλῶν pro καλὸν, (à qua voce nova incipit sententia, sive pium S. Martyris epiphonema) & pro libidine sua, quum mentem S. Ignatii minime intellexerit, alia verba addendo, omnia misere corrupit & pervertit. Eadem habet Symeon cum utrisque, nisi quod τοῦτο super-

ſuperflue inferciat ante μεταπεμψάμενος, & in fine ſententiæ ἀνατείλωμεν pro ἀνατείλω prorſus male habeat. Rectiſſime ergo καλὸν τὸ δῦναι. Δύσις enim & ἀνατολὴ reſpectu Antiochiæ, unde devenerat, & Romæ, quo properabat, ob diverſam climatum poſitionem hic opponuntur. Inde alluſio fit ad mortem & reſurrectionem. De occaſu ſuo in hoc mundo ſibi gratulatur S. Ignatius, utpote in altero apud Deum, inſtar ſolis aut ſtellæ, exoriturus. Hujus loci ampliorem illuſtrationem vide apud Pearſonum Vindic. Ignat. part. I. pag. 131.

P. 66. Οὐδένα] Codices vulgati & Symeon, οὐδενί· quod plane idem eſt. Utrumque enim caſum regit verbum. V. I. ἐν οὐδενί. *Hanc gloriam moriendi pro Chriſto nemini adhuc invidiſtis: vos, inquam, qui alios exemplo & hortatibus ad martyrium pro nomine Chriſti ſubeundum animare ſoliti fuiſtis.*

Μόνον μοι δύναμιν] Symeon: μόνον μοι δύναμιν αἰτήσασθε δοθῆναι παρὰ θεῦ, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ καὶ λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι ὀφθήσομαι, ὅτε κόσμῳ μὴ φαίνωμαι. Ita pro more ſuo verba & ſententias aut addit aut decurtat. Senſus Martyris, quem durum nimis, ſi integram periocham retinuiſſet, fortaſſe ſentiebat Metaphraſtes, pius admodum eſt, & explicatu facilis: *Hoc ſolum agite, ut vires tum animi tum corporis, à Deo nimirum, in me infundi petatis, ut non ſolum profeſſione, ſed voluntate & ſincero cordis affectu, & denique moriendo revera Chriſtianus inveniar: tum enim & fidelis habebor & ero, omnium judicio, quum ex hac vita exceſſero.*

P. 67. Αἰώνιον] Legebat V. I. φαινόμενον, ἀγαθόν. *Nihil apparentia bonum eſt.* D. Pearſonus corrigit φαινομένῳ. Nec opus eſt, ut ſubſtituamus vel *apparentiæ* vel *apparens.* Fruſtra particulam γὰρ poſt οὐδὲν interſerit Symeon, qui hic cum codice Colbertino conſentit, & pariter habet verſiculum S. Pauli, omiſſum à noſtro Interprete.

Ὁ γὰρ θεὸς ἡμῶν] Hanc reliquam hujus ſectionis partem penitus omiſit Symeon: priorem vero ſententiam Interpolator. S. Ignatius hoc modo, ni fallor, explicandus eſt. *Paſſionibus Chriſtianorum, qui pro ipſius nomine mortem tanta cum animi lubentia & conſtantia oppetunt, Chriſtus, Deus noſter, licet jam in cœlo apud Deum humana natura exiſtens, hominibus manifeſtior fit:* vel ſi malis, pie & erudite Lector, *qui in Patre eſt, per ineffabilem divinæ eſſentiæ communicationem, magis hoc modo manifeſtatur, ſeque incredulo mundo invicta martyrum fortitudine, tanquam*

novis

novis clarioribusque indiciis, ex quo terras reliquerit, dignoscendum praebet.

P. 67. Οὐ σιωπῆς] Codex Colbertinus hic à veteri Interprete variat, & plane corruptus & mutilus est. Recte hoc in loco sese habent vulgati codices, nisi quod ob male intellectam S. Ignatii mentem, sensum, perperam interpungendo, verbisque, quæ minime necessaria sunt, supplendo, corruperit Interpolator. Locus sane intricatus est, quem cum D. Vossio ex fidelissimo hoc nostro Interprete ita refingendum puto: ὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμου. Interpolator, qui à verbis ὁ Χριστιανὸς novam periocham inceperit, sibi necessitatem ea quæ sequuntur, una cum textu analogo ex Evangelio S. Joannis, addendi, ad complendum sensum, pro versutia sua imposuit. Hoc ergo modo S. Ignatium interpretari libet: *Vere Christianum esse, sive mori pro Christo, non à qualicunque persuasione humana, utut forti, & importuna, sed a mentis magnitudine ab ipso Deo inspirata oritur: nemo enim internecino & implacabili hostium fidei Christianæ odio aliter sese exposuerit. Tempore præsertim persecutionis vere Christianus non* πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις (ut verbis S. Pauli utar) sive *persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis animatus, sed potenti Spiritus sancti gratia adjutus, se adeo fortem & magnaminum ostendit præstatque, ut mortem cum gaudio & triumpho oppetere non solum velit, sed & audeat.*

Εὔνοια] V. I. *concordia.* ac si legisset ὁμόνοια. Sed non adeo recte. Vide supra, φοβοῦμαι γὰρ τὴν ἀγάπην ὑμῶν.

Γένησθε] Vide, annon S. Ignatius scripserit γένηται· quod suspicor.

Ενεστι] Ita quoque Symeon, qui in hac & sequenti sententia cum Codice Colbertino concordat.

Αλέθομαι] D. Pearsonus corrigit, ἀλέθωμαι. Hanc præclaram sententiam citant S. Irenæus lib V. adv. hæres. c. 28. Euseb. hist. Eccles. lib. III. c. 36. ut alios prætercam.

Μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου] Proculdubio excidebat τὸ τῶν ante τοῦ· uti legebat V. I. *nihil derelinquant eorum, quæ corporis mei:* & habent vulgati codices, quod elegantius videtur: Symeon vero omisit. *Ut totus integerque devorer à feris, ne minima quidem corporis mei parte relicta.* Ex ratione addita satis liquet, S. Ignatium, quantum in ipso erat, nimiam superstitum in colligendis martyrum reliquiis diligentiam amoliri fategisse.

P. 67.

P. 67. Γένωμαι] V. I. *inveniar.* quasi τὸ εὑρεθῶ, quod præcedit, hic iterum in textu repeteretur. Sed manus ipsius & oculus erraſſe videntur.

P. 68. Αληθῶς] Lege ἀληθής. Ita ſane: ut habent V. I. vulgati codices, & Symeon.

Ο κόσμος] Symeon, ὅτι ὁ κόσμος. male.

Χριςὸν] Vulgat. cod. Κύριον.

Τύτων θυσία εὑρεθῶ] Interſeri debet τὸ θεῷ ex fide veteris Interpretis. vulgati codices habent θεῷ. Abeſt vero apud Symeonem, qui ſuperflue addit, καθαρά.

Κατάκριτος] Vulg. ἐλάχιςος, contra fidem codicis Colbertini, Symeonis, & V. I.

Ελεύθεροι] Mox male addit Interpolator, ὡς δῦλοι θεῦ.

Απελεύθερος Ιησῦ] Vulgati codices hic optime conſentiunt cum veteri Interprete ἀπελεύθερος γενήσομαι Ιησῦ Χριςῦ.

Κοσμικὸν ἢ μάταιον] Deſunt hæc verba apud V. I. noſtrum; & fortaſſe obliterari debent, licet in ceteris quoque reperiantur.

Απὸ Συρίας μέχρι Ρώμης θηριομαχῶ] Symeon habet —— μέχρι Ρώμης αὐτῆς θηριομαχῶν. Plane piget ulterius omnes ineptulas Metaphraſtæ variationes ſollicite venari. Parallelum locum hinc à Pſeudo-Ignatio ſurreptum vide in ſuppoſititia epiſtola ad Tarſenſes in principio.

Δεδεμένος] Vulg. habent cum Euſebio ἐνδεδεμένος. Frivolum admodum fortaſſe quibuſdam ſeveris Lectoribus videbitur, ejuſmodi leviuſculis variationibus inſiſtere: quorum cenſuram deprecor.

Ος ἐςιν ςρατιωτῶν τάγμα] Lege ὃ & ςρατιατικόν. Habent non ſolum vulgati codices; ſed etiam Euſebius, qui hanc integram periocham citat, Eccleſ. Hiſt. l. III. c. 36. Fruſtra igitur obtenditur, hanc explicationem ab aliena manu eſſe inſertam. Quid enim obſtat, quo minus liceat S. Martyri ſeipſum interpretari, uti ſubinde ſolet?

Εν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν] V. I. *in injuſtificationibus autem ipſorum.* Legiſſe videtur ἀδικαιώμασιν, vel ſaltem in animo habuit barbaram hanc vocem, quam ita interpretatus eſt.

Παρὰ τῦτο] Idem quod διὰ τῦτο, ſive ἐν τύτῳ. Verba hæc, ut obſervat D. Uſſerius, Paulinis reſpondent, 1 Cor. IV. 4. ἀλλ' ὐκ ἐν τύτῳ δεδικαίωμαι. Habentur apud Euſebium & in ceteris codicibus, deſunt vero apud Metaphraſtam, ut inde, uti ex innumeris aliis, de hujus exſcriptoris oſcitantia & hariolationibus certum faciamus judicium.

immortalem beatamque in cælis assequar. Ne velitis me mori, qui cum Deo & Christo esse cupio. h.e. *nolitis me vere mori.* S. Martyr in hisce circumstantiis constitutus vitam productiorem quasi pro morte habuit. Hunc sensum pene attigit Interpolator addendo, θάνατος γάρ ἐστιν ἡ ἄνευ Χριστοῦ ζωή.

P. 70. Κόσμῳ μὴ χαρίσησθε] *Mundo ne gaudeatis.* prorsus male. Rectius legebat in suo codice V. I. διὰ κόσμου οὐ μὴ χωρίζησθε, *per mundum non separetis me : ne me sejungatis a communione Dei, ulteriorem moram in hoc mundo intercessionibus vestris procurando, quum hoc maxime velim, ut apud Deum statim sim:* vel si altera interpunctio sit admittenda, *Dei volentem esse, per mundum non separetis me,* τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντά με εἶναι διὰ κόσμου μὴ χωρίζησθε. Sed prior Græci textus distinctio forte melior & verior est. Quod vero additum est in veteri versione nostra, *neque per materiam seducatis*, in nullo Græco codice, hactenus memorato, reperitur. Hagenbuch. Diss. I. de Evangel. p. XI.

Ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι] V. I. tantummodo, *homo ero. Ero perfectus homo in Christo Jesu.* Sed verisimilius est τὸ *Dei* ex festinatione exscriptoris excidisse.

Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μου] Anastasius Sinaïta in Ὁδηγῷ cap. 12. Ἐάσατε μιμητὴν εἶναι πάθους Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μου. Non legebat V. I. in suo codice Χριστοῦ· nec opus est. videtur addi explicationis caussa. Quod vero ad ultima verba, τοῦ Θεοῦ μου, spectat, quum ceteri codices & ambo Interpretes consentiant, miror Symeonem ea omittere aut velle, aut posse, aut audere.

Ἐν ἑαυτῷ] Ita quoque Symeon. Editiones Morellii, Vairlenii, aliorumque, quæ αὐτὸν ἐνταῦθα ἔχει habent, hinc emendandæ. *Hunc meum zelum, quo constringitur animus, fundendi sanguinem pro Christi testimonio, quisquis Christum in corde habet, vereque amat & agnoscit, facile capere & intelligere potest, eodemque affectu rapitur, modo mentem advertat, & hac de re serio cogitet: quod quidem ego opto & hortor.*

Μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε] V. I. *ipsi autem magis mei fiatis:* ac si legisset αὐτοί. Hinc in sua editione reponit Cotelerius αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐμοὶ γίνεσθε. Sed τὸ αὐτῷ, ut habet hic codex, cum quo consentiunt vulgati codices & Symeon, mihi magis placet, & ad antecedentem periochen potius referri videtur. ἐμοὶ etiam retineri potest, modo cum D. Vossio πληθυντικῶς sumatur. Quod quum aliqui non intellexerint, quasi dativo casu singulari positum esset, ob analogiam Grammaticæ substituerunt, τουτέστι, τῷ Θεῷ.

P. 70. Ἐπιθυμεῖτε] Ita quoque Symeon. ceteri codices προτιμᾶτε.

Μηδ' ἂν] Paullo aliter hanc ſententiam, inde obſcuratam, legiſſe videtur V. I. eodem tamen ſenſu: *His potius, quæ jam mente firma & maxima deliberatione ſcribo, fidem adhiberi volo, quam iis, quæ fortaſſe mediis in anguſtiis poſitus, & cogitationibus mentem avocantibus diſtractus, in carcere, ſi daretur copia, ſcripturus ſum.*

P. 71. Ζῶν] Addenda eſt particula γὰρ ex V. I. aliiſque codicibus. Corruptiſſima ſunt apud Metaphraſtam, ἐξ ὧν γάρ.

Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται] Pene ſuperfluum hic adnotare videbitur, quum omnibus notum ſit, hanc celeberrimam S. Ignatii ſententiam ſive apophthegma citari ab Origene in prologo ad commentarios in Canticum Solomonis, & à Dionyſio Areopagita in libro de divinis nominibus cap. 4. in quo dicit nomen ἔρωτος, quam ἀγάπης, quibuſdam è ſacris ſive eccleſiaſticis Scriptoribus ſuorum temporum (veri enim Dionyſii, qui Apoſtolis ætate ſuppar erat, perſonam in ſe ſuſcipit Auctor ille antiquus, quiſquis fuerit) & præſertim S. Ignatio, quippiam longe auguſtius ac divinius in ſe continêre videri. De horum autem verborum ſenſu variæ inter eruditos agitantur lites & controverſiæ, in longas Diſſertationes productæ, quibus per harumce ſtricturarum & ſcholiorum brevitatem in præſenti me immiſcere non licet. Partes tamen [a] Antiquorum, qui hæc verba de Chriſto crucifixo, unico amoris S. Ignatii objecto, in quod flagrantiſſimo animæ æſtu propendebat, interpretantur, quam Neotericorum, qui de vanis hujus mundi cupiditatibus & deſideriis illa intelligi debere cenſent, tueri mallem.

Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον] Locus in ſe non eſt adeo difficilis explicatu, ſed quem male intelligendo indocti Interpolatores & Librarii corruperunt. Cum codice Colbertino conveniunt Symeon & Menæum Græcorum ad XX diem Decembris. Sed longe præferenda videtur vulgatorum codicum & veteris Interpretis, cujus verſio pene in omnibus ad literam exigitur, lectio, luxata quidem, ſed quæ abſque vel unius literulæ mutatione reſtitui poſſit: h. e. ſi, ut optime pro ſolita illius ἀγχινοίᾳ ſuggerit D. Pearſonus, legamus,

[a] Hos Græci communiſſime ſequuntur, ut ex Menæo ad XX. Decembris de S. Ignatii die natali patet: Ὡς τετρωμένος ἔρωτι ἀγάπης τοῦ κυρίου σου, ὁ ἐμὸς ἔρως, ἐβόας, Χριστὸς ἐσταύρωται θέλων.

X 3 φιλοῦντι

φιλῶντι pro φιλῶν τι. i. e. ἐρῶντι· ubi diſtinctio adhiberi debet. Hac vero neglecta, Interpres iſte vetus participium dativi caſus, quod cum pronomine ἐμοὶ convenit, in duas voces dividens, poſteriorem contra regulas Grammaticæ cum ſequente ὕδωρ, (quo novam, eamque oppoſitam, ſententiam incipere particula adverſativa ſatis clare oſtendit) plane aliud agens, perperam connectit. Senſus vero mihi ejuſmodi videtur, quaſi hoc planioribus verbis, omni figura vacuis, dixiſſet S. Ignatius, Martyrii, quod moram trahere videbatur, impendio appetens: *Dum Jeſum, cujus amore totus ardeo, pro me crucifixum contemplor, flammæ, quas degener rerum mundanarum cupido ſolet accendere, in me penitus exſtinguuntur; potius pectus meum gratia Spiritus Sancti, tanquam largo & perenni aquarum viventium profluvio, madens & perfuſum ſentio. Inde voce cœleſti intus ſonante, ad moriendum pro Chriſto animatus, veni, quid ceſſas? feſtina ad Patrem.*

P. 71. Ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλῶν ἐν ἐμοὶ] Paria quoque habent Symeon & Menæum, niſi quod majoris explicationis gratia τὸ μᾶλλον inſeratur ante ζῶν. Vulgati codices, ὕδωρ δὲ ζῶν, ἁλλόμενον ἐν ἐμοὶ, voce ſatis propria, & ad exundantem vim divinæ gratiæ, quæ inſtar ſalientis aquæ conſtanter ſine quapiam remiſſione & cum impetu in cordibus fidelium fluit, exprimendam appoſitiſſima, & fortaſſe alteri præferenda. Alluſum autem, ut nemo non videt, ad promiſſionem Chriſti, S. Joan. IV. 14. & VII. 38.

Ἄρτον Θεοῦ θέλω] Multa hic, quæ occurrunt quoque apud Metaphraſtam, & reperiuntur etiam in vulgatis codicibus, manifeſtam ſapiunt interpolationem. Sed explicationibus, utut piis & orthodoxis, textus non erat temerandus. De ſenſu verborum quæritur, an hoc innuere velit S. Ignatius, ſe omnibus eduliorum corruptioni obnoxiorum delectamentis, hujuſque vitæ voluptatibus ejuratis, non alium cibum & potum deſiderare, præter Euchariſticum: cui hæc magnifica elogia maxime conveniunt: nec, id ſi Baronio concederetur, video fidem Chriſtianam inde quicquam damni paſſuram eſſe. Non autem nimis rigide ad regulas Græcæ eloquentiæ, aut ad uſitatas loquendi apud Oratores formulas, exigendus eſt ſtylus Ignatianus: quippe aliquid dandum eſt martyrii Candidato, extra ſe quaſi rapto, dum totus in contemplatione rerum ſpiritualium & cœleſtium defigebatur, ſi ejuſmodi novis phraſibus uteretur, quæ tamen facili ac bona interpretatione, prout æquum poſtulat, leniri poſſint. Iniquiſſimum ergo foret, ſi quis hac

hac de caussa in S. Ignatium morose animadvertere velit, eo quod sanguinem Christi vino eucharistico repræsentatum, τὴν ἀγάπην ἄφθαρτον, *charitatem incorruptibilem* appellaverit: quum sanguis ille pretiosus Jesu Christi, in cruce effusus, dici mereatur fundamentum charitatis Dei erga fideles in æternum duraturæ. An vero potius dicendum sit, S. Ignatium, sacramentalibus hisce locutionibus utentem, hoc tantum innuere, se jam omnibus mundanis vanitatibus spretis abjectisque, morti propinquum, unicum hoc cupere, quasi longioris moræ in terris penitus tæderet, ut ad præsentiam Christi, humana natura in cœlis regnantis, admitteretur, illic æterna visionis Dei beatitudine fruiturus. Quæ interpretatio magis, quam altera ad mentem enthei Scriptoris congruere mihi quidem videtur. Vide vero Isaacum Casaubonum hac de re latius & doctissime disserentem Exercitat. XVI. ad Annales Ecclesiasticos Baronii. cap. 39.

P. 71. Θελήσητε] Ita quoque Symeon: sed V.I. & vulgati codices θέλητε· rectius.

Θελήσατε ἵνα] Symeon θελήσατε οὖν, ἵνα --- sed vulgati codices plane omittunt & versiculum 20. capitis II. epistolæ ad Galatas interpolant, qui non solum in codice Colbertino & apud V. I. ut vides, sed etiam apud Symeonem abest.

Φανερώσει, ὅτι] Mutilantur hæc à Symeone, Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, τὸ ἀψευδὲς στόμα, ὅτι ἀληθῆ λέγω. Interpolator, αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς φανερώσει ὑμῖν ταῦτα, ὅτι ἀληθῶς λέγω· ceteris omissis. *Christus infallibilis magister, qui voluntatem Patris verissime declaravit, hæc, quæ de me vere & citra ostentationem dixi, vobis quoque, si non ex revelatione, saltem ex eventu, per mortem meam manifestabit.*

P. 72. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ] Eadem quæ in hac sectione sequuntur, habet Symeon. Piget autem insulsas frivolasque vulgatorum codicum interpolationes, & mutationes apponere.

Ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ] V. I. *Si reprobus efficiar.* h. e. *si a morte liberabor, quasi rejectaneus, & hoc honore, quem tanto animi cum fervore ambio, prorsum indignus.*

Ποιμένι τῷ θεῷ χρῆται] i. e. Christo: ut ex immediate sequentibus clarissime liquet. Male ergo habet Interpolator, τῷ κυρίῳ, τῷ εἰπόντι, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Hac enim superflua explicatione enervat testimonium, quod ubique in his epistolis ingerit S. Ignatius, de divinitate Christi.

P. 72. Επισκοπήσει] Ita ceteri codices. *Christus Deus noster meas absentis vices in Syriacis ecclesiis administrandis longe melius supplebit, vobis quoque adjuvantibus: imo curam, quam impenderam, infinitis modis exsuperabit.* Vetus Interpres sponsionem & securitatem promissi pro voto sumens, reddit, plane ad eundem sensum, *vice episcopi sit:* sed forte legebat ἐπισκοπήσαι, modo optativo, & αὐτὸς pro αὐτήν.

Καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη] Phrasis S. Ignatio familiaris. Frustra addit Interpolator, εἰς αὐτόν. Charitas enim Christianorum Romæ degentium, quam implorat, ad Antiochenos, potius quam ad Christum, debet referri.

Καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν] Vide supra in epistola ad Philadelphenses, Ασπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· & ad Trallianos, Ασπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Σμυρναίων.

Τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ιησοῦ Χριστοῦ, οὐχ ὡς παροδεύοντα] V. I. *ut non transeuntem*, quasi legisset: ὡς οὐχ. Sed videtur esse error exscriptoris istam particulam negativam transponentis. *Me receperunt ecclesiæ in nomine Christi, non tanquam advenam, illas in hoc itinere festino prætergredientem, sed tanto cum amore & zelo, ac si essem illarum episcopus. Hoc ab illis propter Christum factum erat.* Quidam codices habent ὡς ὄνομα, intolerabili Librariorum sive inscitia sive licentia.

Και γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαι] Hic judicium pariter ac industria destituit veterem nostrum Interpretem, qui non ita solet turpiter labi, verba hæc, *non advenientes mihi*, male interpretando. Ex præcedentibus sensus hic colligi videtur, dum fusius & planius ecclesiarum charitatem, quam jamjam deprædicaverat, hoc indicio & probatione illustrat. *Multi ab ecclesiis, non mei juris, & ad me neutiquam spectantibus, in hoc nimirum ultimo itinere, quod in mundo restat emetiendum, ut mihi obviam irent missi, me singulas civitates ingressurum honoris caussa præcessere:* προῆγον· verbo neutraliter sumpto: quod pariter habet Metaphrastes. Sed si legamus juxta vulgatas editiones, προήγαγον, sensus idem erit, *me* nempe, *quasi nobili famulitio & comitatu stipatum, ad suas urbes deduxerunt.*

P. 73. Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα] Præpone particulam καὶ, ut habent V. I. & Symeon. Crocus ab Ephesiis ad illi, versus illam urbem tendenti, occurrendum mittebatur. Quibus verbis ista periocha clauditur. Non enim ille cum S. Ignatio è Syria veniebat.

P. 73.

P. 73. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας] Lectio proba, quam verba sequentia satis clare firmant. Verisimillimum enim est quosdam Christianos, relicta circa idem tempus Antiochia, recta via & citra omnes ambages, Romam petiisse. Hos novos hospites & peregrinos homines, vere pios probosque, utpote qui Deo pro sanctitate morum & illis ipsis pro sinceritate fidei fruantur, dignos, quos illorum charitati & benevolentiæ impensissime commendat, edoceri vult, se non longe ab ista Urbe absuturum. Non enim dubitandum erat, quin illi è Syria fratres, Romam longe maturius pertingentes, eorundem sacrorum consortes de ecclesiarum Syriacarum statu, & præsertim de S. Ignatio ad bestias damnato, singillatim certos reddidissent. Hæc à veteri nostro Interprete confunduntur, qui προσελθόντων cum Interpolatore, aut συνελθόντων cum Symeone, addito pronomine μοὶ, legisse videtur. Quid autem de suis præcursoribus scribat S. Ignatius, quum minime intellexerit Metaphrastes ille, totum illud penitus omisit, hisce tantummodo retentis: Ἐστι δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα τῶν συνελθόντων ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν Θεοῦ. Ἔγραψα δὲ ---- verum si lectio vulgatorum codicum, προσελθόντων, retineatur, nova expositione veteris nostri Interpretis versio, quæ in editione Usseriana, inserta parenthesi, (*quibus & manifestatis*) perplexa, & vix cujuspiam boni sensus capax videtur, hoc modo restitui potest: *De advenientibus* (h. e. παρὰ τῶν παρελθόντων, ut bene conjectatur D. Pearsonus) *mecum à Syria*, (qui simul egressi mecum ex Antiochia, compendiosiorem viam sectati sunt) *in Romam ad gloriam Dei*, *credo vos cognovisse:* viz. quicquid ad me spectat: *quibus & manifestatis* (proculdubio pro *manifestabitis*, ita enim scribi oportuit) *prope me existentem.*

Τουτέστι, Αὐγούστου] Additio superflua, ac male signata, & plane rejicienda.

IN
MARTYRIUM S. IGNATII.

P. 123. Τȣ̃ ἀποςόλȣ Ἰωάννȣ μαθητὴς] De discipulatu S. Ignatii sub cura & institutione S. Joannis Apostoli altum silent Scriptores Ecclesiastici, quorum plerique omnes, sive ejusdem, sive diversi ævi, in enarrandis Sanctorum *Martyriis* occupati, parentum, patriæ, nataliumque memoriam, & universam illorum vitæ præcedentis rationem, institutum, reliquasque πεϱιςάσεις literis mandare posterisque tradere neglexerint. Interim ex horum Actorum fide statuendum videtur, Ignatium fuisse auditorem S. Joannis, licet de tempore & loco, sive in Palæstina, sive in Syria, sive potius, una cum S. Polycarpo (quod mox asseritur, §. III.) in Asia Minori, nondum constet.

Ην τοῖς πᾶσιν] Lege ἐν pro ἦν, quod in codice suo non habebat vetus Interpres, particula conjunctiva καὶ, quæ sequitur, deleta.

Επιμελῶς] Neuter Interpres habet.

Παϱαγαγὼν] V. I. *mitigans*, male. *Egressus*, *transiens*, *quum vix procellas evasisset*. Quænam autem illa mala essent, quæ S. Ignatius in ista persecutione sub Domitiano passus fuerat, & ex quibus eluctatus est, ex defectu historiarum pariter nos latet.

Τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι] Lege πόνῳ πνευματικῷ, *labore spirituali*, ut alter Interpres habet: licet fortasse τόνῳ tolerari possit'

P. 124. Ηχαλλεν] V. I. *dubitavit*, i. e. *animi anxius erat*. Redde potius, *dolebat animo*, sive *tristitia afficiebatur*. Conveniunt hæc mirifice cum Epistolis, quæ ubique testantur zelum, quo effervescebat S. Ignatius, morte cruenta *veri in Christum amoris*, prout ipse post auditam sententiam damnatoriam exclamans voce quasi triumphabunda agnovit, documenta dandi, utpote martyrio, quod summa sollicitudine & angore animi ambiisset, *in perfectum Discipulorum ordinem* adsciscendus.

Πϱοσοικειȣ̃σαν] Lege cum V. I. πϱοσοικειȣ̃ν.

P. 124. Ἕλοιτο] *Eligeret, vellet*, ſcil. cœtus Chriſtianorum: *niſi Chriſtiani dæmonolatriam iſtam, quæ tum apud univerſas gentes obtinuit, amplecti cuperent:* quod male vetus Interpres refert ad Trajanum, reddendo *cogeret*. Sed fortaſſe hæc lectio vitioſa eſt ex feſtinatione & oſcitantia Librarii, pro qua τὸ *cogitaret* vel quippiam ſimile mihi quidem videtur ſubſtituendum.

P. 125. Ὁ φόβος] Aberat in codice veteris Interpretis, & quidem longe rectius. Eſt enim aſſumentum & perperam infertum.

Εὐσεβῶς ζῶντας] Lege cum V. I. εὐσεβεῖς ὄντας.

P. 126. Ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις] Idem ac Χριστὸν ἐν καρδίᾳ φορῶν· quod mox ſequitur: titulo quidem ſatis apto, qui omnibus vere Chriſtianis pari jure indi poſſit. Hæc autem vera eſt hujus cognomenti, S. Ignatio jam peculiaris, ratio, de quo vide D. Pearſonum pulchre & erudite diſſerentem in Vindiciis Ignatianis, parte ſecunda, cap. XII.

Οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην] Uterque Interpres legiſſe videtur φιλίας· Hic, *cujus amicitia fruar*, alter, *cujus amicitiam acquiſivi.* Sed Græci codicis lectio, quam aliquo modo paraphraſi ſua firmat Symeon, neutiquam debet ſollicitari, imo recto ſtat talo. S. Ignatius enim, quum paullo ante Chriſtum ſuum ἐπουράνιον βασιλέα, quod V. I. reddit *ſupercæleſtem Regem*, nuncupaſſet, *in illius regnum ſe admiſſum iri, illoque tandem fruiturum*, jam ferventiſſima prece optat.

Τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν] Τὸ ἐμὴν ſuperflue videtur additum, uti ſtatim, πλάνην καί.

P. 127. Εἰς τέρψιν δήμου] Potius ὄψιν, ut habet V. I. *in ſpectaculum plebis*. §. V. ἵνα ἐπ' ὄψεσι τοῦ δήμου Ῥωμαίων θηρσὶν ἀγρίοις παραδοθεὶς. Alter vero conſentit cum Græco, *pro avocatione populi.*

Δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς.] V. I. *vinculis collocari ferreis.* Corrige Librarii mendum, & lege *colligari*.

Τῇ ἐκκλησίᾳ] Idem hic ac ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας.

Ἀπαχθησόμενος] V. I. *adducendus*. Corrige, *abducendus*. Sed alterum illud ferri poteſt.

P. 129. Διὰ τῶν ἡγουμένων] Per *Præfectos* ſive *Epiſcopos*. V. I. *per præcedentes* (hic enim interpunctio apponenda eſt, nec ad literas, quæ ſubſequuntur, referri aut poteſt aut debet, uti in Præfatione oſtendi) h. e. *dignitate præcedentes*, vel potius reſcribendum, *Præſidentes:* quo titulo Epiſcopi merito ſuo olim gaviſi ſunt. Hoc potius malo, quam ut

fingam

fingam Interpretem nostrum in suo codice προηγεμένων reperisse. Versionem autem Latinam ad exemplar Græcum, in quo sensus integer & intellectu facilis est, omnino conformari oportere quis non videt? Male hanc & alteram, quæ sequitur, sectionem imaginatus est D. Usserius ab Ignatianarum epistolarum collectore fuisse intersertas: quas series narrationis necessario exigit, & quæ procul omni dubio in originalibus Martyrii Actis exstabant, ut hodie Græce exstant.

P. 130. Ακοντας] Lege cum V. I. ἀπόντας, *absentes*.

Τὰς φιλοτιμίας] Quod vocabulum bis quoque postea occurrit. Certissimum est ex variis, iisque malis hujus vocis explicationibus, quas fingit Vetus Interpres, *occupare honores*, ut hic, & mox μελλέσης λήγειν τῆς ἀκαθάρτε φιλοτιμίας, *debente finem habere mundi inani gloria*, & μελλετῶν καταπαύειν τῶν φιλοτιμιῶν, *debentibus quiescere gloriationibus*, illum verum istius sensum neutiquam intellexisse. Per hasce φιλοτιμίας intelligo ludos solennes magno sumptu ac studio à munerum publicorum magistratuumque Candidatis, qui inde gratiam & applausum plebis Romanæ captabant, pro more exhiberi solitos. Quapropter S. Ignatius à feris militibus, jam occupata terra, ad iter maturandum urgebatur, ut Romam, antequam dies isti communis lætitiæ & publicæ festivitatis essent elapsuri, perveniret, bestiis nimirum in Amphitheatro juxta sententiam ab ipso Trajano nuper Antiochiæ latam objiciendus. Patet autem ex Kalendario vetusto sub imperatore Constantio, filio Constantini Magni, confecto, in quo sola Gentilium solennia recensentur, quod edidit Lambecius in appendice ad IV. librum Commentariorum de Bibliotheca Vindobonensi, illo ipso die, quo S. Ignatius martyrium passus est, nempe decimo tertio Kalendas Januarias, *Munus Kandida*, i. e. *Candidatorum*, celebratum fuisse. Hic enim alter dies, quum prior sexto Idus Decembres haberetur, præstitutus videtur, & qui ἐπιφανὴς sive *splendide solennis* hic appellatur: in quibus utrisque οἱ φιλοτιμῦντες, sive qui *publicos honores*, in annum proxime sequentem obeundos, *peterent & ambirent*, munera in Circo & Amphitheatro coram populo edebant, in quibus gladiatorum pugna & damnatorum ad bestias expositio maxime recensendæ videntur. Hæc vero eleganter quidem & commodissime horum Actorum Scriptores nuncupant φιλοτιμίας, quæ *Saturnalibus*, aut eorundem, adjecta hac celebritate auctorum, appendici, *Sigillaribus*, quorum originem tradit Macrobius lib. I. Saturnal. cap. X. non adeo

bene

bene conveniunt. Tantum in genere & pro more suo paraphrastice dicit Symeon, ἡμέρας ἐπιστάσης εὐκαίρου, ἡνίκα δημοτελὴς ὑπῆρχε τοῖς Ῥωμαίοις πανήγυρις, nulla particulari hujus celebritatis mentione facta.

P. 130. Στεφάνου τῆς] Supple ex V. I. δικαιοσύνης διὰ τοιαύτης.

Μακεδονίαν] Adde πεζῇ, ut legebat V. I. & habet Symeon Metaphrastes.

Περὶ καὶ τὴν ἤπειρον τὴν πρὸς Ἐπίδαμνον] V. I. & ad terram, (præpositionem addo ex codice Caiensi) *quæ ad Epidamnium.* h. e. ad illum tractum terræ continentis & mediterraneæ, in quo sita est Epidamnus.

P. 131. Σὺν αὐτῷ μὲν] Corrige fidentissime συναντῶμεν· ut legebat V. I. *obviamus:* & ita scriptum fuisse in codice MS. quo usus est vir eruditissimus, qui Acta hæc Græce primus inde edidit, quovis pignore contenderem, saltem ita scribi debuisse, nisi Librarius saltem mente captus inter exscribendum delirasset, sensus necessario postulat.

P. 132. Ἡσυχάζουσιν] Lege cum V. I. ἡσυχάζειν.

Ὃς εὐθὺς] Legebat V. I. ὡς.

P. 133. Παρὰ τῷ ναῷ] V. I. *ab impiis.* Forte legebat in suo codice παρὰ τῶν ἀνοσίων sive ἀνόμων.

Τελείωσιν] V. I. *fruitionem.* Emenda, *finitionem.* & adde *ipsius* è MS.

Λειψάνων] V. I. *ossium*, ὀστέων· & sic legendum videtur.

Ἐν λίνῳ] V. I. *in capsa.* forte, si non in codice suo, saltem in animo habebat, ἐν λάρνακι. Sed hoc est hariolari.

Θησαυρὸς] Præpone ὡς, ut in suo codice reperiebat V. I.

Ὑπὸ τῆς] Pro ἀπὸ. V. I. *ab ea, quæ in martyre*, (sic in MS.) *gratia.*

P. 134. Μικρὸν ἀφυπνώσαντες] De hisce insomniis, sive cœlitus immissis, sive ex quotidianis cogitationibus, de glorioso illo S. Ignatii certamine, phantasiæ illorum inter dormiendum, quod frequenti usu venit, suborientibus, non est quod quisquam indebite cautus sagaxve nimium sit sollicitus, quasi olerent figmentum: quum nihil hic aut à fide alienum, aut verisimilitudinis omnino expers assertum habeatur.

P. 134.

P. 134. Οἱ μὲν ἐξαίφνης] h. e. Aliqui ad hunc modum, alii vero ad alium.

Εβλέπομεν, & mox ἑωρῶμεν] V. I. in utroque loco *videbant* : quasi juxta illum, in eorum, quibus hæc visa obtigerunt, numero seipsos, qui glorioso Martyris agoni interfuere, non recensuissent : nec quidem recensendi videntur. Græca potius mutanda sunt, ut versioni, quæ ad literam fit, conformia reddantur.

Μακάριον] V. I. in MS. *sanctum*, ἅγιον.

Σταζόμενον ὑφ' ἱδρῶτος] Lege ergo apud V. I. *superrorantem*. Symeon Metaphrastes, ἱδρῶτι καταῤῥεόμενον, καθάπερ ἄρτι τῶν τῆς ἀθλήσεως ἀναπεπνευκότα πόνων.

Παρεστῶτα τῷ Κυρίῳ] Addit V. I. *in multa confidentia, & ineffabili gloria.*

Καὶ συμβαλόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων] Desunt hæc apud V. I. & perperam quidem, ut mihi videtur.

Καὶ τὸν τῆς Φιλοχείρου] Aliter legebat in suo codice V. I. & prorsus diversa habet: *& hujus insidias in finem prostravit, glorificantes in ipsius venerabili & sancta memoria Dominum Jesum Christum.*



IN

IN EPISTOLAM
AD
PHILIPPENSES.

P. 143.  Ιλίπποις] Deest forte ἐν· vel potius repone Φιλίππȣς, ut habet codex Florentinus: & quidem rectius.

Δεξαμένοις τὰ μιμήματα] Putavi legi potuisse, δειξαμένοις τὰ μηνύματα, *ostendentibus sinceri amoris indicia sive documenta:* & sic in margine codicis mei olim adnotaveram. Sed jam, rejecta præcipiti hac conjectura, antiquam lectionem perquam commodo sensu retinendam esse statuo. Τὸ autem μιμήματα *simulachra*, sive *exemplaria*, vel ad Philippenses referri videtur, quod mente susceperint, suisque moribus veræ charitatis *imaginem*, quasi vivis coloribus expressam, repræsentaverint: vel, si mavis, ad S. Ignatium & socios, utpote veræ dilectionis erga Christum, despectis omnibus vitæ periculis, forti animo & exemplo maxime imitabili exhibitæ, *simulachra* & εἰκόνας· quos nimirum benevolo admodum affectu exceperunt Philippenses, & jam vinculis Romam abducendos in via aliquantulum comitati sunt, & extra civitatis suæ pomœria ultro deduxerunt.

Καὶ προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν] Vetus Interpres in hisce & sequentibus verbis turpiter lapsus est. Tu cum D. Pearsono in Vindiciis Ignatianis, P. I. c. V. p. 73. ita verte: *Congavisus sum vobis, qui veræ charitatis exemplaria excepistis, & deduxistis, ut vestro officio conveniebat, involutos vinculis, quæ sanctis ornamento sunt.*

P. 144. Ἐξ ἀρχαίων χρόνων καταγγελλομένη] V. I. omisit καταγγελλομένη, *declarata* sive *annunciata. A primis accepti Evangelii per prædicationem S. Pauli initiis.*

Ματαιολογίαν] Hæreticorum nimirum, qui vera religionis Christianæ dogmata vanis suis figmentis adulterarunt.

P. 145. Πολλῶν] Lege in V. versione Latina, *multorum:* ut §. VII. ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν.

Ἔρχεται] Melius ἐλεύσεται, ut legebat V. I. *qui venturus est.* Sed prius verbum tolerari potest: quasi diem ultimi judicii prope instare, quæ erat communis Christianorum istius seculi, & etiam sequentium, opinio, credidisset sanctissimus Martyr.

P. 145.

P. 145. Γρόνθον ἀντὶ γρόνθου] Hujus vocis inusitatæ significatio hoc sequenti cujusdam Viri doctissimi scholio optime explicatur: Eustathius in Iliad. ψ'. Πτύσσοντες τοὺς τῆς χειρὸς δακτύλους, καὶ οὕτως στρυφνοῦντες εἰς πύκνωσιν οἱ πυγμάχοι, ἀθλοῦσιν· εἰς γρόνθον συστρέφοντες· ὅπερ κόνδυλόν φασιν οἱ σοφοί. *Suidas*, Πυγμὴ, πάλη, σύγκλεισις δακτύλων, γρόνθος. *Ita in Lexico Hesychii Græco*, πυγμὴ *est* γρόνθος, *in Cyrilli Græco Latino*, γρόνθος, *pugnus*, *&* *in Philoxeni Latino Græco*, *pugnus*, γρόνθος.

P. 146. Οἱ πτωχοὶ] Adde ex V. I. & ex Evangelio, Matth. V. 3. τῷ πνεύματι.

Οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας] V. I. *non à meipso imperans*: lege, *impetrans*: ut recte emendat Cotelerius, sensu verissimo: *Hanc libertatem mihimet non permisi aut arrogavi, nisi à vobis & literis vestris prius invitatus, & quasi provocatus*, ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. Nullatenus enim placet lectio codicis Florentini, προσεπηλακίσατέ με.

Τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου] Insigni elogio Polycarpus cohonestat S. Paulum *ob sapientiam*; qua voce S. Petrus de eodem utitur, 2 Epist. III. 15. h. e. ob scientiam cœlestium arcanorum & mysteriorum Evangelii: quem Patres omnis fere ævi, accumulatis istiusmodi elogiis, secutos esse notius est, quam ut testimoniis congerendis citra necessitatem insistam.

Ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολὰς] Non exertim & expresso nomine plures, (unicam enim, saltem ab universa ecclesia agnitam, inque Canonem receptam, ad Philippenses scripsit) sed innuere videtur S. Polycarpus quasdam alias epistolas S. Pauli, sive ad Thessalonicenses, utpote utrosque Macedoniæ accolas, nec valde procul à se invicem dissitos, sive ad Corinthios missas, iisdem vel ex consilio Apostoli, vel ex concordiæ & fraternæ charitatis nexu, pro more communicatas, adeoque ad ipsos Philippenses quodammodo spectare. Aliqui fortasse dixerint (neque ego quidem intercedam) variationem numeri ideo admittendam videri, eo quod frequenti apud omne genus Auctores usu veniat, quod de singulari epistola, dialogo, librove loquentes, quandoque plurali numero utantur. Sed ipsi viderint. Num vero alia ad Philippenses transmissa hoc tempore sub S. Pauli nomine circumferretur, plane incertum est, & à nemine præstandum.

Ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ὑμῶν] Forte ἡμῶν. Fide renascimur, utpote γεννώμενοι ἄνωθεν. S. Jo. III. 3. sive γεγεννημένοι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος. 5. *geniti à Spiritu sancto per baptismum*:

mum: quando professio fidei Christianæ solenniter & necessario adhibetur: inde *fides* hic dicta *mater omnium Christianorum.*

P. 148. Πάσης διαβολῆς, καταλαλιᾶς] Recte distinguuntur διαβολὴ & καταλαλιὰ, ut diversa mentis & linguæ vitia, in libris sacris & scriptis Ethnicorum. Καταλαλιὰ per se, sine aliquo additamento, paullo supra habetur. V. I. legebat διαβολικῆς καταλαλιᾶς *ab omnibus diabolicis detractionibus:* & sic habet codex Florentinus. Sed dubito, an recte.

Πάντα ἡμῶν σκοπεῖται] MS. μωμοσκοπεῖται· & sic omnino legendum: ut viri docti dudum observarunt.

Οὔτ' ἔτι] MS. οὔτέ τι· quod longe rectius est.

Ὡς Θεῷ ἐν Χριστῷ διάκονοι] MS. Θεοῦ καὶ Χριστοῦ. & ita quoque legebat V. I.

P. 149. Πρὸ παντὸς προνοοῦντες ἁγνείας] Hoc est, *Juvenes ante omnia debent esse de castitate & pudicitia maxime solliciti.* V. I. *omnem ignorantiam prævidentes:* quasi in suo codice legisset, ἀγνοίας· prorsus male. Exemplar Salmasianum habet, πρὸς πάντα προγνοοῦντες. Dubito, an recte exscriptum.

Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακύπτεσθαι] Legebat V. I. ἀνακόπτεσθαι· *bonum est enim abscidi.* Sed lectio, quam Græcum exemplar Romanum suppeditat, longe melior mihi videtur. Ανακύπτεσθαι enim est *emergere, & sursum quasi ex aquis attolli.*

Περιπατεῖν] Recte: infinitivus enim hic ad τὸ δέον, quod immediate præcedit, referendus est, & constructio verborum id omnino exigit.

P. 151. Πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σατανᾶ] Ita S. Polycarpus appellavit Marcionem, quum se in conspectum ipsius protrusisset, ut illum agnosceret & salutaret, ut fratrem & Christianæ communionis socium, orans, apud Iren. l. III. c. 3. ἐπιγίνωσκέ με. cujus rei historiam Græce retulit Eusebius Hist. Eccles. l. IV. c. 14. ἐπιγινώσκω σε τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ.

Τὸν παντεπόπτην Θεὸν] S. Clemens Romanus in fine prioris epistolæ ad Corinthios, ὁ παντεπόπτης Θεός. Recte in Latina versione, ubi ex oscitantia Librarii ponitur *prosperatorem*, ex codice Magdalenensi *perspectorem* substituit Usserius.

P. 152. Τοῦτο ἐπιστεύσαμεν] Lege τούτῳ· vel si retineatur τοῦτο, subintellige εἶναι.

P. 159. *Qui autem in his non potest se gubernare*] *Qui non pudice vivit exemplumque castitatis, præsertim in isto sacro munere constitutus, præ se non fert, quo modo idem præceptum de servanda tum mentis tum corporis puritate, & de reliquis Christianæ vitæ officiis, quæ omnia Evangelium à suis cultoribus rigide exigit, aliis inculcare potest?* Presbyter enim ille Valens in flagitium τῆς πλεονεξίας sive *illiciti concubitus* videtur fuisse lapsus, licet uxorem habuisset: illam quoque ejusdem flagitii ream.

Qui estis in principio epistolæ ejus] Hic verbum videtur excidisse: supple ergo, *laudati*, vel quippiam tale, *in ipsis epistolæ ad vos peculiariter & proprie missæ initiis.*

Nos autem nondum noveramus] Dubitatur, an hæc intelligi debeant de solo Polycarpo, S. Paulum, quum *ipse Deum & Christum nondum novisset*, adhuc gentilis, epistolam ad Philippenses scripsisse. Mihi potius de Smyrnensibus, quos repræsentat, in genere interpretanda videntur; illos nempe, una cum ipso, aliquanto tempore, postquam Philippenses veræ fidei lumine perfunderentur, adhuc falsi Ethnicorum cultus tenebris occæcatos, tandem ad veram Dei cognitionem & Christi fidem conversos fuisse.

Mihi autem non est concessum modo] Supple, *graviter & indecore irasci, vel, me nimis severum atrocemque adversus illos gerere.* Sed dubito, annon à scopo aberraverim.

P. 160. Ὅπερ ποιήσω] *Rem istam à me petitam*, nimirum ut legatus ille, in Syriam mittendus, vestras literas ad Antiochenos deferat, *commodo tempore præstabo.* Καὶ τὰ παρ' ὑμῶν —— ubi τὸ καὶ deleri debet, vel per *etiam* reddendum, hoc claro sensu, Ignatium scripsisse, quod ipsi Philippenses quoque fecerunt, ut si quis Antiochiam mitteretur, idem ille vestras etiam literas simul eodemque tempore deferendas secum haberet.

Transmissæ sunt vobis] Lege *nobis*. Depravatio enim manifesta est aut Interpretis aut Librarii.

IN EPISTOLAM

DE

MARTYRIO S. POLYCARPI.

P. 167. N Φιλαδελφίᾳ] Insignis hæc de Martyrio S. Polycarpi epistola rectissime dici potest ἐγκύκλιος sive *encyclica*, ut ex Inscriptione patet; utpote ad varias ecclesias, tam in Asia Minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, κατὰ πάντα τόπον transmissa, quas de iis solis, quæ κατὰ Πόντον *juxta Pontum* sitæ erant, male interpretatur [a] Eusebius pro πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον· quum ad omnes ecclesias, ubi ubi Christianæ religionis professio vigebat, per Orientem præcipue sparsas, debeat propagari & extendi ab ipsis Philadelphensibus, quantum in ipsis erat, τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς (§. XX.) communicanda: eadem verborum serie in omnibus exemplaribus retenta, soloque particularis Ecclesiæ, ad quam dirigitur, nomine mutato. Sic exemplar istud, quo usus est Eusebius, ecclesiæ Philomeliensis titulum præ se fert, τῇ κατοικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. Philomelium autem erat urbs majoris Phrygiæ, celebris famæ, cujus meminere Strabo, Stephanus, aliique è veteribus Scriptoribus Græcis & Latinis.

P. 169. Καὶ γὰρ] Pro καὶ D. Langbainius δεῖ, Cotelerius χρὴ substituit, & quidem recte.

P. 192. Vet. Lat. Interpres. *Initia*] MS. *mitia*. Male corrigit Usserius in margine suæ editionis, *immitia*: litera *m* in duas perperam resoluta. Antea dixerat vetus Interpres, sive potius Paraphrasta, *verbera flagellorum fuisse dulcia*: pariter quoque hic, *crepitantia flammarum tormenta mitia* Martyribus videbantur; ut in codice Colbertino reperiebat Ruinhartus.

P. 170. Κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι] Eusebius habet explicatius, (neque enim in hac prima parte Acta hæc, quæ coram habuit, exscripsit ad literam, sed interdum laxe & paraphrastice illustrat:) τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας, καί τινας ὀξεῖς ὀβελίσκους ὑποστρωννυμένους.

Ἐπὶ μόνου] In margine codicis sui conjunctim posuit eruditissimus Pearsonus ἐπιμόνου· rectissime.

a Hist. Eccl. l. IV. c. 15.

P. 171. Θαυμάσας] Ita male ſcribitur in MS. Euſebius, τὸ πᾶν πλῆθος ἀποθαυμάσαι· ut Grammatica conſtructio poſtulat.

Αἶρε τοὺς ἀθέους] V. I. *torqueantur innocentes.* An legit ἀθώους; ita interrogat Pearſonus. Sed proculdubio non Interpreti, ſed Librario vitioſa hæc ſcriptura debet imputari. Ille enim poſtea hæc ipſa verba bis per *impios tolle* reddit, & in exemplari ſuo Ruinhartus reperit, *torqueantur nocentes.* Chriſtianos ita appellabant efferi hi idololatræ, quia iſtorum fictitiis numinibus ſupplicare & ſacrificare noluerint.

Κόϊντος] Veri perquam ſimile videtur, Interpretem ſcripſiſſe *Cointum;* neſcius fortaſſe, illud idem eſſe Græce ac *Quintus:* quod Librarii, bonarum literarum penitus rudes, corruperunt, ſcribendo, *Incognitus*, ut noſter, vel potius, ut alius codex habet, *Cognitus*, ex aliqua cognatione ſoni; quaſi proprium eſſet hujus Phrygis nomen. Sed hic labor in purganda & excuſanda hac Latina verſione impenſus quibuſdam vanus prorſuſque inutilis videbitur: neque hoc ipſe inficias ivero.

Τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς] Legendum videtur, unica litera immutata, προσδόντας aut προδόντας, (idem ac παραδόντας) ἑαυτοὺς· ſed ſi τὸ προσιόντας retinere placet, pro ἑαυτοῖς fortaſſe ſubſtituendum eſt ἑκουσίως. Langbainius, ἑκόντας. En vero nobile prudentiæ pariter ac pietatis Chriſtianorum veteris Smyrnæ ſpecimen, qui in hac epiſtola encyclica Quinti Phrygis, in ipſo agone, conſpectis feris, à Chriſtiana fide turpiſſime deficientis, puſillanimitatem ſub oculis ponentes, illorum, qui, nulla neceſſitate urgente, non quæſiti, non interrogati, ſeſe Magiſtratibus Ethnicis, re non bene penſitata, offerebant, temeritatem, licet non penitus damnent, tamen approbare & laudare non ſuſtinuerint, longeque aliud Martyrii genus ab exemplo Chriſti docent ipſis proponendum. Ideo martyrium hoc S. Polycarpi (cujus Acta dant, qui, donec à Satellitibus deprehenderetur, prius fuga ſibi conſulens, περιέμεινεν, i. e. æquo, ſed tamen forti, animo *exſpectavit*) appellant τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον, quod verſus finem epiſtolæ repetitur, § XIX. & ejuſmodi eſſe, ut omnes boni, qui ad illam moriendi pro Chriſto gloriam adſpirant, hac ex parte ſumma cum laude ſequi poſſint. Ejuſmodi martyria ſunt μακάρια καὶ γενναῖα, τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γεγονότα, §. II.

P. 172. Ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε] *Ecſtaſi quadam correptus inter precandum.* Eodem modo viſionem hanc S. Polycarpo obtigiſſe fortaſſe dicendum eſt, quo illam S. Petro factam fuiſſe legimus Actorum cap. X.

P. 173. Ὁ Εἰρήναρχος, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτὸ ὄνομα Ἡρώδης, ἐπιλεγόμενος] Herodes ille, tunc temporis ſimul Εἰρήναρχος & κληρονόμος ἐπιλεγόμενος, i. e. *electus & conſtitutus*, ſive à Proconſule,

consule, sive à populo, (ita enim verba hæc distinguenda censeo, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτῷ ὄνομα Ἡρώδης) festinabat S. Polycarpum in arena sistere. Male hic positum arbitror κληρονόμος pro ὁ καὶ οἰκονόμος sive ἀγορανόμος. Isthoc enim tempore ille aliud munus publicum, præter εἰρηναρχίαν, quæ unico anno terminabatur, videtur gessisse. Hæc non intellexit Interpres, qui Irenarchum & Herodem diversos facit.

P. 175. Ἐπὶ τὴν καρῦχαν] Vox ista, sequioribus seculis introducta, explicationis caussa apponebatur in margine, & inde in textum intrusa: uti paullo post. Eusebius enim solum habet ὄχημα καὶ ὀχήματος. Lege igitur μεταθέντες ἐπὶ τὸ ὄχημα, transpositis in locum suum verbis istis, deletisque καρῦχαν & καρύχας.

Μὴ ἐπιστραφεὶς] *Non ad illos conversus ex ira & indignatione ob malum tibiæ, casu ex violenta hac ex curru depulsione contractum, dolore, quem sentiebat inde, fortiter suppresso.*

P. 176. Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην] Inter tentamenta, à Gentilibus ad expugnandam Christianorum fidem adhiberi solita, præcipuum illud videtur, illos sive cogere, sive suadere, ut sacrificarent, & *per genium sive fortunam* Imperatoris jurarent, & ut etiam Christo maledicerent: quæ omnia ab hisce impiis Magistratibus expertus est S. Polycarpus. Nec id unius ætatis erat institutum. Impiam enim istam praxin ad sequentia tempora continuatam fuisse docent Tertullianus in Apologetico c. XXXII. & Origenes in exhortatione ad Martyrium.

P. 177. Αἶρε τοὺς Ἀθέους] Hisce iisdem verbis, quæ non sine ingenti indignatione ab impia plebe prolata audiverat S. Polycarpus, mox oculis in cœlum conversis, cum gemitu Deo supplicavit, ut facile ex contracta fronte, habitu, gestuque corporis, & vocis accentu, quivis ex adstantibus telum istud τῆς ἀθεότητος, Christianis falso impactum, in propria illorum capita retortum fuisse intelligere posset.

P. 178. Ἀμετάθετος γὰρ] Locus explicatu difficilis, si hæc lectio retineatur ut integra. quæ rejicienda mihi plane videtur. Quid si legamus, οὐκ εὐμετάθετος; hoc sensu: *nobis Christianis non facilis est resipiscentia, & mutatio animi à melioribus ad pejora. Hac ex parte nullis periculis, minis nullis nos ita amoveri & deterreri possumus, ut illius nos vel unquam pœniteat.* Sed hoc est plane hariolari. Valesius pro μετάνοια substituere vult διάνοια· sed lectio Eusebiana, quæ consentit cum hisce Actis, non debet, ut puto, sollicitari: præsertim quum τὸ μετάνοια ad comminationem Proconsulis, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς, directe referri videatur. Judicent alii.

P. 179. Τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα] Deest ἑαυτοῦ apud Euseb. & plane hic redundat.

P. 179. Τῆς ἀδικίας διδασκάλος] Euſeb. Ασίας, ut legebat V. I. & quidem rectiſſime.

P. 180. Ὅτι] Apud Euſeb. additur ζῶντα· quod quoque in ſuo codice reperiebat V. I. Excidit vero hoc in loco, & debet interponi.

P. 181. Παντὶ γὰρ καλῷ] Occurrit præpoſitio ἐν apud Euſeb. Deeſt autem in MS. noſtro: & plane mihi redundare videtur. Καλῷ deſideratur apud Euſeb. neſcio an recte: ubi pro πρὸ τῆς μαρτυρίας, quod codex Oxonienſis habet, uti in ſuo habuit V. I. exſtat πρὸ τῆς πολιᾶς, *omnium virtutum habitu licet jam nudus*, *per univerſam vitam ex bona conſcientia*, & διὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, (§. XVII.) *longe ante ſenectutem ornabatur*, & *maxime venerabilis*.

P. 182. Ψυχῆς τε καὶ σώματος] h. e. *tum animæ tum corporis*, *quæ in reſurrectione inſeparabili unione conjuncta*, *in cœleſti beatitudine æternum durabunt*. Sed hæc & præcedentia verba non legit, aut ſaltem neglexit V. I.

P. 184. Ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος] Nihil de *columba* apud Euſebium aut Rufinum in verſione ſua occurrit: omneſque vetuſti Scriptores de hoc prodigio altum ſilent. Mendum ergo in Græco codice latere, quotquot mirandum hoc viſum, utpote plane ἄπιστον, facile & inexplorate admittere nolint, pertinaciter contendunt. Huic vero ulceri medicinam adhibere multi pro verſatili ingenio & comminiſcendi quicquid aut cerebelli æſtus, aut artis Criticæ, ſed plane enormis, & parum ſapienter ad rem accommodatæ, affectatio ſuggeſſerit, libidine anniſi ſunt, ſed hactenus fruſtra. Illorum hariolationes hic referre plane pudet pigetque. Maxime vero omnium placuit conjectura cujuſdam Viri docti, qui mihi retulit, ſibi pro περιστερὰ videri legendum eſſe, ἐπ' ἀριστερᾷ. a Cujus ſententiæ rationem & ſenſum ita latius ex-

a Quo tempore Amicum hanc ſuam conjecturam proferentem audivi, & hæc omnia, qualiacunque ſint, in hoc ſcholio animadverſa annotavi, penitus excidebat ex animo, V. C. Stephanum le Moyne eandem quoque, inter alias longe deterioris notæ, ex ingenio, ejuſmodi commentorum feraciſſimo, antea procudiſſe, cujus diſſertationem de Polycarpo in Prolegomenis ad Varia ſacra poſtea conſului. Ille ibi opinatur, Lucianum, fabula iſta de vulture è rogo Peregrini exeunte producta, Chriſtianorum fatuæ, prout impie objicere ſolitus eſt infamis nefariuſque Scurra, credulitati illudere voluiſſe, quaſi hoc miraculum in martyrio S Polycarpi contigiſſe prona fide admiſiſſent, & res illa, prout Acta hæc narrant, familiari in ſuis congreſſibus ſermone ab ipſis vulgaretur. Quod nulli fundamento innititur, & plane incertiſſimum eſt, vetuſtis ſive Græcis ſive Latinis omnino obmuteſcentibus, nullaque traditione, ne leviſſima quidem de hoc portento apud illos ſervata. An vero ipſe de aſſumento hoc in Græcorum Actorum textu meliorem protulerim conjecturam, vel annon quoque à ſcopo aberraverim, tu, Lector erudite, pro ſagacitate tua arbitraberis.

plico;

plico; *Adacto in corpus sanctissimi Martyris per Confectorem pugione, apertaque ex violentia ictus læva parte, inde erupit effluxitque ingens copia sanguinis, ut ignis exstingueretur.* Hoc suavi susurro pene sopitus, quum placida & favente aure exceperim, facilis consentiebam: sed re melius pensitata & denuo in examen revocata, multa occurrunt, quæ isti conjecturæ, utut plausibili & argutæ, merito detrahere videantur. Primum quidem ne minimum quidem hujus lectionis vestigium apud Eusebium reperiri, qui illam omittere vix potuisset, si in suo codice, quem hic, ut videtur, ad literam secutus est, exstitisset. Nec quicquam mysterii inest, quod vulnus istud hiulcum in sinistro aut dextro latere, si hæc verba ἐπ' ἀριστερᾷ i. e. χειρὶ contra communem usum & analogiam eo usque extendi possint, infixum fuerit. Deinde mihi exploratissimum est, verba ista ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος in MS. codice Oxoniensi, ex quo Acta hæc primus Græce edidit Usserius, quem bis contuli, in eadem serie cum ceteris à Librario descriptis contineri. Quid vero de particula conjunctiva καὶ futurum sit, per hanc conjecturam statuere non licet. Alia ergo hujus assumenti, quod in codicem nostrum irrepserit, & unde originem habuerit, ratio investiganda est. Videtur mihi non à vero dissonum, si dixero, quempiam insubide & præter debitum morem pium Lectorem sui codicis margini, ad augendum tum miraculum, tum sanctissimi Martyris apud posteros famam, τὸ περιστερὰ apposuisse, & hac σημειώσει allusisse ad ritus ab Augusto apud Romanos olim institutos, quorum solennis in Imperatorum ἀποθεώσει erat usus, in quibus maxime obtinuit, ut accensa pyra *aquila* dimitteretur, versus cœlum avolatura: quod testatur Herodianus in Historiarum libro quarto, qui universum illorum apparatum ibi accurate describit: ἀετὸς ἀφίεται, σὺν τῷ πυρὶ ἀνελευσόμενος εἰς τὸν αἰθέρα, ὃς φέρειν ἀπὸ γῆς ἐς οὐρανὸν τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν πιστεύεται ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ ἐξ ἐκείνου μετὰ τῶν λοιπῶν θεῶν θρησκεύεται. Ita quoque Dion Cassius lib. LVI. in funere Augusti: κἀκ τούτου δᾷδας ἑκατόνταρχοι λαβόντες, ὑφῆψαν αὐτὴν, (τὴν πυρὰν) καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, ἀετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀφεθεὶς, ἀνέπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρων. Identidem commentus est Lucianus in libello de morte Peregrini se *vulturem* è media flamma ad cœlum usque ascendentem vidisse: quod cum aliis prodigiis, omnem fidem exsuperantibus, ab ipso, qui spectaculo isti, quando in ignem se conjecerat Peregrinus, interfuerit, pariter excogitatis, istius vanissimi hominis stupidis discipulis, narrationibus ipsius de illius exitus circumstantiis avidissime inhiantibus, & projecta prodigaque credulitate, ac si res istæ τερατώδεις, prout finxerat, gestæ fuissent, amplectentibus obtrusit.

Sive

Sive igitur Romanorum iſtam Imperatores poſt mortem inter Divos referendi conſuetudinem, ſive hanc Luciani de Peregrino fabellam, in animo habens, & quaſi ſub oculos ponens, infrunitus ille Chriſtianus, in ſummum decus S. Polycarpi, ſi *columba*, caſta mitiſque avis, ipſumque innocentiæ emblema, aquilæ & vulturi, avibus feris agreſtibuſque, oppoſita, è rogo illius evolaſſe diceretur, ceſſurum fortaſſe arbitratus eſt. Ex margine autem in textum à Librario, ſicut alia, quæ in hiſce brevibus ſcholiis ſupra annotavi, intruſum fuiſſe nullatenus dubitandum videtur. Inde etiam fortaſſe Librarius iſte marginale iſtud interpretamentum in exemplar ſuum ingeſſiſſe auſus eſt, eo quod in ſpuria S. Polycarpi vita, quam à Pionio deſcriptam fuiſſe mediæ & infimæ ætatis Scriptores mentiuntur, reliquiſque Actis, aut tum de integro inventis, aut peſſime interpolatis corruptiſque, ejuſmodi portenta ſubinde occurrere reperiſſet. Hinc quoque enata videtur mira iſta de columba nivea de carcere ad cœlum aſcendente narratio in martyrio S. Benigni apud Adonem *de feſtivitatibus Sanctorum*. Hanc autem conjecturam dum modeſte & procul omni faſtu propono, Lectoris candidi veniam ſpero me impetraturum : nec tamen, ſi quiſpiam moroſulus iſtam inter meas quoque hariolationes reponi cenſuerit, id ægre feram.

P. 185. *Καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ*] Ex genuinis vetuſtiſſimiſque Actis Martyrum ſatis liquet, Chriſtianos, præſertim ab ineunte ſecundo ſeculo, in Martyrum ſive membris diſcerptis, ſive oſſibus, ſive cineribus, aliiſque reliquiis colligendis diligenti opera uſos, ea in cryptis lociſque tutis repoſuiſſe. Inde illorum cœmeteria frequentabant, memoriamque anniverſaria *κατὰ τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτῶν ἡμέραν γενέθλιον* ſolennitate celebrabant, quod hi Smyrnenſes, quantum in ipſis divinæ Providentiæ permiſſu erit, ſe, recurrente die natali S. Polycarpi ſui, facturos hic mox ſpondent.

P. 187. *Τὸν κύριον ἡμῶν*] Supple ex codice Viennenſi, qui habet *τὸν κηδεμόνα καὶ σωτῆρα*, & V. I. *Ἰησοῦν Χριστὸν, σωτῆρα ψυχῆς ἡμῶν*. Abſunt autem hæc verba apud Euſeb. una cum præcedentibus, nempe ab, *ὁ μόνος διδάσκαλος*, uſque ad finem.

P. 190. *Φανερώσαντός μοι*] Adde ex MS. *τοῦ μακαρίου*.

Τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ] Adde ex MS. *εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν αὐτοῦ*.

F I N I S.

INDEX EORUM

Quæ hoc libello continentur.

CORRIGENDA.

Pag. 16	*col.* a	*lin.* 26	*pro* P esbyteris	*lege* Presbyteris
57	a	24	*pro* ἐαυτὸν	*lege* ἑαυτὸν
59	b	22	*pro* CHRISTIO	*lege* CHRISTO
66	b	15	*pro* εις	*lege* εἰς
		16	*pro* μεταμ-	*lege* μεταπεμψάμενος
72	b	3	*pro* σάρκὰ	*lege* σάρκα
80		7	*pro* Episcppo	*lege* Episcopo
125			*pro* MARTIRIUM	*lege* MARTYRIUM
131	b	25	*pro* verò	*lege* enim
180	b	25	*pro* ὑπουργούτων	*lege* ὑπουργούντων
193 & 195			*pro* DE POLYCARPI MARTYRIO	*lege* ANTIQUA METAPHRASIS

NB. in notis *præter alia manifesta typographorum menda editionis Smithianæ correcta pag.* 340 *lin.* 25 *pro* ponens *emendavimus* ponentes *& lin.* 28 *ad imperfectam sententiam supplendam addidimus* offerebant.

ANTONII BIRRII
PHILIATRI BASIL.
ANIMADVERSIONUM
IN
B. CLEMENTIS EPISTOLAS
ἘΠΙΦΥΛΛΙΔΙΟΝ.
QUOD
SPECIMINIS PUBLICI
LOCO VACANTE
GRÆC. LING. CATHEDRA
EX
AMPLISS. SENAT.
ACAD. SINGULARI
DECRETO,
KAL. SEPTEMB. H. L. Q. S.
CL. COMPETITORUM
ΔΙΑΚΡΙΣΕΙ PROPONEBAT
RESPONDENTE
DOCTISSIMO JUVENE
JO. RUDOLPHO
LINDENMEYERO.

BASILEÆ

Typis JO. CONRADI à MECHEL VIDUÆ.
M D CC XLIV.



L. B. S.



CUm inde a trigesimo supra quinquagesimum ætatis annum, sortito præmiis identidem excidens, tot frustra in Academia patria laboribus exantlatis, & adhuc Fortunæ ludibrio jactatus, nihil æque cuperem, quam ut aliquando ex tam dura arena rude donatus abirem: putabam omnino consilium meum reprehendi non posse, si humeros denique, nil profuturo forsan, ut antehac, labori subducerem. Satius enim esse visum est, fallaci Fortunæ semel cedere, quam credere diutius. Præsertim quum vergens jam ad senium ætas, &

> *Vitæ summa brevis spem me vetet inchoare longam*,

nec satis pro decoro ætatis in hac palæstra jam versari mihi videar.

Verum tamen, oblata nuper novæ petitionis facultate, cum hortatu & suasu excitarer eorum, quibus refragari sine præfractæ contumaciæ crimine, atque ingrati animi labe non poteram, solas mihi obsequii partes reliquas esse cernebam; neque proinde mihi in necessarii officii præstatione inconstantiæ reprehensionem pertimescendam esse existimo.




Ceterum cum materiam edendo ex more ſpecimini circumſpicerem, opportune ſeſe CLEMENTINARUM EPISTOLARUM libellus obtulit, quem forte noviſſimum Græcorum voluminum attigeram. Enimvero, a viro uſque mihi devenerandæ memoriæ, JOHANNE GRYNÆO ex noviſſima, eademque nitidiſſima, atque luculentis acceſſionibus ornatiſſima Baſilienſi ἐκδόσει anni 1742 dono acceptum (quod grata mente memoro) cum ſtudioſe perlegerem, cœpi quædam loca, quæ adhuc mihi ſuſpectæ ac dubiæ lectionis eſſe viſa ſunt, ὑποςίζειν, ut ea deinceps in σχεδάριον conjecta, illius tam cari venerandique capitis ἐπανορθώσει ſubmitterem. Quam cum mihi facultatem præmaturus ac peracerbus ejus præclari viri obitus eripuerit, non ab re fore duxi, ſi idem illud, qualecunque eſt, σχεδίασμα Cl. Competitoribus pro amicæ diſputationis materia ſubjicerem. Non qui neſciam, quam multa, & quam præclara ac πολύτιμα jam exſtent doctorum virorum in Clementem μελετήματα, ex quibus profeciſſe me plurimum gratus agnoſco. Verum illi, partim altius quiddam ſpectantes, in rerum potiſſimum momentis ponderandis, & in illuſtrandis magis, quam emendandis B. Clementis ſcriptis operam curamque poſuerunt: niſi ſicubi ipſis ad has quoque tenuiores curas deſcendere viſum eſt. Quod certe parcius, & ὡς ἐν παρέργῳ fecerunt. Alii vero, qui id ipſum ſibi ἔργον ſumpſerunt, ut quam emendatiſſimum harum epiſtolarum exemplum exhiberent, vel in codicis Alexandrini duntaxat collatione operam, ſane perutilem, navarunt; ceterum in

aſſe-


asserendis & vindicandis quibuscunque ejus codicis lectionibus paulo etiam, quam vellem, acerbiores pertinacioresque exstiterunt: Siquidem codicem illum non omnino ἀδιόρθωτον esse vel illud satis arguit, quod perlacunosus ab ὀρθογραφία, ipsismet testibus, quantum non temere alius, aberrat: vel relicto codice, in sollicitandis genuinis lectionibus, dubiisque corrigendis sic indulserunt ingenio suo, ut non nihil alienæ industriæ reliquum fecisse appareat. Absit igitur à recto conatu sine ambitione verum scrutantis omnis arrogantiæ suspicio.

Metiri me namque meo modulo ac pede novi.

Quod vulgo facile esse dicitur, id mihi sane difficile fuit, *inventis addere*. Verum ut vel diligentissimi messores, tamen spicilegium relinquunt, ita mihi, post summos longeque principes ἐργάτας, non ubique pari studio agentes, in hoc scripturæ genere velut stipulam legere contigit. Patere igitur L. B. ut pertenuis labor, pro gloria concessione veniæ contentus, in sinum candoris tui confugiens, a livore sinistre judicantium, æqui, rectique judicii tui patrocinio se tueatur, & vale.




In



In B. Clem. Epiſtolam I.

Animadverſiones A. B.



IN Epigraphe pag. 1. edit. Baſ. lin. 7. Κλητοῖς ἡγι(ασμέν)οις ἐν θελήματι Θεοῦ.] Sic Junius, ejusque conjecturam ſecutus Wottonus. Quum tamen haud obſcurum ſit, B. Clementem in hac προσφωνήσει apoſtolicam, & in primis D. Pauli conſuetudinem pro exemplo ſibi propoſuiſſe, iſque τὸ Κλητοῖς ἁγίοις uſurpaverit, (V. Rom. 1. 7. & 1. Cor. 1. 2.) ſuſpicor etiam B. Clementem hic reliquiſſe, κλητοῖς ἁγίοις, ἡγιασμένοις κ. τ. λ. Facile enimvero, ſeu indoctus, ſeu ſciolus deſcriptor, ob ſequens ἡγιασμένοις, ſuperius ἁγίοις, ceu opinione ipſius ſupervacuum, omittere potuit. Sed longe aliud poſtulat primævæ eccleſiæ patrum conſuetudo. Hi enim hæc inter ſe (quod & liquido ἑλληνισμοῦ ratio poſtulat) diſtincta volebant, nec ut idem prorſus bis dicerent in caſſum jungebant.

Sic enim Paulus illo, quem dixi, 1. ad Cor. loco, Ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. Quem locum Clemens omnino exprimere voluiſſe videtur. Sic & Judas pr. Ep, ἡγιασμένοις ἐν Θεῷ πατρὶ, καὶ Ἰησοῦ Χριστῷ τετηρημένοις κλητοῖς. Sunt enim iidem κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ſicut & apoſtolus Rom 1. 6. appellat, qui κλητοὶ ἅγιοι, quique & κατὰ πρόθεσιν κλητοὶ Rom. 8. 28. & Hebr. 9. 15. οἱ κεκλημένοι τῆς αἰωνίου κληρονομίας dicuntur, quod ex his, quæ in proximo illo Ep. ad Rom. loco ſequuntur, item confirmatur. Quin & κλητοὶ abſolute dicti ſunt eodem ſenſu 1. Cor. 1. 24. & Apoc. 17. 14. κλητοὶ, καὶ ἐκλεκτοὶ, καὶ πιστοί. Quod autem addit ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ, hoc & in Ep. ad Hebr. 10. 10. quam multi ad eundem auctorem referunt, pariter poſitum eſt. Conf. Theſaur. Suizeri. Obſtat vero Alexandrini codicis auctoritas, in quo nihil poſt dictionem κλητοῖς ſpatioli vacui relictum eſt. Valet illa quidem apud me plurimum, non tamen ut omnino mendis carere putem. Sed quid ſi forſan τὸ Ἁγίοις, vel unius, vel duarum litterularum compendio notatum in tenui lacunula delituit, quæ docti collatoris diligenti-

gentiam subterfugit? Quod si hoc minus placet, saltem vel copulativam particulam καὶ, vel potius notam ejus brevissimam excidisse, vel certe distinctionem desiderari dicemus; ut κλητοὶ absolute dicantur, qui paulo infra cap. I. ἐκλεκτοὶ Θεῦ, quod a N. T. stilo non abhorrere diximus. Verbale certe adjectivum cum Perf. Participii constructum h. l. interpretationem commodam non admittit. Neque enim τὸ Κλητοῖς, ut aliqui forsan statuent, hic τῷ ὀνομαζομένοις respondet, q. d. *Qui appellantur sanctificati ex voluntate Dei*; imminuta scilicet v. ἡγιασμένοις significatione, substitutaque pro re ipsa, id est pro *actuali* ut loquuntur, sanctificatione, inani appellatione sanctimoniæ, contra auctoris mentem, & consuetudinem apostolorum, uti supra satis superque demonstravimus.

Cap. I. pr. p. 2. l. 8. βραδειον(νομ)ίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι] Sic locum hunc ex conjectura priore Junii restitutum volunt viri docti, Millius, Grabius & ipse Wottonus, inspectis cod. Alex. vestigiis. Multo tamen aptior h. l. est novissima Viri summi conjectura, qui sagaciter vidit γνωρίζομεν esse verbum illud, quod vetustate codicis deletum fuit: Positum scilicet in ea significatione, qua τῷ Γινώσκω, *Cognosco*, *agnosco*, *intelligo*, respondet. Quomodo semel in N. T. positum occurrit, Καὶ τί αἱρήσομαι ὀ γνωρίζω. Philipp. I. 22. Suid. Γνωρίζω, Γινώσκω, ἱστορῶ. Gloss. Cyrilli, Γνωρίζω, *Cognosco*. Idem Gloss. Ἐπιστροφή, *Animadversio*. Gloss. Philox. *Animadversio*, Ἐπιστροφή, Ἐυτονία, προσοχή. Pro βράδειον, non βραδιον cum Colomes. sed βραδεῖαν legerim, ut ad dictionem ἐπιστροφὴν epitheton istuc referatur. *Turdam nos adversionem* (*animi*) *fecisse intelligimus*, &c. αὐτολεξεί.

Ibid. p. 3. l. 17. Νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.] Merito novissima dictio viris doctis suspecta est. Frustra enim id verbi τῇ δοτικῇ cum inf. junctum in ea significatione alibi quæras, quam hic liquido sententia postulat, atque interpres, (ut voluit potius, quam ut debuit,) expressit. Nil sani Junius. Ἐπισκήπτετε Boisius legit. Puto, ἐπετάττετε propius ad vestigia codicis lectionis accederet. Verisimilius tamen censeo deesse quædam, legendumque, mutatis perpaucis, σεμνὰ ἀγνοεῖν ὀυκ ἐπετρέπετε. *Juvenesque moderata & gravia* (i. e. *moderationem & gravitatem*) *ignorare non permittebatis*, *vel*, *non sinebatis*. Quam facile duæ priores litteræ v. ἀγνοεῖν, inter dictandum, vel describendnm, ob α præcedens omitti potuerint, nemo non videt. Ita deinde & sequens negatio, ἀπαρεὶλκυσα,

migrare jussa est. Commode quoque, hac retenta, legi posset, νέοις τε ἀλλ' ἢ, vel πλὴν ἢ μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν οὐκ ἐπετρέπετε. *Juvenesque non nisi moderata & honesta agitare sinebatis.* Hæc nostra de hoc loco sententia est. Elige, si quid horum placet, lector Aristarche,

Sin quid novisti rectius istis,

Candidus imperti. Gloss. Cyrill. Ἐπιτρέπω, *Permitto, suadeo.* Quæ posterior interpretatio si locum habet, nil muto.

Ibid. l. penult. τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν] Οἰκουρεῖν mallet Boisius. Sed vellem vel unico exemplo, quod asserit, docuisset, id verbum etiam transitive poni consuesse. Ingeniose Wottonus, retento hoc verbo, ea, quæ antecedunt, ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, de ancillis ἰδίως intelligenda esse suspicatus est. Non videtur tamen hoc in ecclesiasticæ disciplinæ præcipua laude ponendum, si ancillas res domesticas curare jubeat. Deinde cur non servorum quoque mentio fieret, ad quos longe maxima pars domestici operis olim pertinebat? Mitto, quod parum huic infimæ conditioni adjunctum σεμνῶς conveniat. Potius enim πιστῶς vel ἐκουσίως, vel simile quidpiam res postulabat. Quare causæ nihil apparet, quo minus omnia ea, quæ hoc capite extremo leguntur, de matribus, filiabusque familias dicta putemus. Utique cum hæ non minus ἐν τῷ τῆς ὑποταγῆς κανόνι a principis ecclesiæ proceribus collocentur. V. 1. Tim. 2. 11. Conf. 1. Cor. 14. 34. Ephes. 5. 22. Tit 1. 5. & 1. Pet 3. 1. Videtur autem τὸ οἰκουργεῖν, quod minime suspectum mihi est verbum, non tam de præfectura domus ac disciplina familiæ, quæ alioqui feminis pariter incumbit, h. l. exponendum, quam de opere ipso domestico, ac lanificio maxime, quod feminæ frugi apud antiquos sedulo urgebant. Unde etiam a Romanis Lanificæ dictæ sunt. V. Phœd. Fab. 4. 4. Suet. Aug. 64. 73. ne plura, quæ eo pertinent, accumulem.

Cap. 2. p. 5. l. 5. ἀναμνησίκακοι.] Vox nihil significans, nisi forte contraria prorsus, ac dare voluit, præcepta, verbo hoc insolito enuntiata, B. Clementi affingere lubeat. Truncato itaque verbo Boisius & Colomes. ἀμνησίκακοι, quod usitatum scilicet tritumque usu, substituunt. Ego vero non dubito, quin potius unius litteræ προσθέσει, quam duarum ἀφαιρέσει vera codici MS. lectio restituenda sit, scribendo πανταμνησίκακοι. i. e. *Omnis inter vos offensæ immemores, Nullius omnino invicem injuriæ memores.*

niores. Mira Græcorum fuit in ejus modi bicompositis vocabulis comminiscendis licentia, quorum huc ex lexicis farraginem corradere nihil attinet.

Cap. 5. p. 9. l. 3. (ἐκκλησίας πι)στοὶ καὶ δικαιότατοι στύ(λοι ἐδιώ)χθησαν] Sic Jun. non male. Malim tamen addito articulo, οἱ πιστοί. Quanquam & ἄριστοι, vel μέγιστοι, vel κράτιστοι, vel aliud simile subjicere liceret. Latior enim in lacunis explendis conjectantibus patet campus.

Ibid l. 7. λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ(ν ἡμῶν) τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους.] Jun. Fell. Colomes. tenui videlicet epitheto displicente, ἁγίους substitutum vellent. Nec absurda altera Junii conjectura est, quum πρώτους in MSS. per ους forsan notatum fuisse suspicatur, unde τοὺς ἀγαθοὺς imperiti τῆς σημειογραφίας fecerint. Injuria autem videtur Wottonus, τὸ κορυφαίους, velut tertiam ejusdem viri doctiss. conjecturam exagitare, cum potius appareat ipsum hoc pro vocabuli prioris συνωνύμῳ apposuisse. Ceterum docte verissimeque ab eodem Cl. V. animadversum, epitheton ἁγίων B. apostolis κατ' ἐξοχὴν Clementis temporibus nondum tribui consuesse, qua de causa etiam nihil mutandum censuit. Verum tamen cum pæne evidenter appareat, B. Clementem insigni aliquo epitheto B. apostolorum mentionem h. l. prosequi voluisse, sicut alias quoque consuevit, nullum mihi dubium est, quin scriptum reliquerit, ejusdem syllabæ, quam paulo supra Msto. asseruimus, προσθέσει, τοὺς παναγάθους ἀποστόλους, i. e. *Undiquaque optimos apost.* Delectatur certe hujuscemodi compositis. Sic, ut pauca de multis proferam, cap. 33. τῷ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει, & p. p. τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν. Cap. 35. ὁ πανάγιος. Cap. 45. τῷ πανάρετῳ ὀνόματι αὐτοῦ, ut vult ipse Wottonus, pro vulg. ἐναρέτῳ. ut cap. 57. ἡ πανάρετος σοφία.

Ibid l. 12. καὶ οὕτω μαρτυ(ρήσας)ἐπορεύθη.] Sic paucis interjectis de Paulo, Καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως κ. τ. ἑ. Ubi ἡγουμένων pro ἡγεμόνων posuit, nisi forte ita legendum est. Sed illud & alias pariter. Ceterum non puto hæc necessario ad novissimum duntaxat B. apostolorum testimonium, pro fide Christiana morte exhibitum, restringenda esse, cum commode laxius, de toto curriculo μαρτυριῶν, quas publice, multa indigna, ob nomen Christianum, sub præsidibus perpessi, exhibuerunt, intelligi possint. Converterim itaque, *Ac testimonio sub præsidibus functus.* Id quod & pluralis numerus postulare videtur, ad plura utique testimonia pertinens. Quin haud scio, an jam B. Clementis temporibus τὸ μαρτυρεῖν pro *Martyrio affici* dici

consueverit. Ejusmodi certe μαρτυρίαν ἐπὶ τῶν ἡγεμόνων Christus Dn. discipulis suis prædixerat, injunxeratque, Matth. 10. 18. ipsemet suo ipsis exemplo prælucens. 1. Tim 6. 13.

Cap. 6. p. 10 l. 18. Δαναΐδες καὶ Δίρκη] Non dubitarunt ὀβελίζειν hunc locum emunctæ naris Critici, ut qui huic Ep. omnino νοθείας suspicionem afferat. Plerique ex Clem. Alex. Strom. lib. 4. desumptum, & ex margine in contextum irrepsisse per descriptores volunt. Verum illic Dirces quidem nulla, Danaidum vero sic mentio fit, ut potius in exemplum muliebris in armis tractandis audaciæ, quam in ferenda injuria patientiæ, proponantur. Quamobrem mihi commentum non placet. Porro cum codex unicus, teste Wottono, plurali numero Δαναΐδες καὶ Δίρκαι exhibeat, in re tam intricata nihil habeo dicere, nisi videri mihi verba παροιμίαν sapere, Corinthiis forsan, ad quos scripta epistola est, de mulieribus dura & indigna perpessis, frequentatam. Scio ne cum fabulis quidem hæc satis convenire. Paulo melius cum his, quæ infra B. Clemens de tætro τοῦ ζήλου effectu subjicit, quadrarent. Unde forsan huc transposita fuerunt.

Ibid. l. 24. ἀσθενεῖς τῷ σώματι] *Debiles corpore*, ambiguo sensu conversum. *Inbecilles* igitur potius, vel *Infirmæ*, *Invalidæ*. Sed hoc levius est. An locum 1. Pet. 3. 7. respexit? Ubi tamen ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῇ φύσει, i. e. Fragilius intelligi puto.

Cap. 7. p. 11. l. 4. a fine, παντὶ τῷ κό(σμῳ)μετανοίας χάριν ὑπήνεγκεν.] *Toti mundo pænitentiæ gratiam obtulit* conversum. Mihi tamen de ejusmodi hujus compositi verbi usu nihil compertum est, nec assequi possum unde sibi interpres persuaserit. Permodesta igitur conjectura, (quis enim vim & audaciam dicat?) ἐπήνεγκεν substituendum censeo. Gloss. Cyrill. Ἐπιφέρω *Infero importo*.

Ibid. p. 12. pr. ἐν γενεᾷ (καὶ) γενεᾷ μετανοίας τόπον ἔδω(κ)εν.] Pæne ad verbum converterim, *Per singulas generationes pænitentiæ locum dedit*. Arbitror autem B. Clementem, quum hæc scriberet, respexisse ea, quæ Act. 17. 26. ad finem leguntur. Quod autem ad phrasin διδόναι τόπον attinet, quam satis jam viri doctiss. a conjectura Junii vindicarunt, ea sane apud utriusque linguæ scriptores pervulgata ac trita est. Nec minus frequenter Hellenistæ utuntur, præsertim Dativo personæ adjuncto vel rei. V. Luc. 14. 9. Ephes. 4. 27. Rom. 12. 19. Sirac. 8. 12. & 19. 17. Quibus quidem locis non unius modi inter-

interpretationem, vel potius ἐξήγησιν, recipit. De qua hoc loco disquirere harum pagellarum modulus nos vetat. Quoties vero sequente genetivo rei ponitur idem ubique significat, ac *Copiam* vel *potestatem facere*, *Facultatem dare*, *præbere*. Et quidem apud Latinos multo, quam apud Græcos, frequentius occurrit. Abutique verear lectoris patientia si illorum, passim obvia, exempla proferam. Græci vero scriptoris nullum jam occurrit, nisi quod eodem pertinent illa Act. 25. 16. τόπον τε ἀπολογίας λάβοι. Vulg. interp. *Locum defendendi accipiat* : & Ad Hebr. 12. 17. μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρε. *Pœnitentiæ enim locum non invenit.* Quibus ipsis in locis Pricæus Latinismi vestigia invenisse sibi visus est. Cujusmodi quidem λέξεις Clementi excidisse, (quem multi etiam epistolæ ad Hebr. auctorem volunt) homini Romano, eo minus mirandum foret, quod etiam in politissimis Græcis auctoribus, qui vel Romano genere orti fuerunt, vel diu Romæ vixerunt, similia passim occurrunt. Qualia apud eos, qui vel ante vixerunt, quam Romani rerum potiti sunt, vel procul ab his ætatem egerunt, frustra quæras. Sed hæc quoque disquisitio alterius loci est.

Cap. 16. p. 24. l. 9. οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος.] ἴσως, Δυναμούμενος. *Quamvis potentia instructus, vel præditus*, i. e. *Potentissimus factus*. Sic certe locus hic minus habebit difficultatis. Legi etiam posset, καίπερ πάντα δυνάμενος.

Cap. 17. p. 28. l. 17. διὰ τῆ(ς προσευ)σίας αὐτοῦ] Quia Mosis precibus remissionem plagarum & liberationem Israelis ex calamitatibus tribuit Deus, διὰ τῆς ἱκεσίας αὐτοῦ scribebam, *Propter intercessionem ejus;* in ceteris Junium secutus. Sed cum videam melius ex vestigiis codicis hæc restituisse Wottonum, ἐπέχω, vel potius ἀπέχω. Respexit B. Clemens verba Sæ Genes. 15. 13. & Act. 7. 7.

Cap. 20. pr. p. 32. l. 13. Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι ἐν εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ.] Miror hic duos egregios viros, ut illud τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι de constanti & ordinato cælorum motu dictum probarent, alterum ad recentis ævi Physicorum & Mathematicorum placita, (de quibus ne per somnium quidem B. Clementi venire in mentem potuit,) alterum ad veterum & vulgi de cælorum motu opinionem confugere. Perinde quasi de mundi systemate, non de verbi σαλεύειν & σαλεύεσθαι h. l. significatione quæstio obversaretur. Enimvero istuc verbum, ἀπὸ τοῦ σάλου, ut Etymologus docet,

quod

quod & Latinis *Salum*, perpetuoque de alto & fluctus ciente mari dicitur, proprium in maritima jactatione domicilium habet, unde & a Polluce I. 9. S. 114. ὡς τὸ περὶ παθῶν πλοίου refertur. Ubi vero in alienum migrat, (placet enim Tulliana φράσις,) de levibus & instabilibus, ut vult idem Grammaticus lib. 6. S. 121. Certe perpetuo de inordinato & jactationi simili motu, per omnes διαθήκας, poni consuevit. Unde Hesych. *jactandi* verbo vim ejus expressit, σαλεύειν, ῥιπτάζεσθαι. *Agitare* & *agitari* quoque Latinorum reddit. Quo pertinent fere ea, quæ Suidas, quasi in significatione τοῦ ζῆν, διάγειν adducit. Scio quidem etiam per simplex verbum *Moveo* converti posse, quomodo scilicet *Terra movere* & *moveri* dicitur. Gloss. Cyrill Σαλεύω, *Moveo*, *Commoveo*, *Agito*. Sed ad declarandam B. Clementis sententiam Hellenistarum præcipue consuetudo spectanda est. Liquet autem ex omnibus N. & V. T. locis, ubi verbum istuc occurrit, eam id significationem perpetuo obtinere, quam supra ei vindicavimus. Quin auctor Ep. ad Hebr. (cujus stilum prope hic noster expressit,) 12. 26. seq. velut hujus verbi vim ac proprietatem declaraturus, non nisi de his, quæ loco ac positu, vel ordine suo moventur, intelligi consuesse, haud obscure innuit. Quin solum illud notissimum Christi vaticinium αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, a Matth. Marco, & Luca relatum, deducere viros Cl. a sententia sua debuit, qua de constanti ordinatoque mundi motu h. l. interpretantur. Non video proinde cur Fello stomachum moverit eorum sententia, qui ante hoc verbum negationem insertam volunt. Quibus omnino assentio. Ita tamen, ut non particulam μὴ intrudendam, sed antegressi pronominis ultimam litteram duntaxat repetendam esse, quæ casu facillimo elisa est, censeam. Sunt autem οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ οὐ σαλευόμενοι, qui & ἀσάλευτοι. *Cæli ejus gubernatione inconcussi.* Ἀκλυδώνιστοι, *non fluctuantes*, ἀτάρακτοι, *inperturbati*, ita ut suo quidque loco & positu, ordineque maneat, & eo sidera quoque motus tenorem servent, & jugi ac placido cursu ferantur.

Ibid. l. 17. Ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τετα(γ)μένον ὑπ᾽ αὐτοῦ δρόμον διανύ(ο)υσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδί(ζ)οντα.] Stare hæc constructio potest κατὰ σύλληψιν. Nec sollicitare hanc lectionem velim. Si conjecturæ locus esset, scriberem, δρόμον διανύουσαι, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδίζονται, *cursum conficientes, nihil sibi invicem officiunt*. Verbo Medio, vel etiam Pass. *Nihil a se invicem impedimenti patiuntur*. Vel addita

dita solum copula, ceteris, ut supra leguntur, intactis, μηδὲ τ' ἀλλήλοις ἐμποδίζονται, *nihilque sibi invicém* &c.

Ibid. p. 33. l. 8. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασιν.] Quid hæc sint Ἀβύσσων καὶ νερτέρων κρίματα anxie disquirunt interpretes, nec adhuc quisquam rem expediit. Junius κύματα, *fluctus* substituit, probavitque eam Fello & Colomesio conjecturam. Quæ ut pulcre priori vocabulo Ἀβύσσων conveniat, siquidem *Aquarum profundum* proprie significat, alteri quo modo? Quid enim sunt *Fluctus inferorum*, Christiano scilicet scriptori? Adde aquarum mentionem post fieri. Vidit hoc incommodum Junianæ lectionis Wottonus. Itaque κλίματα, *tractus, regiones*, substituere voluit. Solet id vocabulum, ex declivitate petitum, sensu proprio, non solum vet. & junioribus Geographis pro spatio inter duos æquidistantes circulos comprehenso varie poni, verum inde & pro quovis cæli terrarumve tractu, κατὰ συνεκδοχὴν usurpari cœpit. Etymol. M. Κλίμα μέν ἐστ, μέρ☉ τι τῦ κόσμυ. Suid. Κλίμα, τόπος. Gloss. Cyrill. Κλίμα, *Regio*, *Pagus*, *Tractus*. An vero ab hac significatione, (nam ceteræ longe abeunt,) B. Clemens ad Abyssi & inferorum οἰκήματα eam vocem, ut V. C. vult, transtulerit paulum addubito. Adposita enim epitheta aliud suadere videntur. Qua de causa nec Boisii Sententiæ cum Wott. accedere queo, qui statuit κρίματα h. l. laxiore sensu, Hellenistarum consuetudine, *Conditiones*, *Status*, *Dispositiones*, τάξεις, denotare. Quod ipsum tamen loca ab ipso prolata neutiquam testantur. In altero enim ex 4. Reg. 17. 26. seq. Latinus interpres, (recte nec ne ad mentem Hebræi scriptoris viderint Hebræorum linguæ periti) *Legitima*, in altero ex Sirac. 41. 3. seq. *judicium* convertit, nec video qui Boisii interpretatio in iisdem locis conveniat. Cotelerii vero sententia, qui Dei apud inferos exercita judicia huc trahit, quid verisimile habet? quum B. Clemens in percensendis mundi partibus, quæ divinæ providentiæ imperio pareant, versetur. Quare ut meam tandem de tam vexato, ac pæne desperato loco sententiam expromam, existimo B. Clementem, κρύμματα reliquisse; quod indoctus describtor, notum vocabulum ignotiori substituens, in κρίματα mutavit. Non est quidem id usitatum Græcis vocadulum, sed ἀναλόγως, ἀπὸ τῦ κέκρυμμαι, uti κρίμα a κέκριμαι formatur. Satis constat autem, ejusmodi verbalia nomina pro se quemque, ut lubuit, *præsente nota*; ut

ut ait Horatius, *signata* produxisse. Unde & in Lexicis utriusque linguæ tot unius loci auctoritate nixa leguntur, quæ nemini cordato propterea suspecta erunt. Sunt autem κρύμματα h. l. χάσματα κεκρυμμένα, i. e. *Occultæ voragines* vel *Hiatus* seu *Recessus penitus abditi*. Κρύμματα ἀντὶ τῦ Κρυπτὰ, neutro solitario, vel etiam κρύπται f. quod ab eodem verbo sumptum non admodum dispari significatione reperitur. Sic ὕψωμα, ἀντὶ τῦ ὕψυς, & κοίλωμα, ἀντὶ τῆς κοιλάδ☉ usurpari consuevit. Denique quæ hic B. Clemens τὰ κρύμματα τῶν ἀβύσσων, auctor Apocalypseos 9. 2. τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσυ vocat. Sine dubio enim ἄβυσσ☉, ex consuetudine Hellenistarum h. l. locum inferis assignatum, sicut & Luc. 8. 31. aliisque Bibliorum Græc. locis, denotat. V. Suizer. & Tromm. Verbum autem συνέχεσθαι h. l. *Premi*, *Coerceri*, significat. Gloss. Cyrill. Συνέχομαι, *Oppremor*. Συνέχω, *tento*, *conhibeo*, *presso*, *comprendo*, *coarto*, *opprimo*, *comprimo*. Sententia igitur loci huc redit. *Abyssorum & inferorum quoque impervestigabiles atque inenarrabiles recessus iisdem imperiis coerceri*, quibus Deus scilicet universa gubernat.

Ibid. l. 10. τὸ κύτ☉ τῆς ἀπείρυ θαλάσσης κατὰ τὴν δημιυργίαν αὐτῦ συςαθὲν εἰς τὰς συναγωγάς.] Verba hæc, κατὰ τὴν δημιυργίαν αὐτῦ minus recte convertunt, Junius, Pearsonus, Wottonus, *in ipsa sui creatione*, quum pronomen ad ipsum δημιυργὸν referendum sit, ad quem etiam sequens v. διέταξεν necessario refertur. His enim ipsis verbis remittere voluit lectorem B. Clemens ad historiam creationis Genes. 1. 9. quam pæne ad verbum, in paucis Aquilam & Symmachum secutus, expressit. Itaque totum locum sic convertendum puto, *Moles immensi maris secundum opificium ipsius in unum coacervata, non excedit circumposita sibi claustra, sed ut ordinavit ei, sic facit*. Dict. κύτ☉ exponunt Hesych. Suid. & Schol. vet. ad Ps. 21. 7. τὸ συςαθὲν etiam *Conflatum*, *coactum* converti potuit, sed malui πρὸς τὸ σημαινόμενον, quam κατ᾽ ἔτυμον. Συναγωγὴν etiam *cumulum* & *acervum* significare ex Basil. Hom. 4. in Hexaem. Ubi hanc ipsam aquarum in creatione συνάθροισιν explanat, adposite docet H. Steph.

Cap. 21. p. 36. l. 3. Τὴν ἀγάπην αὐτῶν; μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβυμένοις τὸν θεὸν, ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν.] Sic arbitror locum hunc distinguendum esse, rejecto adjuncto ὁσίως ad inferius membrum, ut ad feminas Christianas, ipsamque earum charitatis exhibitionem referatur. Quam vult cum ὁσίως fieri B. Clemens; i. e.

ἀγ-

ἀγνῷ καὶ καθαρῷ, tum æqua lance, μὴ κατὰ πρόσκλισιν, i. e. *non præcipua voluntatis in quenquam propensione.* Estque proinde hoc de officiis beneficentiæ potissimum intelligendum.

Cap. 25. p. 40. l. 3. (Ἴδω)μεν τὸ παράδοξον σημεῖον] Sic Jun. lacunam explevit, non hic solum, sed & paulo supra; non quin aliud quodvis synonymum huic verbo substituere liceat; sicut a pr. cap. superioris, subinde varians hæc, κατανοήσωμεν maluit Clemens. Quem ut a credulitatis reprehensione liberarem nollem cum V. D. fabulæ de phœnice rediviva fidem astruere. Quæ si locum haberet, labaret argumentum, quod pro unius ejusdemque rerum omnium opificis ὕπαρξιν ex unius modi animantium omnium generatione ex ovo petitur.

Cap. 33. p. 50. l. 12. Ἴδωμεν, ὅτι τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι. καὶ αὐτὸς ὁ κύριος, ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη.] Jun. Εἴδομεν, ὅτι τοῖς ἔργοις κ. τ. ε. Fello & Colom. probantibus, sed aspernante, ut assolet, Wottono, ut in tuendis etiam mendis Ms. codicis propositum servaret, nusquam ab ejus lectione recedendi. Enimvero cum hæc B. Clementis verba veluti summam supra dictorum contineant, neque proinde adhortationi hic locus sit, quæ paulo infra sequitur, levi mendo sublato, scribendum arbitror, εἴδομεν, ὅτι τε ἐν ἔργοις κ. τ. ε. *Vidimus, & justos &c.* Paulo post autem ante καὶ, commate solum distinguendum, ut solita servetur in una periodo utriusque particulæ connectivæ constructio.

Cap. 35. p. 53. l. 14. κενοδοξίαν τε καὶ φιλοξενίαν.] Posterius vocabulum in vitiorum catalogo, quem hic B. Clemens pertexit, stare non posse nemo non videt. Certatim itaque viri docti locum conjecturis tentarunt. Jun. & Fell. φιλοτιμίαν, Cotel. & Colom. primum φιλονεικίαν, dein rejectis his, probabiliori sane conjectura, unius scil. litteræ προσθέσει, emendarunt ἀφιλοξενίαν. Cui Wottonus etiam eo facilius cum Millio astipulatus est, quod sibi persuasit, Clementem Pauli in Ep. ad Rom. 1. præcepta, ordine duntaxat novato, adjectivisque nominibus in substantiva mutatis, exprimere studuisse. Verum quum divisis velut in classes vitiis, non eadem Paulus atque Clemens conjunxerint, & alioqui ἀνελεήμων & ἀφιλόξενος non idem prorsus significent, non video cur in hac quasi paraphrasi substantivum ab hoc ductum, illius locum obtinere velint. Ac ne operose de singulis agam, conjunxit Apostolus θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας,

sed

ſed multis demum interjectis, ad ἀσπόνδους ἀνιλεήμονας adjunxit. At Clemens, præmiſſis aliis cognatis & affinibus inter ſe vitiis, noviſſima demum hæc poſuit, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ φιλοξενίαν. Ubi perſpicuum eſt, voluiſſe ipſum in ultimo membro, ſicut & in penultimo fecerat, duo affinia invicem vitia copulare; id quod & additæ copulativæ particulæ plane evincunt. Ne addam parum apte κενοδοξίαν ad ἀσυνέτους referri. Quare hoc ab imitatione Pauli petitum argumentum tantum apud me pondus non habet. Accedit huc, quod ipſum hoc vocabulum omnino adhuc novum ſit, quum Græci potius ἄξενος, ἀπόξενος, & κακόξενος, quam ἀφιλόξενος uſurparint. Veriſimilius itaque mihi videtur, B. Clementem φιλοδοξίαν ſcripſiſſe, quod & veſtigia prioris lectionis, & ſignificatio cum præcedente κενοδοξίαν prope eadem liquido ſuadent. Abundant Græci vocabulis, quibus morum characteres quam proxime conjunctos, non eosdem tamen, deſignare conſueverunt, ut qui vel primoribus labris Græcas litteras deguſtarit ignorare nemo poteſt. Ὑπερηφανίαν & ἀλαζονείαν diſtinxit Theophraſtus cap. 24 & 25. Char.

Nec illud prætermittendum puto, quod in mentem venit, B. Clementem forſan, non κενοδοξίαν ſcripſiſſe, ſed καινοδοξίαν, & *Novarum opinionum ſtudium* notare voluiſſe. Quo facit, quod, teſte Wott. ſæpiſſime in codice Alex. ε & αι confuſa leguntur. Sed ne ipſe in hanc reprehenſionem incurram, manum abſtineo.

Cap. 36. extr. p. 56. l. 8. οἱ φαῦλοι, καὶ ἀντιτασσ(όμενοι τοῦ θεοῦ) τῷ θελήματι τὸ θέλημα (ἴδιον)] Sic Jun. parum concinne ex ingenio. Ms. teſte Wott. exhibet, ἀντιτασσ . . . . . τῷ θελήματι τῷ θέλημα . . . θῦ. Statuit itaque verba τῷ θελήματι temere a librario geminata fuiſſe, legendumque, ἀντιτασσόμενοι τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ. An τῷ θελήματι (αὐτῶν) τῷ θελήματι (τοῦ) θεοῦ; Forſan αὐτῶν brevi nota ſcriptum, eò prætermiſſum fuit. *Qui repugnant voluntate ſua voluntati Dei.* Miror certe cur hic codicem deſeruerit Wott.

Cap. 37. p. ead. l. 13. τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ(μῶν)] *Militantes Principibus* ſeu *Ducibus noſtris.* τοὺς ἡγουμένους pro ἡγεμόσι dixit, ut ſupra. Cap. 5. Ego de Impp. Ro interpretor.

Ibid. l. 15. πῶς ἐνεκτ(ικῶς)] Ita Jun. qui tamen mavult, aſtipulantibus Boiſ. & Colom. ἐπιεικῶς. *Quam obſequenter.* Laborat Fellus in defendendo τῷ ἐνεκτικῶς

κῶς, quum id solum de habitu corporis dici soleat, prorsusque ἀτόπως inter duo adjuncta, quæ necessario ad animum referuntur, medium collocetur. Non enim B. Clemens hic *robur* militum, vel, quò proprie id pertinet, *bonum habitum*, *nitoremque corporis*, verum Disciplinæ observantiam, promptaque obsequia prædicare instituit. Aut igitur accedendum est posteriori Junii conjecturæ, aut sensu nihil mutato, propius tamen ad Ms. lectionem, legendum ἐνεκτικῶς, una duntaxat litterula inserta. Wott. enim sex hasce litteras, tanquam ex ipso codice exhibet, ἐνεκτι.... Alioqui mallem ἐνεκθύμως, i. e. *Perprompte*, *peralacriter*, ad mentem utique scriptoris, legi. Forte tamen ἐνεκτικῶς retinendum. Gloss. Græc. Ἐνεκτός, Ὁ καλῶς ἡγμένος. Hesych ex Suid. emendat. Ἐνεκτικῶς, Σχετικῶς.

Cap. 44. p. 65. extr. καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως. κ. τ. λ.] Hic plane crucem fixit B. Clemens interpretibus, si hæc ipsius manus est, in declaranda dictione ἐπινομή. Quam pro ingenio magis, alii alio modo exponendam censent, quam ut quicquam ex Græcis fontibus compertum afferant. Ego non dubito quin vitium scripturæ subsit, sed cui mederi perquam difficile est, sicut ex Doctorum virorum conjecturis apparet, quæ nec ipsis quidem satis placuerunt. Etsi fas est in desperatis, ad licentiorem tamen conjecturam confugere non ausim. Alioqui ἐπιταγὴν substituerem. Quia revera exstant ἐπιταγαὶ ἀποστολικαὶ de constituendis episcopis. An potius ὑπόμνησιν; i. e. *Admonitionem*.

Cap. 45. p. 68. l. 12. εἰς τοσοῦτο ἐξήρεισαν θυμοῦ.]. Miror esse, qui hanc codicis Al. lectionem tueantur, ἐξήρεισαν ab ἐξερείζω deducto. Ita enim foret ἀορ. α. Ind. Act. Cum sensus & constructio passivam vocem desiderent, neque alioqui id verbum huc conveniat. Optima mihi conjectura ex multis Boisii visa est ἐξήρεθησαν, quæ & Cotelerio se probavit. Traxit forsan hoc quoque Clemens ex Romana consuetudine; *In tantum ira elati sunt*. Licenter satis, qui ἐξέκαυσαν legunt. Ex ipso Clemente quidem Cap. 1. sed perperam huc reposito verbo. Adhuc scrupulum tamen injicit Hesychius, apud quem legitur, Ἐξήρησαν, Ἐξώρμησαν. Dispiciant acutiores.

Ibid. l. 15. εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν.] Licenter quidem Junius, & qui eum secuti sunt. εἰς κάμινον ἐμβαλεῖν. *Tormentis injicerent* convertit Wott. Mallem *In tormenta conjicerent*. Insolens tamen constructio suspectam facit hanc lectionem, quum verbum hoc, simili in re adhibitum

tertium casum fere adsciscat. Gloss. Cyrill. Περιβάλλω πράγματι ἢ τιμωρίᾳ, *Adficio.* Suspicor itaque Clementem reliquisse, εἰς αἰκίαν πυρὶ περιβαλεῖν, *Ut in cruciatum* (i. e. Excruciandi causa) *igne circumdarent.* Ita pulcre conspirat narratio cum historia, & aberit a conjectura temeritas. Facile enim istud. πυρὶ, ob seq. περι, omitti potuit, præsertim si oratio ex dictantis ore excepta fuit.

Ibid. p. extr. ἐπήρθησάν τι, καὶ ἔπαφροι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ θεοῦ.] Hic quoque vexatissimus locus est, conjecturis varie tentatus, quas recenset Wott. Hic vero etiam videre licet, ad quam absonas & ridiculas sæpe ἐξηγήσεις descendere cogantur hi, qui ubique religiose nimis Mss. Codd. lectionem retinendam statuunt, in his, quæ ab eruditiss. Viro ad explicandum portentum vocis ἔπαφροι allata sunt. Mihi quidem dubium non est, quin B. Clemens hic de exaltatione trium virorum temporali, quam S. Historia Dan. 3. 30. indicat, loqui voluerit. Itaque vel ἔπαρχοι, (quæ vox & Cap. 37. pr. legitur) vel certe ἔφοροι legendum arbitror, suadente sacra historia. Ea vero, quæ sequuntur ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν τ. ἑ. non video cur necessario ad æternam ipsorum beatitudinem pertineant, cum vel de acceptis precibus ipsorum apud Deum, ut Act. 10. 4. vel de memoria ipsorum sempiterna in terris, durante & in regno cælorum, ut Matth. 26. 31. Marc. 14. 9. intelligi possint.

In fragmentum Epist. II. Animadversiones.

Cap. 1. pr. p. 89. l. 4. Καὶ οἱ ἀκούοντες ὥσπερ μικρῶν ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν κ. τ. ἑ.] Mancam & hiulcam hic orationem esse omnes fatentur interpretes & recensores, aliique aliis conjecturis sarcire quæ desunt conati fuerunt. V. not. Wott. Mihi omnia plana atque integra videntur fore, si modo unius syllabæ προσθέσει & mutata distinctione legamus, Καὶ οἱ παρακούοντες, ὥσπερ μικρῶν, ἁμαρτάνομεν. *Quique negligenter audimus, quasi tenuia sint, peccamus*, vel *Quique aures non attendimus, quasi tenuibus* (vel *parvi momenti*) *rebus.* Nempe his, quæ de Christo & parta per ipsum salute proposuerat. Verbo παρακούειν frequenter utitur & in superiori Epistola. Sic infra Cap. 3. Καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν. & Cap. 6. extr. ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ.

Ibid. l. 10. Καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν.] ἴσ. παθών. *Et quam multa patienter tulerit I. C. quum passus est pro nobis.* Parum discrepante sententia & constructione concinniore.

Ibid.

Ibid. l. 15. πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια;] *Quot vero ejus clementiæ beneficia accepta referimus*? Ita ex sententia V. Celeb. converterim verba. Hæc vero beneficia deinceps enumerat B. Clemens

Ibid. l. 19. ποῖον αἶνον αὐτῷ δώσομεν;] Recte scribunt ποῖον ἂν αἶνον. Sic Luc. 18. 43. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ. conf. quæ infra ad Cap. 11. adnotabimus. Paulo post, πηροὶ τῇ διανοίᾳ sunt *Mente debiles*, i. e. *Cæci*. Gloss. Cyrill. Πηρὸς, *Cæcus*, *Orbus*. Πηρῶ, *Cæco*. Hesych. Πηροῖς, Βλάπτοις. Πηρὸν, Ἐστερημένον τῆς φωνῆς, ἐνεὸν δὲ, Πεπηρωμένον καὶ βεβλαμμένον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν τὸν ἐνεὸν καὶ ἄφωνον, προπεριεσπωμένως δὲ τὸν τυφλόν. Πηρὸν, τὸν παντάπασι μὴ ὁρῶντα. Πήρωσις, Βλάβη, λύπη, τύφλωσις. Quæ postrema descripsit Suidas. Conf. quæ apud nostrum de circumdatis menti humanæ tenebris sequuntur.

Cap. 2. p. 90. extr. μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι ἐγκακῶμεν. Ridicule qui, quia apud Hesych & descriptorem ejus Phavorinum exstat, Ἐγκακοῦμεν, Ὑψοῦμεν, hoc loco contendunt, τὸ ἐγκακεῖν, *Alta voce clamare* interpretandum esse. Quasi vero fidere satis Hesychianæ isti lectioni liceat, cum sexcentis locis manu medica Lexicographus indigeat. Quid si ἀψυχοῦμεν, Hippocratica λέξει, scripsit iste? Vel quasi v. ὑψεῖν ejusmodi interpretationem protinus animo subjiciat. Nolim itaque a Cotelerii emendatione recedere, qui ἐκκακῶμεν, voce in N. T. obvia, emendavit. Nisi potius utroque modo id verbum scribi solitum est. Quod ex Symmachi loco Num. 21. 5. quem Cotelerius adducit, pæne liquet. V. ejus notas. Ceterum lubens ἐγκακούμενοι legerim, ut ad superius membrum recurrat oratio. *Non, sicuti puerperæ, deficientes*. Adhortatio enim hic nulla est, quæ subjunctivum exigat.

Cap. 3. p. 92. l. 6. Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ μισθὸς ἡμῶν ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν.] Non est, cur repetita particula negotium facessat. Notum quippe est eam sæpe παρέλκειν, nec raro pro τοίνυν, *Proinde* poni. Quo sensu hic quoque adjecta videtur. Pronomen αὐτὸν, (quod volunt) non magis hic ad senrentiam absolvendam necessarium, quam paulo supra fuit, ubi eadem pæne constructio est, Τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν. *Ut non abnegemus eum, per quem ipsum cognavimus*. & alibi item.

Cap. 4. p. 93. l. 4. ἐν τῷ ἀγαπᾷν αὐτοὺς] Scribendum αὐτούς. Quod æquivalet Clementi τῷ ἀλλήλους. Sic Cap. ult. ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς ἀλήθειαν. *Quando veritatem inter nos loquimur*.

Ibid. l. 16. οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν θεόν.] Peculiare genus loquendi eſt huic ſcriptori, neque eo, quod ab accurate ſcribentium conſuetudine diſtat, ſollicitandum fuit. Sic fere Cap. 11. Καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, Sed & male diſtinguebant ante μᾶλλον prius.

Cap. 2. p. 96. l. 21. Εἰς τὸ βασίλειον τοῦ θεοῦ.] Καινολογία eſt, pro εἰς τὴν βασιλείαν. Itaque nollem à Wott. *In regiam Dei* converſum.

Ibid. l. 28. εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ αἰών.] Si genuina eſt hæc lectio, ut vult Wott. ὁ αἰὼν dicitur h. l. quæ ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος Matth. 13. 39. ſeq. & paſſim in N. T. vel intelligitur ὁ αἰὼν ὁ ἐρχόμενος Marc. 10. 30. Luc. 18. 30. qui & ὁ μέλλων Hebr. 6. 5. Nullo tamen ſolitariæ vocis prævio apud Helleniſtas exemplo. Verum poſteaquam B. Clemens fratres ad *certandum* hortatus eſt, quid potuit aptius, quam hæc ſubjungere, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ ἀγών. *Quum ſciatis inſtare certamen*? Ubi forſan ad inſtantem tum forte Iſthmiorum diem animum convertit. Quo etiam Paulum ad Corinthios ſcribentem reſpexiſſe 1. 9. veriſimile eſt. V. Boiſii Annott. & quæ ad ea, quæ de καταπλέω infra ſequuntur, Vir ſummus noviſſime monuit. Quare ſine ratione Wottonus, probatam ceteris, Coteleriì conjecturam rejecit. Poſt πολλοὶ puto puncto diſtinguendum eſſe. Omnino verbi iſtius vim ignorabat, qui καταπαλαίουσι, pro καταπλέουσι repoſuit, Wottonus; alias Ms. codicis defenſor acerrimus. Poteſt autem iſte κατάπλους, quò B. Clem. alludit, vel κοινῶς, de totius Græciæ ad ſpectaculum Iſthmiorum confluxu, vel ἰδίως, de Corinthiorum a Cenchreis ad Schœnunta, ubi ludi celebrati ſunt, frequenti trajectu intelligi. Quod vocis proprietas ſuadet. V. Strab. Lib. 8.

Ibid. p. 97. l. 3. Ὥστε θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθεῖαν.] Hancquoque γραφὴν obnixe retinet, contra eos, qui θέωμεν corrigunt, Wottonus. Perinde quaſi iſthuc θῶμεν a θέω βαρυτόνῳ deduci poſſit. Convertit enim, *Curramus*. Sanius itaque qui θέωμεν correxerunt. Nam τρέχωμεν, quod Junio placuit, ab illo longius abſcedit. Alioqui ſolemne iſtud & agonale verbum eſt, quod & D. Paullus, de eadem re ſcribens, non ſemel adhibuit, quem imitandum ſibi B. Clemens propoſuiſſe videtur. V. 1. Cor. 9. 24. Gal. 2. 2. & 5. 7. Philipp. 2. 16. Junge Hebr. 12. 1. Qui locus cum hoc, quem tractamus, pulcre convenit. Quare iſtuc θῶμεν, eo quidem ſignificatu, valere jubeo,

&

& tamen B. Clementi, ſolenne illud non minus certaminis verbum, verum a τῖθημι natum, relinquo. Nec ſcite qui præpoſitionem interpoſitam volunt, θέωμεν εἰς ἀγῶνα, cum & τρέχειν ἀγῶνα non minus ſcite dicatur, quam δρόμον τρέχειν, cum ipſe δρόμος ſit ἀγών. Quin exſtat in eo ipſo Ep. ad Hebr, loco, quem noſtro huic geminum eſſe diximus. Verum potius θῶμεν, *Ponamus* vel *Proponamus viam rectam pro curriculo nobis*, i. e. *Viam virtutis*, quod *Incorruptum certamen* interpretatur. Hinc & ἀγωνοθέται & ἀγωνοθεσία. V. Polluc. Cap. ult. Lib. 3.

Cap. 11. p. 100. l. 6. Δῶμεν ἐν αὐτῷ αἰώνιον] αἶνον corrigit Jun. probantibus Colom. & Wott. Alii interjecta voce δόξαν αἰώνιον. Scripſit Clemens αἶνον αἰώνιον, unde erroris cauſa apparet, altero ob ſimilitudinem omiſſo vocabulo inter dictandum, vel deſcribendum.

Ibid. p. eadem extr. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν ἐκ ἐςὶν εὑρεῖν ἄνθρωπον. οἵτινες γὰρ ἄγεσι φόβες ἀνθρωπίνες κ. τ. ε.] Hic quoque cum nil ſani appareat, conjecturis indulſerunt Viri Docti. Noviſſime Wott. ex Ms. παράγεσι exhibuit, reliqua autem ſic conſtituit, ἐκ ἐςὶν αὐτοῖς εὑρεῖν ἂν θεὸν, οἵτινες παράγεσι κ. τ. ε. Quod non exſpectaram certe ab eo Viro, qui *id ſibi negotii credidit ſolum dari*, ne cujusquam emendationem non reprehenderet. Quid enim potuit licentius? Qui vero hæc cum reliquo contextu orationis, ac B. Clementis ſententia conveniant, (modo ut eam aſſequar,) ipſe viderit. Mitto cetera. Hæc verba, οἵτινες παράγεσι φ. α. quis ferat converti, *Quilibet enim humanis timoribus ductantur*? Quodſi modeſtiori conjecturæ locus eſt, totum locum, parvula mutatione, ſic arbitror reſtituendum eſſe, Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐκ ἐςὶν εὑρεῖν ἀνθρώπων, οἵτινες παράγεσι φόβες ἀνθρωπίνες. i. e. *Hanc enim ob cauſam non eſt invenire hominum, qui prætereunt timores humanos*. Vel ut Latinitas nil detrimenti capiat, *Quam ob cauſam non temere inter homines invenias, qui humanos timores negligant*. Οὐκ ἐςὶν εὑρεῖν ἀνθρώπων, conſtructio Græcanica nota eſt.

Μόνῳ τὰ κλεῖ', ὅς ἐςιν ἀρχὴ καὶ ΤΕ'ΛΟΣ.

